
Storia Naturale







Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

206


PLUS ULTRA.
NUNQUAM OTIOSUS.
VIGILANTER & FIDELITER.
CYNOGRAPHIA
CURIOSA
HRISTIANI FRAN
CISCI PAULLINI
cum Mantissa
eiusdem argumenti
PIE ET IUSTE.
VIRTUTE & DOCTRIN
NOSCE TE IPSU.
QUO PIA FATA VOLUNT
SURSUM!

# CYNOGRAPHIA CURIOSA
*SEU*
# CANIS DESCRIPTIO,

Juxta Methodum & Leges
*Illustris*
ACADEMIÆ NATURÆ CURIOSORUM
*adornata*,
Multisq; curiosis, raris, jucundis & stupendis Naturæ Artisque observationibus, secretis & quæstionibus referta,
ET MANTISSA CURIOSA
ejusdem argumenti,
*complectente*
*JOH. CAJI LIBELL. DE CANIBUS BRITANNICIS,*
&
JOH. HENR. MEIBOM. EPIST. DE ΚΥΝΟΦΟΡΑ,
aucta
*à*


CHRISTIANO FRANCISCO PAULLINI,
Academico Curioso.


Bis: Soc: Coll. Rom: Soc: J.












*NORIMBERGÆ,*
Sumtibus JOHANNIS GEORGII ENDTERI.
ANNO M. DC. LXXXV.

# LECTORI MEO.

## *Salutem & gaudium in JESU Crucifixo.*



Iraberis fortè, quòd ego pusillus homuncio, ac Amplissimi Collegii fex & umbra, pingue hoc blattarum Jentaculum publico obtruserim Orbi. Næ! fertilia pectora peperit seculum nostrum, quæ abstrusa Naturæ Artisque magnalia, quôvis hymnâ majora, certatim ebuccinant, & præclarè monstrant, priscos quidem *Duces*, at non *Dominos* nostros, fuisse, multa egisse, sed non cuncta peregisse. Quid tu igitur *latras?* absit, ut cum *Philippo Catulo* respondeam apud *Erasm. in apopht. L. VI. p. m.* 502. Quorsum *sacrificium canis? E. s. L. XVI.* 3. Apage *scabiosam* bestiam! quid enim *canis in balneo?* quam parœmiam *ex Aet. Tetrab.* 2. *Serm.* 2. *c.* 25. latè explanat *Ronsaus epist. XVI. p. m.* 60. Eja! vin' aliquid esse? At patere, quæso, Mi Lector, *capræ pilos* in sacrificiis. *Exod.* XXV. 4. Serpat *hedera* nostra victrices inter *laurus:* ne temne *plumas*, quas cum *candidis* columbis devotè in aram ponimus. Da saltem precariò angulum, in quo deliteat, *caniculæ* nostræ. Nec frons ei, sociæ istius cui nulla fides, apud *Justin.* L. XLIII. c. 41. Miltiadis tropœum & mihi somnum ademit, ut tandem, licèt impari passû, præclara Summorum Virorum vestigia calcarem, & cum *Rudbert. à Mosheim, Lips. Camerar. Micyllo, Naugerio* ( *L.* cui titulus LUSUS, & quidem *Eclog.* d. JOLAS pag. 25. seq.) *Victor. Giselin. Wolfgang. Cunado* ( cujus *αὐτόγραφον* penes *Hekelium* nostrum, ) *Senftlebio* ( *Parod.* 13. & 19.) *Gölnitz* ( *Itin. Belgico-Gallic.* p. 94. *seqq.*) & sexcentis aliis ( Vid. *Amphitheatr. Dornavii T. I. p.* 507. *seqq.*) amasio meo, raucâ quidem voce, publicum cantarem pœana. *quid tibi cum cane?*

*curiosius in exoticis ingenium ostendere.*

na. Vah! *annon curiosius fuisset in re exotica vastum ostendisse ingenium?* amice, fortunatus mihi, sua qui bona novit domi nata. Et hîc Dii sunt! Nusquam magis, quàm in minimis & abjectis, rerum natura tota est. Vix mihi aliud dabis ἄλογον, quod *cani* palmam faciat dubiam. Etenim totius Naturæ Synopsis & gazophylacium est, est languentium asylum, fidei idéa, speculum vigilantiæ, ingenii ac memoriæ emblema, tessera & symbolum *sapientis*, (Vid. *Plat. dial. 2. de Rep.*) animal togâ sagôq; illustre, Dîs, Regibus, principibus, civibus, agrestiq; turbæ, omni sexui & ætati, in qualibet orbis plaga, ab ipsis mundi natalibus carissimum. Dignum sanè, (judiciô *Moshemii in encom. canis,*) quod cum homine, *ceu perpetuus Achates, non tantùm cohabitet, sed etiam convivetur, unâ eâdemq́; patinâ cibum sumat, unà condormiat; siquidem non animal brutum, sed penè quidam homo mutus & Quadrupes dici potest.* Non puduit igitur AUGUSTUM Brunov. ac Lyneb. Ducem *canes* perpetuos habere contubernales & commensales suos. Sic ejus

- - - *domus alta Molossis personuit canibus. Hor. I. Sat. 6.*

Dignum certè animal, cui *Batavi* scholas erexêre, in quibus varias addisceret artes, ut verè cum *Strepsiade* ap. *Aristoph. in nubib. d. I. Sc. I. v. 36.* dicat: κυνηδὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι, *utrum ego doctrinam arripiam velut canis?* cuiq; in Regno Magni *Mogolis* nosocomia exstructa, teste *D. Joh. Sigismund. Wurffbain in Itin. MS.* mox publicando. I tu, si vires anniq; sinunt, per peregrinæ Naturæ mysteria, abi ad Afros, trana ad Indos, proficiscere, patent portæ, mirare singula, & gratias hymnosq; à me merebris. *Heinsius* commendavit *pediculum*, *culicem* Virgil. *vulpeculum scholasticam* Heider. *nucem* Ovid. Favorin. *Thersiten*, Erasmus *stultitiam*, Gorgias Leontin. *Helenam adulteram*, *pulicem* Taubmann. cum Ovid. Turner. *ebrietatem*, Picus, Mirandul. Com. *barbariem*, Isocrates *Busiridem*, Stigel. Apulej. (Madaurensis Platonicus,) Agrippa, Joh. Passerat. Cipolus Monachus, (ejusq; interpretes Canterius & Jac. Lynd. ab Hoenstedt /) ac Anonym. quidam, conjecturâ J. Bened. Carpzovii in philologem. sacr. de *asino* Messiæ vectore edit. Lips. ad 1661. Dan. Heinsius *asinum*, Plutarch. *gryllum*, Thransymach. & Glauco *injustitiam*, Catullus *passerem*, Insulanus *quartanam febrim*, Lucianus

cianus *muſcam*, Menalcas Caprimulgus *lanam caprinam*, Ulric. ab Hutten *neminem*, Paſſerat. *nugas*, Morus *Vtopiam*, Eynd. & Maronius *ſimiam*, Majorag. *lutum*, Calcagninus *podicem*, Car. Libhard. *latrinam*, Synes. *calvitiem*, Czanakius *ſcabiem*, Democritus *talpam*, Cardan. *podagram*, Douſa *umbram*, Schupp. & Goclen. *nihilum*, Bruna (ut ferunt) Italus *diabolum*. Et mihi, liberæ Reip. civi, cùm libeat, non liceat *canem* deſcribere? quamvis non adeò facetus & lepidus ſit, ut iſte apud *Steph. Guaz. in convivio Caſalin. p. 419.* non tamen adeò deformis erit. At *Quàm grandis valetudinarius, ephemeri vitâ beandus*! & tamen in ipſo ædium veſtibulo ferocior. *quàm grandis Valetudinarius?* O bone, ſcio, me genuiſſe mortalem. Sed ὃν φιλεῖ Θεὸς ἀποθνήσκει νέος. Odimus ſenes, qui nullum aliud habent teſtimonium, quô ſe *diu* vixiſſe evincant, quàm *ætatem*, quæ non *annis*, ſed *gloriâ* metienda; Sed *muſtea ubiq; ſubtexta* παράδοξα. Vah! quanta mixtura dementiæ. *nova ubiq; ſubtexta paradoxa, ſomnia, nugæ &c.* Joci equidem *ovium*, non *canum* inſtar, mordaces eſſe debent, interim ego non ringor. Gaudeo potius, mi Cenſor, quòd magni ingenii κριτήρια in me deprehendas; ſiquidem, notante *Seneca, L. de tranquillit. anim. c. 15. nullum magnum fuit ingenium ſine mixtura dementiæ.* Verùm cur me vocas *novatorem*? *es novator.* fors, quòd nec *Coo*, ſeu *Pergameno*, vel *Stagiritæ* ubiq; pollicem premam, eosq; ſequar tanquam ovicula arietem ſuum? Sit in pretio ſuo ſenilis ruga. Ego autem *nullius in verba.* Qui enim *canem* alit peregrinum, huic plerunque, præter funiculum, fit reliqui nihil. Non credo ideò *Barbatis* Magiſtris, quòd ipſi dixerint, ſed ſi vera dixerint. Magnifacio *Hippocr.* At ejus doctrina apud me nondum eſt *apodictica*, ſeu *lydius lapis, in qua quod non probatur, abjiciatur*, ut ſœpius ajebat Doctor meus olim in Reg. *ac Equeſtr. Acad. Sorana I. Cortnumm.* Conf. *ej. de morb. attonit. L. c. 7. p. 93.* Quieſcat ergò tintinnabulum iſtud Pythagoricum αὐτὸς ἔφα. Teſſera noſtra: *Scrutamini* Sincerè *Lactant. L. II. div. Inſt. c. 7. Sapientiam*, infit, *ſibi adimunt, qui ſine ullo Iudicio inventa majorum probant, & ab aliis, pecudum more, ducuntur. Sed hoc eos fallit, quòd, Majorum nomine poſitô, non putant, fieri poſſe, ut aut ipſi plus ſapiant, quia minores vocantur, aut illi deſipuerint, quia Majores nominantur. Galenum* verò ſi *multarum confuſionum parentem* dixero, & *Hipp.* longè inferiorem,

verè dixi. Hic enim *rosas*, at iste *spinas* collegit. Aliter *catuli*, aliter *sues* longè olent. *Plaut. Epid. a. 1. S. 2. ℣. 9.* i. e. ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. *Mich. Apostol. C. II. adag. 64.* Quid verò de *Aristotele* censes? tacet *Tullius IV. Acad. qu. c. 46.* cum lymphatico *Averrhoë in 3. tr. de anim.* ac *Meisnero P. I. phil. sobr. S. 3. c. 3. qu. 1. §. 3.* Modestior indoles *Selneccero in præloqu. Phys. & Cl. Bassoni in præfat. phil. nat.* Expendas velim, obsecro te, quis in *religione, moribus* & *doctrina* fuerit hodogeta tuus, ne nescias, cujusmodi socium sequaris. Vin'? attende Doctiss. & cordatissimis Viris P. *Gassend. S. Th. D. & Cathedr. Diniens. Eccles. Canon. Lib. I. adversùs Aristot. exercit. 3. p. 55. seqq. & D. Ol. Borrich. S. R. M. Dan. & Norvveg. Med. & Prof. Hafniens. Præcept. olim honoratiss. L. de Herm. Ægypt. ac Chem. sapient. c. 10.* Vera & justa *Bassionis* in *præloqu. Phys.* censura; æquum *Helmontii* Judicium *de causis & initiis naturalium*. Aureus ejusd. epilogus in *aliment. Tartari insontia. In Natura ubiq; lapsus est Aristoteles, quia totus Naturæ ignarus miser rixatur.* Et *Cardan.* nescio quô veritatis œstrô percitus, Dictatoris vice *Act. L. I. p. m. 1315.* ait: *Aristoteles ad eorum, quæ in Natura sunt, arcanorum doctrinam naturalemq; disciplinam minimus, & omninò qs. nullus habendus est. Cui æstimationi qui non credit, prorsus stultus est. Omnia enim ferè, quæ de natura animalium scripsit, ab uno didicit Hipp. cùm tamen* ingratissimus *Vir ejus nunquam meminerit*, infit *Andr. Laurent.* (cui tamen *genius Naturæ, & altera Natura* erat) *L. VIII. anat. qu. 30.* At est! *canis* in eadem semper dormitat tegula, nec unquàm à corio absterrebitur unctô, Arth läst von Arrh nicht / noli igitur *canibus* ossa prodere, aut agninis lactibus eos alligare. Sola mihi bona, quæ vera. Et hæc, seu *Davus* seu *Oedipus* dixerit, ad os & pectus premo. *Cane* autem pejus & angue istam mortalium colluviem vito, qui nihil verum rectumq; putant, nisi quod antiqui fecêre aut scivêre. Quasi Natura adeò sterilis, ut non amplius fœcunda pariat ingenia. Non mihi placent aliquando eæ tantùm opiniones, quæ aliquot seculorum numerant ætatem, nec nauseam movet statim sententia aut heri vel nudiùs tertiùs à fertili ingenio exclusa. Terminus mihi *veritas*: quem si non assequar, memento mortalitatis, ex qua hoc vitium traxi. Quædam *omninò non* intelligimus, quædam *malè* Judica-

*quid de Aristotele cēses?*

dicamus, quædam *negligentiùs* conſcribimus. Dixerim cum *Martial. L. I. epigr. 17.*

*Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,*
*quæ legis hic, aliter nec fit, Amice, liber.*

Plura tamen ſuperſunt de *cane* dicenda, & hæc noſſe debebat Acad. *Curioſus.* Dixti. At ſcio' *Euripidæum* iſtud rotundum ac verum: ἀλλ᾽ οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ᾽ ἐπίςαται βροτῶν. Nullus ſcit, mihi crede, quantum neſciat. Quod quivi, feci, NUNQUAM OTIOSUS. Si non ſingula Tibi placuerint, haut cuncta etiam diſplicebunt. Ambulat in eodem prato *bos* & *canis, ciconia & virgo.* Ille quærit *herbam*, hic venatur *leporem*; illa capit *lacertam*. hæc carpit *floſculum*. Cape tu, quod ad palatum tuum, cetera linque mihi. Dicent alii cum *Plempio* & *Plumpio in præfat. in Cl. Lindan. Manud. ad Medicin.* quia Germanus ſum, me compilatorem & *rhapſodicum*. Sed dicant: ego non impero linguis. Hic mos meus, monente *Drexel. P. I. aurifod.* c. 1. à puero, non *lecta* tantùm, ſed & *audita*, ſubinde etiam *viſa dignioris notæ* in meum uſum trahere, Apes in ſaltibus omnia libant, nos tamen *mella* earum *cæleſtia* dicimus *dona. Virg. IV. Georg.* Hanc operam maximè promoverunt ſelectiſſimæ Bibliothecæ Reg. Acad. *Hafniens.* Ampliſſimæ Reip. *Hamb. Lugdunô - Batava*, inprimis *Auguſta Guelferbitana ad Ocram* toto orbe Celeberrima, nunc Ampliſſimo & Præcellenti D. *Michaëli Ritthalero* Modorâ Panonio, Amico noſtro ſingulariter colendo, obq; *candorem, humanitatem & variam doctrinam* meritò commendando, demandata, cui multum me debere ultrò & gratus hîc fateor. Verùm *ſtylus gibboſus eſt, nec ſatis floridus.* Nec *Oratoris* filius ſum, nec *oratoris* munere fungor. E diverſis Autoribus, Grajis pariter ac latinis, ſacris & profanis, gentilibus & Chriſtianis, priſcis & muſteis, hanc conflavimus beſtiam; Quilibet ſuô ore & more fatur, quid carpis igitur ſtylum difformem? Quæ mea ſint verba, facilè videbis. Humiliter enim fluunt, & ſine ſtrepitû. At *papæ! quorſum oberrat* canis *tuus circùm inteſtina*, panes ſemper ſomnians? *cur tot epiſtolas & metra vertici beſtiæ affigis?* Bombylius homo! vino vendibili nemo ſuſpendit hederam. Num ab aliorum elogio laudem tibi promittis & autoritatem? num aliorum plumis juvat ſuperbire?

*at plura de cane dicenda.*

*at compilatores.*

*ſtylus non ſatis floridus.*

*cui bono metra & epiſtolæ?*

 Pax!

Pax! quî tot insignium Virorum tenerrimum in me affectum, & censuras modestè obtentas, temerè spernam? quî Leg. *Acad. nostra X.* (cui fidem spopondi & industriam) petulanter transiliam? vides interim, ipsos Bonos è suis latibuli *canem* meum tandem tanquam *ex orco* in lucem protraxisse, non spontè erupisse, sed lentiùs festinâsse, ne *coecos* pareret *catulos*. Dic tamen, me gloriæ æstu

*quorsum lanx satura?* tactum, quid inde? At quid tam *pinguem caudam* trahis, veluti *oves Persica*, (de quibus *Olear. L. V. Itin. persic. c. 8. p. m. 567.* Add. *Diar. Itin. orient. Behrii p. 78. & J. Leon. L. IX. descript. Africa*,) quorsum *mantissa* ista, seu lanx satura? vide, quæ præfiximus nomina,

*& varia picturæ?* astra pulsantia, & fide. Demum quid sibi volunt *pictura* istæ, seu *stigmata*, fronti *canis* inusta? Laudis quanta fames! Non ita, mi Lector, Quamvis enim Amplissimus SEROTINUS, virtute & doctrinâ nobilis, & gloriam meam, algâ viliorem, eruditâ crenâ bellè delineârit, meô tamen me metior pede. *Emblemata* sunt, quæ Te & me erudiunt. Nucleum hujus corticis tàm facile esse poteris, quàm *canes exta*, aut *vulpes pyrum*. *Plaut. Mostell. a. III. Sc. 1. ỳ. 22.* *Fides & vigilantia* cardines salutis nostræ. Fides, inquam, δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη *Gal. V. 6. II. Pet. 1. 15.* Hoc *scutum* si servatum audias, dic cum *Epaminonda : satis vixi, invictus enim morior. Val. Max. L. III. c. 2. ext. n. 5. Corn. Nep. in ej. vit. c. 9. Cic. L. V. ep. fam. 12.* *Mors, ubi aculeus tuus? inferne, ubi victoria tua? Deo autem laus &*

*Vigilanter & fideliter!* *gloria!* *1. Cor. XV. 57.* *VIGILANTER* itaq; *Luc. XII. 39. XXI. 36. Matth. XXVI. 41. Marc. XIII. 33. I. Thess. V. 67. I. Cor. VI. 13. Col. IV. 2. Ap. III. 2. XVI. 16. & FIDELITER! Ap. II. 10. Gideon* cum Midianitis pugnaturus è multis millibus *trecentos* tantùm elegit, (ô quàm *pauci* electi! *Matth. XX. 10. Conf. R. P. Maximil. Sandai Theol. Symb. L. VI. Comment. V. p. 542. seqq.*) eosq; qui se flexissent, &, veluti *canes*, manû haustam aquam lamberent, & hisce paucis data est victoria. *Jul. VII. 5. seqq.* Hi, *hydriis* & *facibus* noctû juxta agmina fractis, tantum hosti incussêre pavorem, ut in semetipsum conversus mutuis caderet vulneribus Bellum *virtutis* & *industria* signum! Vita nostra *militia*, *Job. VII. 1.* milita igitur *bonam*, *I. Tim. I. 18.* sta adversus μεθοδείας diaboli *Eph. VI. 11.* firmus per *fidem 1. Pet. V. 8.* cape *galeam salutis*, *Es. LIX. 17.* θώρακα *fidei*

*fidei* & *caritatis*, 1. *Theff. V.* 8. gladium *spiritûs*, *Eph. VI.* 17. qui quôvis gladiô *ancipiti* penetrantior, *Eb.* IV. 8. & longè efficacior *Gideonis* illô, *Jud.* VII. 20. quô stygio *Goliatho* caput præcidimus, 1. *Sam.* XVII. 51. inprimis sume *scutum fidei*, quô possis omnia ignita Jacula τοῦ πονηροῦ feliciter, extinguere. *Eph. VI.* 16. Accende, velut Levita & Sacerdos novi fœderis 1. *Pet.* II. 9. Ap. 1. 6. ad *vesperam* hujus mundi *Luc.* XXIV. 29. *lucernâ Domini*, *Pf.* CXIX. 105. quâ præstrinxeris oculos hujus mundi, sonôq; *Evangelii*, rei equidem (proh dolor!) contemtæ, horrorem incusseris *hostibus crucis Jesu Phil.* III. 18. Sic triumfum ages per *sanguinem Agni*, *Ap.* XII. 11. incola civitatis, in qua *Agnus* ipse *lucerna Ap.* XXI. 23. Cùmq; nihil agere sit malè agere, *ceu grus* ipsam noctem cum vigiliis partire, *NUNQUAM OTIOSUS*; licèt *sus amica luto Hor. I. ep.* 2. tibi, velut *cani*, ad aucupia erudito, sanctam hanc servitutem exprobret. Simplicitatem *astû* fermenta *Matth.* X. 16. Sic habebis olim exactum rei benè gestæ monimentum *ære perennius*, *regaliq; situ pyramidum altius*, *Hor. III. od.* 30. usq; adeò posterâ laude cresces recens. Et quia πολίτευμα nostrum in *sublimi*, quid mens humi affixa putrescat? *PLUS ULTRA!* lubricus mundi globus, stare nescius. Avolemus *pennis aquilinis*, *Es. XL.* 31. ut videamus splendorem *Solis Justitiæ*, *Mal. IV.* 2. & *orientis ex alto*, *Luc. I.* 78. à quo salus nostra unica. Degener animus, qui *pullos* mẽtis suæ non assiduè ad hunc *Titana* obvertit, ut *fixis oculis* eum constanter intueri assvescant, & *sorbeant sanguinem Job.* XXXIX. 30. *seqq.* *agni Ap.* VII. 14. Seculum hoc in maligno positum, &, veluti *canis* Æsopicus, cum *tintinnabulo* superbit, qui primarius *dementiæ* character. *Prov.* XV. 21. Ludit nobiscum *ut catuli bolô*, *Plaut. Stich. a. V. S.* 4. ℣. 22. & ubiq; pro *scabiosô cane* suem reposcit. *Dolô* igitur & *fucô*, non in agrestium casis, nec civium tabernis, sed in *illustribus sacrisq;* locis, quorum Domini dicuntur *Dii*. *Fide & diffide!* Verissimum enim nostratium adagium. An der Hunde hincken/ an der Huren wincken / an der Kramer schweren / muß sich niemand kehren. Sed liceat in sanire orbi. Nos piæ simplicitatis Candidati *PIE* agemus & *JUSTE*, *Tit. II.* 12. ut obtineamus aliquando beatarum frontium prœmia, *PALMAM* immarcessibilem. 1. *Chor.* IX. 25. Ut verò sis *OLEA*, si *ALOE*. Vexatio *prudentia* genitrix. *Es.* XXVIII. 19. Virtus equidem hodie post nummos, & doctrina in quæstu pro

*Nunquam otiosus.*

*Plus ultra!*

*Pie & Juste.*

meretrice sedet. *Cani* dant *paleas* & asino ossa. Quàm digna *canis* sede! Sed hoc quid ad me, quid ad Te? Sincere Lector. *Stultorum exaltatio ignominiosa Prov.* III. 35. & veluti *canes* non facilè assvescunt loro, (alte Frauen lernen spath auf dem Seil tantzen;) Scabat *mulus* mulum, (laß sie einander die Flöh ablesen wie die Hunde/)

*Virtute & doctrinâ.* sitq; ὁ κύων κυνὶ κάλλιστος, nos non curabimus. *VIRTUTE* distinguimur & *DOCTRINA*. Hæc bona, κτημάτων ἀΐδια, è *naufragio* nobiscum enatant, cœlo beant, vetantq; mori: cetera, quæ plebs stupet, vana sunt, & brevissimi ævi spolia. Fausta igitur anima,

*sursum!* quæ *SURSUM* tendit semper, & lubricæ sortis ludibria è sublimi specula miratur & calcat. Pecora uni serviunt ventri; nos *æternitati*. Tollamus ergò *erectos* ad sidera *vultus*, *floris* instar *Solis* aut fiamus veri *URANII*, i. e. cives æternæ mansionis. Ah! felix & ab omni parte beatus, qui hæc mediratur seriò, qui *SEIPSUM NOSCIT*, interq; fallacis fortunæ oscula, inter publicos orbis applausus se *UMBRAM* esse credit, & præterea nihil. At cor nostrum, veluti *canis venaticus*, omni momentô ad nugas exire gliscit. *Heften* L. II. *Schol. cord. lect.* 1. Scimus enim insani talia, & ludimus tamen cum *Canio* Julio latrunculis, licèt jamjam cædendi. *Zvvinger.*

*Nosce teipsum.* *Th. V. H.* L. II. T. XXIII. p. 3990. *NOSCE TEIPSUM!* Hic est apex supremæ sapientiæ. Vid. *S. Bernh. Medit. c.* 5. Hanc Philosophiam ut discerent cati *Ægyptii*, inter lautissima fercula, inter blandissima amicorum colloquia *sceleton* ponebant cum hac tessera: *COMEDITE, tales olim futuri!* Cubet quamvis ronchasq; ducat *catellus* sub læva papilla, fratricida, mox latrabit, terrebit, mordebit *Gen.* IV. 13. *Add. Matth.* XXVII. 5. Vive ergò lethi memor, & *NOSCE TEIPSUM!* In exulcerata nos Deus rejecit tempora. Ferrum inter & ignes, inter lachrymas & suspiria cum trahimus miseri, ut bellè in nos quadret emblema istud Alciat. n. 143. Ploremus! fumat Ilium; fuimus Troes! O Deus meliora! At quorsum lamenta? non ero *canis* in saxa sæviens.

*quò pia fata volunt.* Animi constantia fortunæ Regina. I tu mecum, *QUO PIA FATA VOLUNT*, quamvis cum *cane* etiam lorum amiserimus, & *canis* in olla sit. Licèt Dominus nos occiderit, tamen sperabimus in eum. *Canis* famelicus non timebit fustem. Si hîc non

pluit,

pluit, pluet alibi. Patria est, ubicunque bene est, & *vivus canis* mihi melior mortuô leone. Virtus ubique tuta. Allatret *catellus* echinum, Lunamvè, *Camer. C. II. embl. 86. Alciat. in embl. 165.* arrodatque Herculis clavam, semper cruentis recedet faucibus. *Saavedr. Symb. pol. 9.* Fiamus licet, *ARIONIS* fatô, pila turbinum, & voraginis lusus, hoc quid impedit? ingens præsidium in periculis innocentia Belluæ nos servabunt, si homines robur & æs triplex circa pectora gestent. Securi equitabimus, triumfantium ritû, & fronte explanatâ, per ignotum æquor omnia portantes nobiscum. At *pectore* gestabimus illa non humeris, non oculis visenda, sed *animô* æstimanda. Ipsis elementis dominabimur, & bestiæ amabunt, si homines fastidiant, Artem. Hæc *penna* desiderio nostro sufficit. Nihil habentibus nihil unquam defuit *Penna* cœlo beat: *penna* volare facit astra super. Non potest sapiens esse pauper, cùm quævis tellus nutriat virum (Biedermanns Erbe liegt in allen Landen.) Tandem in portu navigabimus votivas Servatori suspensuri tabulas. Tange *citharam*, ARION, quamvis littora mugiant, & jam muros hostis habeat, tuus tamen non disturbabitur pulvis. Innunc, ô noster, & sta sub quolibet pondere rectus. Si qui *gannitu vocis adulent*, Lucret. V. ỷ. 1069. *pretiumque* tibi ponant, (*pretium* aliàs *caninum* aversanti, *Deut. XXIII, 18. Add. Dan. Fessel. L. II. Advers. sac. c. 29. §. 10. T. I. p. m. 186. Gerhard. Comm. in h. l. &* Bökens Oetingische Brack *f. 4. Bocchart. Hieroz. P. I. L. II. c. 56. p. 690.*) reminiscere fabulæ de *cane* & *frustuo carnis.* Citius enim reperitur, quàm retinetur, fortuna. Ergo reverenter habe, & age gratias. Digna *canis* pabulô. Si verò alii malint obstrepere & *fremere* ut *canes Ps. LIX. 7. 15.* ἀῤῥεῖζαι, seu ῥύζειν, aut ῥάζειν, vel ῥαίζειν, quod *canum* est, (seu γρύζειν vel γρύξαι, quod *porcorum* proprium est,) & invisum istud AR, vibratâ dentes inter linguâ, edere, ut

*Sonet hæc de nare canina litera Pers. Sat. I.*

aut si in jus vocaberis, asinusque te mordeat, aut tuæ te *canes* allatrent, ne hirrias velim, ceu *canes* isti apud *Jonston. L. III. de quadrup. p. m. 178.* quid enim *cani* cum crocodilo terrestri? *Canem* tamen ut cœdamus, facilè reperimus fustem, & quàm facilè *canis* peccatum sus dependet. Dulce est aliquando desipere. A *cane* non magno

etiam sœpe tenetur *aper*. Magnæ indolis character *minorem* non allatrare, nec lœdere eum, qui se humiliat in dorsum recumbens. Gloria finis! *Embl. Altorfin. Dec. IV. p. 468. & Camerar. C. II. Embl. 63.* Fœdum quoque cum *canibus* in puteo pugnare. Imò si *nigram citò raptus in culinam cordillas madidâ tegas papyrô, vel thuris piperisq; fias cucullus Mart. III. epigr. 2.* wann man dich ins Hunds-Loch schmisse / nec latra, nec labra comede, ne fias κυνὸς πεῖσμα. Aut num tu vescéris betis? *Cor* dedit *catulus* coquo, cum *corculum* in culina raperet. Παθήματα μαθήματα. Excelsa livori indoles. Non svescit *mortuum canem* persequi, 1. *Sam.* XXIV. 15. ejusvé *aures* apprêndere. Sors aliàs fuerit & recti argumentum rodi à *cane* illo *rhetorico, caninæ scavæ* amantissimo (vid. *embl. Altorf. Dec. IV. p. 468. & Camer.* C. II. *embl. 63.*) ut *Zoilum* vocat *Ælian.* L. XI. c. 10. Gloriæ obstetrix calumnia. Non magis unquam torsi invidos meos, quàm temnendo. Semper enim, ceu immanis fera, lentiùs respexi ad *catelli* latratum. Una Bonorum vox erit:

*rodant, qui velint, pellem caninam, nos hac à scabie tenemus ungues. Mart. V. ep. 61.* Vale, mi *Lector*, & vive, ut vivas, *Deo, Orbi, æternitati!* Propediem spondeo *leporem*, quem haud invitis *canibus* venatus sum, quemq; excipiet *BUFO*, fœdum, sed mirabile animal, tandem *SALVIA*. Præstat enim esse, quàm videri, *NUNQUAM OTIOSUS.*



FRON-





# FRONTISPITIO

*hujus operis*

Variis picturis illustrato, Duce Autoris nomine, interpretamentum ponit

V. CL.

## CASPAR STIELER

ICt. Sereniss. Ducis Saxô - Isnacensis Cameræ Secretar. Illustrissimiq; CARPOPHORORUM Collegii Socius, dictus SEROTINUS.

## CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI, CURIOSORUM ARION.

*Per anagramma*

I fortis in cursu, mirus olor pinna! laus hîc: canis cura.

VUlgus *caninum* vos dehinc facessite!
*caniculæ* sacratus hic piæ locus.
Penetrat *sagacis* panditur *solertiæ*,
*fideiq;* templi concrepant almæ fores.
Profani abeste, exestè delicatuli!
Gens oscitans, fruges sati consumere,
utraq; condens pigrâ palmas gens sinu:
& vos scelesti & subdoli amovemini,
fallaciarum & architecti fraudium,
verum nefas falsâ tegentes nomine!
*Molossus* hic vos *pervigil* latratibus,
horribilibus vos imperetq; morsibus;
cavete nauci turba, vecors, perfida,
vobis *triceps* namq; erit ille *Cerberus*,
aliàs *catella*, sed Bonis, blandissima.
Placet *canis* sacratus *Æsculpio*,
*later canis* virtute nam clarè enitet,
præservat & curat *fide* ac *insomniâ*.

*I emblema*: Vigilanter & fideliter

Pernox



Pernox *ARION* hæc medendo conficit
& curiosè *CURIOSUS* quæritat,
Natura quæ parens latenter occulit;
Industriæ est specimen *Cynographicus* hic labor,
quem doctus edit docto & alto seculo.
Prodire nunc timet, nec invidiæ *canes*
tanti æstimat rabidos, vel usq; rodere
raucos, aut insiliendo dissilire finit.
Scribendo Victor interim *Celsus* volat
per æthera. *Aligeri catella* hæc *Pegasi*
vicem obtinet. *Medicis* potestas consimilis
est ac *Poetis;* sospitare qui valet
ægros Apollo, Vatibus, Pater, piis
*II. emblema:* nũquàm otiosus. præest is idem. *ARION utriusq;* cluet
noster *Sacerdos Cynthy, Memphitices*
hinc illi aperiuntur superba pondera
*obelisci*, & exsurgunt, quiētis nescio
& *otioso nuspiam*, præardua
*Pyramidum* onera, scitô notata symbolô,
fausto *gruis* quod explicatur omine,
Re, nomine, excubias *Vigil* quæ perficit,
stans promta & expedita & alia & impigra,
nixa intumentis *Viperæ* peritiâ,
innoxioq; & *cauto* acumine ingeni
suffulta, quæq; despicit terrestria.
*Beatus Ordo gloriosi Gymnasi*
*& Curiosi cætus inclytus, solô*
*polôq; famâ nobilis, ARIONE*
*(a) in Illustri Carpophororum Collegio dicitur* Der Wachsame. Jam *Vigile*, (a) quàm antea, *magis spectatior.*
Quod scripta tu progignis aurea, atq; quot
*leporibus* refertus & *mysteriis?*
Pimpleides adoreâ rident tuâ
horrea gravari sua. Superba copiis
*Hygeja* turget: plena fastû pectora
altosq; gerens spiritus, nil æstimat
præ se. Secundô *plus* en! *ultra* personat.
*III. emblema:* plus ultra. It clamor astra versùs. *Alitis Jovis*
stridet per auras *pinna*, cœlo proxima
*calcat globi* terrena & aspicit *Solem*,
avis, Patrem, *fixis* amœna *vultibus*,

& *lumi-*



& *lumina sua sistit ejus in face*;
*nec ora ab oribus amovet rosei Dei.*
*ARION* hæc, ut omnia. Rebus fragilibus,
fluxis, caducis fidere & inanibus
cavet. Vices expertus humanas pede
*orbis pilam* tundit gravi viriliter,
contra & procaces arduæ sortis minas
*fidente* tollitur *gradû*. Per *aera*,
*Plus ultrà*, iter *pinnâ* secans, astra superat
micantia, & *cælum* premit vestigiis
non æmulandis. Haut labore frangitur,
haut vigiliis noster *Vigil*, contra sed it
audentior, *victor resurgit, erigit*
*se ponderum pressu & gravatum, palma ceu*;
vigore nobili. *Pii sunt pectoris*
*hæc signa vivida, murus est hic ferreus:*
*conscire nil sibi, fas & æquum prosequi,*
*puras manus servare jugiter, fucum,*
*fraudum & strophas eludere innocentiâ*
*rectiq́; vi.* Mali metu sed torpeant
& deprimantur mole tristium gravi,
dumeta tristia & vepres vilissimæ,
*triumfet* at *fæcunda palma* & *floreat*,
*fructusq́; perpetim ferat suavissimos*,
*fundata moribus vetustis & fide* (*a*)
*antiquâ*, & *Ascenatis amplâ copiâ*
*fandi*; quibus stat & stabit *fulcris tribus*
immota semper. Non coruscam fulminis
vim *palma* pallet, nec robur minantium
noti procellarum: tenacibus fibris
trux namq́;, fixa hærens, iniqua nil timet
fata, aut acutæ ictus bipennis, aut ferox
phalangium, Scorpive virus luridum,
nec aspidis morsus. Sub hac *sociabili*
recumbe felix *arbore* & tutus, *Philax*,
suffragiis cœtûs piiq; *Saxonis*
locum quietus obtineto *Fructifer!*
*Aonia laurô* revinctus si oves
potensq́; carminis, sacrata culmina
Heliconis inclyti volans *mirus* petas

*IV. Emblema* Piè & justè.

(*a*) *respiciatur ad Leges & instituta Societ. Fructifera, quæ de lege sit* den neusprossenden Palmbaum des Sprossenden / Hrn. Georg Neumarks / *ICti. & Vinariensis Secretarii*,

c olor!

olor! per ardua juga qualis gnaviter
*Virtutis* optimæ perennis nixus es
iter patens, sublime vel qualis caput
effers per artes. *Hicce mentis igneus*
*vigor tuus, lethi & sepulcri nescia*
*virtus, benigni largitate Numinis,*
*quod contigit binum Tibi decus,*
in secla Te, *Vatem*; innumera tuebitur,
& mortis è contagione nil dabit.
*Larvale simulacrum, suprema fabrica,*
*exangue corpus aridum, artus ossei,*
*compage qui referunt imaginem necis,*
quod pertimescas est nihil. Terrestria
mors vindicat sibi. *Poli germen* dies
summus, laris minoris hospitam haut rapit,
nec gloriam partam facinore splendido
delere quit. Sed nosse si, *quid sis*, voles,
vel *quid futurus*; euge! præmeditabere
hac in *figura*: *Hæc ultima est sapientia*:
γνῶθι, σεαυτὸν. Hôc gradu nam scanditur
beata ad æthera. Fragiles aliàs sumus,
miseri & caduci, quosq; momento unico
ceu fabulas pausam vides facere, dare, aut
poscere manûs plausum, aut pedis supplosium;
*Himmelia* ortus sic parente, *fœmina*
*Clara*, (*a*) *clari clarescere* satagens Dei.
veri, *memor mortalitatis*, unicè
*cœlum* vehis parte igneâ tecum tui.
*Cœlo* incalês, *cœlum* cupis, *cœlo* faves,
*cœlumq;* totus cogitas, *cœlestia*
*fortiùs*; & invictus petis *cursû* piô,
humum lutosam calce trudens masculâ;
Occurrit ut *Soli* suo *Heliotropius*, (*b*)
flos assecla, & sponsæ suæ cupidine
accenditur: Tu *Cœlicus*, (*c*) sic permanes
*Hyperionis justi tenax obtutibus*,
*vultû sequax*, *Solem* tuum per nubila
perpete premis, nostiq; Sponsi candidas
pedum notas. Cognomen *Ordo Floridus* (*d*) hinc

V. *Emblema*: Virtute & doctrinâ.

VI. *Emblema*: nosce teipsum.

VII. *Emblema*: Sursum.

(*a*) *Mater ARIONIS fuit CLARA, ex antiqua & celebri Himmeliorum familia*

(*b*) *heliotropium Autori datum à Celeberr. Ordine Florali, vulgò* dem Blum Orden.

(*c*) *in quo Sodalitio dicitur Uranius.*

(*d*) der gekrönte Blum Orden / oder die Pegnitz Hirten Gesellschafft / *qua de vide Illustriss. Sigismund. à Birken dict.* Floridan / *in singul. libell.*

Hinc addidit tibi celebre: ab æthere
*Sursùm* voluit & Te volentem ſcandere.
Quemadmodum ſurgit *decorus floſculus*
in aera, & cubile tenebroſum putris
geſtit, luti & limi ſatur, perfringere;
tellure adhuc quamvis tenetur *bulbulus:*
*Sic germinas, tendisq; ad auras vertice.*
Sic Te minæ, nec *macro* formidabilis
aut *cautium* horridæ crepidines, furens
*maris* nec ira, *turbové, imber* aut ferens
noctem: ruina aut ſorpta *navis* gurgite
terroribus pavidum dabunt, *Quà juſſerint*
*decreta ſortium,* ſequeris illico.
*ARIONes*: nil depreceris uſpiam,
ſplendens *triumfali* es decorus purpurâ,
inſignis es *laurô, (a) coronâ regiâ:*
doctusq; *pollice* es ſonare *chordulas.*
*Undas* times: *dorſum recurvum* porrigit
*Delphinus*; ictus *fulminis: Parnaſſia*
*Daphne* vetat; *fluctus:* tenent liquidas aquas
*carmina*; *mare invium:* viam *penna* notat.
Eſt *penna remigium, beat cœlo: pia*
*& fata quò trahunt, iter planum facit.*
*Pirata* nil audet, ferox *balæna* nil
*ARIONEM* contra *Vias tutus maris*
*tentat, ſonora cum lyra qui navigat*
*cytharâve, pennâ, laureâ & fiduciâ.*
Virtute macte jam tuâ, *Vir optime.*
*I fortis in curſu piis fatus ducibus,*
*miriusq, olor pinnâ*, canoros da modos;
*Laus hic: canis cura* eſt, eritq; maxima.
Sublime Te feret, tibi prœmia dabit
ætas & hæc, & poſterûm ventura gens;
Quis ſis, probas, qualis, quis & futurus es;
Concurrit omne cum *cane* hoc artis genus
*Theologus, Hiſtor, Philologus*, quin *Ethicus*
Conterminusq; huic *Politicus: domum*
*& qui tuetur*, cum *Poeta, & cui ſilent*
*Leges:* valensq; *Hygéa* claudit agmina;
Quàm *Svada* ubiq; regnat & dulcis *Venus*,

*VIII. Emblema:* quò pia fata volunt.

*(a) quâ Autorem in Illuſtri Salana ſolenniter olim donavit ICtus Eminentiſſimus D. D. Chriſtoph. Philipp.* Richter / *Com. Pal. Caſ. &c.*



& invidendus *Gratiis* ipsis *lepor!*
*Faber* recede *Lemnius!* non *æreus*
tuus *canis*, donum Jovi, *canem* refert
hunc *aureum*: ad vitam reduc; tamen *lapis*
erit. *Sacrata* ast stat perennitatibus
hæc *viva fabrica*, & senectâ temporum est
major, *caninô* dente quam non obteret
*Momus*, nec in quam *Parca* jus ferox habet.
Sed quisnam ego? ut adinventa pectoris tui
*emblemate* erudita, ceu *Cyllenius*
alter, mihi explananda præsumam? tua
sed vicit obtestatio verecundiam.
Pudere nam, linquas ubi facienda, non
pudor, sed est agreste quoddam & rusticum.
Quamvis adesset, quod responderem Tibi:
*oblita carmina*, *impedita mens: fori*
*certamen*, & *vexata Jura* plurimum.
Non *Sirius* cœlo flagrans, non messium
horæ pigræ: quin *Advocatus*, quem paro,
meus, dies deglutiens totos mihi
voragine insatiabili: nomen sed &
inglorium *SEROTINI* & ignobile,
haut inter altos gloriâ Viros locum
dignum occupare, *oloribus* vel inseri.
Prævaluit, inquam, sed tuarum vis precum;
queîs indecorum denegare quid foret,
*obnoxio* inprimis, *plus* & *quàm solvere*
*quit*, *obligato*. Agnosco *debitum* libens
meum. Juvabit velle. Si lapsa est manus
stylusque cespitat, dabis Veniam. Sat est.
Jam finio, & signaculum præsentibus
in publicam imprimo fidem, sumitô licèt
*ex mutuo* sermone. *Quamdiu mei*
*vivam memor*, *pectusq; sincerum geram*,
*Te mente fidâ semper observans colam*,
*Tuusq; dici gloriabor.* Hinc amet
Ventura proles & probet ,

*Serotinum.*

APPLAU-



# APPLAUSUS, STIMULI ET JUDICIA CURIOSORUM.

Secundùm ordinem, quô mihi per literas communicata sunt, *citra omne præjudicium*, præfixa.

## I.

D.D. JOH. MICHAEL FEHR, *Kittinga-Francus*, Imperialis ac Liberæ Urbis *Suinfurtensis* Prætor, & Physic. Ordin. S. R. I. Acad. Nat. Curiosor. *Præses* & *Argonauta*.

QUæsivisti dudum & meruisti gloriosam famam, E. V. non tàm magnitudine *nominis tui*, quàm *felicioris genii & ingenii dexteritate*. Vidimes id & ex ungue leonem perspeximus, cumprimis *novissimâ* illâ & *exasciatissimâ tua Cynographia*, *quàm*, *in* NATURÆ CURIOSORUM *favorem*, *ad Eorum normam & formam*, *tàm speciosè* adornâsti. Gratias habe, V. E. pro tanto in Nos affectû, quô in *Tui* iterum *ducimur trahimurq; observantiam*, *nil magis in votis habentes*, *quàm ut arctiori amicitiæ vinculô nobiscum junctus in castra quoq; nostra quàmprimùm descenderes*, *Legibusq; nostris subscriberes*, quô nomine Ego, pro autoritate ab *Inclyto Collegio* mihi singulariter concessâ, E. T. *solenniter hîc invito*, *invitatamq; volo*, *eô modô*, *quô tùm universi Artis nostræ Medicæ Statores* & *Altantes* in I. Ephemerid. anno, *tùm singuli hactenus à Nobis invitati sunt*. Nostrum erit non tàm obviis Te excipere ulnis, quàm *omnem eò unicè dare operam*, *ut Tibi de nostra gratitudine inserviendiq; promtitudine certò constare possit*, quod equidem de me *sanctè* polliceor, & quodammodò hîc contestari Volui exili hoc *tristicho*, quod vili filô in *Cynographiam* tuam contextum, invitâq; Minerva fusum æqui boniq; ut consulere digneris, enixè rogito. *Suinfurti*.



* * *

Acer odoratû *canis* ut vestigia lustrat,
pressa sui Domini quæ tetigêre pedes.
Sic PAULLINE tuus *labor improbus* omnia vincit,
quæ de festivo prodita scripta *cane*.
Aude, Mome, *canem* hunc Theoninô rodere *dente*,
*dentibus* excussis turpe *cadaver* eris.



## II.

## Idem Vir Celeberrimus.

*Suinfurti.* MActe istâ Virtute, V. E. & salue Nobis COLLEGA honoratissime. Meruit dudum spartam hanc *in omni literarum genere rerumq; variarum peritia excellens ingenium & profunda eruditio*, ut albo nostro insereretur E. T.

Quod igitur felix faustumq; sit, & S. Rom. Imper. Acad. Nat. CURIOSORUM gloriosum!

*In nomine SS. TRIUNITATIS!*

EGo JOHANN. MICHAEL FEHR. PHILOS. ET MEdicin Doctor, Physicus *Suinfurtensis* Ordinarius, S. R. I. Acad. Nat. CURIOSORUM Præses, dictus ARGONAUTA, Te CHRISTIANUM FRANCISCUM PAULLINI, *Medicum*, *Philosophum*, *Poetam* & *Carpophorum* VIGILANTEM &c. In Ordinem NATURÆ CURIOSORUM receptum Collegam publicè renuncio, & ex ea quæ, mihi ab inclyto Collegio Nat. CURIOSOR. singulariter concessa est, Autoritate, *ob plurima tua hactenus præstita præstandaq; merita*, ARIONIS agnomen Tibi *solenniter* confero, collatumq; volo. Salve iterum Suavissime COLLEGA, & have plurimùm Mellitissime ARION, pulsa porrò divini istius Genii tui *citharam*, quô ejusdem suavitate allecti, dulcedine capti ac deliniti, refectique ægrotantes, velut ex inferis *Orphei Eurydice*, ad *vitam sanitatemq;* integram reducantur, reddanturq; pristino vigori. Vive valeq; Nobil. Domine COLLEGA, viresce & flore in seculi ornamentum & ACAD. NAT. CURIOSORUM diutissimè felicissimè!

III. D. D.

❧ ✽ ❧

## III.

## D.D. PAULUS AMMANNUS, *Uratislaviensis*, Electoralis Acad. *Lipsiensis* PP. & Botanicus, B. Mar. Virgin. Colleg. Collegiat. Acad. Nat. Curios. DRYANDER.

LAudem *plenariam* meretur Tua κυνογραφία, quæ ut lucem publicam propediem videat, precor. Laudem prosecutus sum carmine græco, &c. *Lipsiæ.*

Ἄιολα παντοίης ἱερᾶς τῆς μυστήρια τέχνης
ἐκμαθέειν συνετῶς ἄσπετον εὐχ[illegible]ἔχας,
Ἄινος ἐμοῦ μεῖζον τοῖς ἐσσομένοισιν ἀγήρων
Δαιδαλέου καμάτου μάρτυρει τῆς σοφίης.
Οὐρανόμηκες ἔχει ἐνὶ θνητοῖσι σοφοῖσι
Κῦδος, Παιήων φέρτατος ὃς τελέθει
ΠΑΥΛΙΝΟΣ λέγεται τῶν ἔννεα φίλτατον ἔρνος,
τῆς φύσεως Μούσης, Καρποφόρων τε μέλος.
Ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν Μοῦσαι ἀρετάς τε φίλησε.
Δεξάσας ἰδέαν συγγραφέμειν κύνεον.
Χαίρετε Πιερίδες πολύτροπον ὄμμασ' ἰδοῦσαι
τὸν κύνα. Φιλόλογοι χαίρετε, Θεολόγοι:
Χαίρετε Μυθόλογοι, Φυσικοί, Παιῶνες ἀγαυοί,
χυμικοὶ ἐσθλομαθεῖς, Ἱστορικοί τε καλοί:
Τίνετ' ὀφειλομένας χάριτας, καταθύμια πάντα
εὐχηθ' ἰητρῷ λῶστα λέγοντι κύνα.
Καὶ θέμις ἐστὶ φίλον σὺν χάρμασιν εὐγμαποείξαν,
ὥστε φίλον βίβλον πάντοτε θαλλέμεναι.

❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧ ❧

## IV.

## D.D. GEORG. CHRISTOPH PETRI, *Erfurtô-Thuringus*, Medic. Electoralis Moguntinus & Patriæ Ordin. in antiqua *Hierana* Med. PP. & suæ Facult. t. t. Decanus, Curiosorum ACHILLES.

QUantô sim perfusus gaudiô, conspectis E. T. literis summam erga me benevolentiam spirantibus, magis animô sentio, quàm verbis exprimo. A tanto enim Viro (utut quoad faciem ignoto, quoad no- *Erfordiæ,*



ad nominis celebritatem verò jamdudum cognitissimo) amari, non in honore solùm, *sed & in lucro* pono. Usq; adeò gratulor *inclyto* nostro *Collegio* de tanto sodali, præterea in sinu etiam gaudeo, quòd E. T. suo favore atq; affatû literariô me immeritum fuerit dignata. *Sciagraphiam* dexterrimè elaboratæ *Cynographiæ*, propediem lucem visuræ, attentè perlustravi, & cùm ex ungue leonem, illamq; *omnibus numeris absolutam* deprehendam, *atq, adeò totam dignissimam prælo* judicem, (quippe quæ non solùm insignem *utilitatem*, sed & maximam *jucunditatem* toti Reip. Medicæ afferre poterit,) religio mihi est aliquid hesc monere vel addere, ne actum agere videar. Proinde autor sum, ut quàmprimùm Orbem literatum bees *exasciatô hôc ingenii tui partû*, quem ut diutius lambas aut expolias, op[illegible] non est. Nomen consequeris hinc æternam & famam indelebilem. Adjeci volante crenâ & venâ levis monetæ carmen gratulatorium, quod ut æqui boniq; consulas, etiam atque etiam rogo.

Quis novus æquoreis emergit ARION ab undis?
quæ cata Pieridum soboles? quæ Svada? quis *Orpheus*
detinet attonitas svavi modulamine mentes?
Non ego cœrulei *Delphinis* terga prementem,
sed *cane Mænalio* vectum alterum ARIONA miror.
Fallor, an in varias se transmutare figuras
(dicere sic liceat) possit, ceu *Proteus* alter.
Sed totô cœlô distare videtur *ARION*
noster ab antiquo, quem post se mille relinquit
passibus: ille *fides* tractare & *carmina* nervô
alternis sociare modis & voce canorâ
doctus erat, palmam rapiens *Sirenibus* ipsis.
Filius hic phœbi clarissimus *arte medendi*,
Solis utramq; domum complet, seu pharmaca miscet,
seu senis in mediâ sistens styge cymbulam onustam
Pœoniâ avertit prædam Virtute Charontis,
seu doctos edit, plaudente Helicone, libellos.
Hoc testatur opus *splendente perennius ære*
de *cane*, mansurum post fata suprema superstes;
Hic igitur multis parasangis præstat ARION.
Zoile, *pervigilem* noli allatrare *molossum*,
quærit is argutè vestigia cœca ferarum
nare sagace bonus; Te, te, *lupe*, corripit ille.
*Marsyadenq,* velut superatum carmine quondam

vindice

vindico cultellô Victor deglubit Apollo:
*à cute*, nî taceas, *tua sic*, cave! *membra recedent.*
Non affixus humi *canis* est: sublimia ad astra
ut dudum *Procyon* sese & *Cynosura* recepit.
*Inclyta* sic pridem PAULLINI ad sidera *Virtus*
purpureis vexit famâ aurigante quadrigis.
Macte, *Vir Excellens*, *insigni* macte *labore!*
Vive diu sanus! successibus utere faustis!
& famam egregiis factis extendito, donec
nomen ARIONIUM vastum compleverit orbem!



# V.


## D.D. MATTHIAS TILINCIUS, *Jeuer. Frisius* Orientalis, in Illustri Universitate *Hasso-Schaumbugica*, quæ est *Rinthelii* ad Visurgim, Med. Prof. Primar. Archiater Hassiacus, & Curiosor. ZEPHYRUS.

Cum ex Virtutis admiratione qs. bilance apprehensas diversorum hominum conditiones contemplor, cùm collationem inter *Clarissima* hôc nostrô seculô *coruscantia sidera* tentare propono, cùm eorundem *doctrinæ, ingenii, dignitatis gradum* adumbrare statuo, nonne par aut majus quid molior, ac si *Anthæum* intra ulnas opprimerem? *columnas* in oceano figerem, vel aurea *Hesperidum* mala raperem? Ex iis occurris Tu, *Vir Amplissime*, primus, *audacis Naturæ miraculum*, cujus *illustriores animi dotes, sapientiæ, virtutis, & candoris* monumentis expressæ, promtissimè sacram Medicinam affectantibus svavissimam, & reconditam doctrinam instillant. Quare, *Celeberrime Vir*, omnem mihi dubitandi ansam deponis. Tibi enim *Cynographiâ* tuâ *insigniter elaboratâ* excelsum & præeminentem in sublimi immortalitatis fano locum comparabis, non trutinâ, sed medicâ staterâ honorificè adjudicatum. *Cynographiæ* tuæ *ideam* legi, perlegi, relegi. *Cedrô sanè dignissima* in ea deprehendi. *Methodus* illius est *elegantissima*, *res* sunt *curiosissimæ*, non blattis, sed *luce* ista mihi *dignior* videtur. Magna certè ab omnibus Eruditis, quibus *Cynographia* tua maximè *utilis* ac *necessaria* erit, in Te redundabit gloria; quòd tot Naturæ arcana de *cane*, alias intricata & densissimis nebulis involuta nobis explicare volueris. Varia & multa quidem de *canum* virtutibus & vitiis multi scripserunt, *Cyno-* *Rinthelii.*

 *nogra-*



*nographia* autem tua, quam *solertissimô Marte*, *perspicacissimâ mente*, *vigilantissimâ curâ* conscripsisti, eorum mentem longè superat, ultra se extendit, & altiora sapit. Perge ergò feliciter, *Vir Nobil.* in cursu tuo laudabili. Deus conatibus tuis faveat: applaudentem invenies orbem eruditum.




# *VI.*

## D. Lt. CHRISTIAN. FRIDERICUS

Garmann, *Martisburgensis* Reip. *Chemnicensis* in Misnia Physic. Ordinar. Curiosorum

POLLUX.

*Chemnicii.* DUm *Cynographiam* meditaris *curiosam*, multùm se Tibi debere, ultro fatebuntur Medici, & cumprimis *Illustris nostra Academia*, cujus *novum* audies *jubar*. Rectè autem vocas *Curiosam*. Quid enim à *Philosopho*, *Historico*, *Philologo*, *Poeta*, *Physico*, *Medico*, imò & *Theologo* in medium de *canibus* afferri poterit, cujus dilucidationem *egregius tuus labor* non permittit? cur ergò non probem opus, quod præsens & futura approbabunt secula, quodq; Te *Polyhistorem eximium* stellis miscet, fulgentissimoq; *canis* sideri &c.



# *VII.*

## D. D. JOH. DANIEL MAJOR, *Uratislaviensis*,

in Illustri Cimbrorum Acad. quæ *Kiloni* est, Med. Pract. & Anat. PP. suæq; Facult. t.t. Decan. Sereniss. ac Reverendiss. Princip. & Episcop. Lubecens. Archiater, Curiosor. Adjunctus & HESPERUS.

*Kilonii Cimbrorum* DEsidero editionem *eruditi* tui de *canum* historia tractatus videre, qui certè suos inveniet lectores &c.

*
* *

Quid *cane* produxit Natura sagacius unquàm?
nil nisi PAULLINI scripta, notanda *cedrô*
Gratulor ingenii (& miror) *præfertilis* ausus,
quos *canis* in cœlo *sidus* utrumq; colat!

*II X.*D.D.



## IIX.

## D.D. GEORG. WOLFGANG. WEDEL,

*Spremberga Lusatus*, in inclyta Acad. *Jenensi* PP. Med. Ducal. Saxon. Curiosorum Adjunct. & HERCULES.

KΥριολογίαν tuam non possum non *insigniter* laudare; autorq; sum, ut edendæ huic propediem incumbas. Jubes verò me noctuas Athenas, dum ex meis scriniis expectas, quæ tam abunde jam apud Te extant. *Jenæ.*



## IX.

## D. D. JOH. DANIEL HORSTIUS, *Giesâ-Cattus*,

diversorum S. R. I. Principum Archiater, & Curiosorum PHOENIX.


AD utramq; tuam epistolam verbô respondeo, valde mihi placere laborem tuum, meq; libenter operam collaturum, &c. *Francofurtô ad Mœnum.*



## X.

## D. PRÆSES ET ARGONAUTA Curiosorum.

SEmestri jam spatiô, *Collegarum Ocelle*, ternas à Te accepi literas. Plurimi mecum desiderant *exasciatissimam* tuam *Cynographiam*. Utinam illa brevi lucem videret. &c. *Swinfurtô.*



## XI.

## D. POLLUX CURIOSORUM.

SUmmum laborum meorum condimentum & solatium fuit, eritque inposterum, *solidè doctorum* amicitia, & cum illis omni melle suavius commercium literarium. Inter *hos* cùm *TU* emices, de favoris tui constantia mihi gratulor, &c. *Chemnicii Misniæ.*



## XII.

## D. D. SALOMON REISELIUS, *Hirschbergâ-Silesius*, olim Archiater *Hanoviensis*, tunc Lib. & Imperial. Reip. *Wormatiensis* Phys. ordi. Curiosor. AMPHION. nunc Consiliar. & Archiat. *Stuttgardian.*

*Wormatiâ.* MIhi plus nimium tribuis, Tibi derogas, more *ingenuorum* hominum, qui laudem, quam merentur, metuunt. Et ne Tibi in faciem præconiis tuis sim tædiosus, gratulari malo mihi de *tanto amico*, Tibi de honore novo & ARIONIS titulo inter NATURÆ CURIOSOS *dignissimo*; dein & vovere, ut longos annos vivas optimè, velisq; juvare Remp. Medicam multis *tam accuratis* laboribus, ut in *cane* fecisti. Fac autem, ne *canis* iste diu lateat, aut obmutescat planè; Meretur enim audiri *latratus* ejus &c.

Idem: Tractatûs tui methodum ad normam Collegii *accuratissimè* agnosco factam, & ut in pluribus facere possis, opto, & ut matures ipsius editionem rogo &c. Ad cujus stimulum ecce Vernaculum epigramma.

Ihr schreibet Herr Paullin scharffsinnig von dem Hunde
aus einem der Natur und Kunst-gemäßem Grunde/
zieht alles in ein Buch mit schöner Ordnung an/
was man von diesem Thier nur weiß und lesen kan.
Ihr weisset/ daß die Wut von Würmen her entspringet/
wie manch-verborgnen Schmertz der Würme Beut erzwinget/
wer hier die Nase rümpfft und runtzelt drob die Stirn/
der wurmt/ und hat ein Nest voll Würmer im Gehirn.



## XIII.

## D. D. GEORG. HIERON. VELSCHIUS, Patritius & Medicus *Augustæ Vindelicorum*, Curiosorum NESTOR. I.

*Augustâ-Vindelicorum.* SCriptio tua de *cane*, quantum ex indice transmisso colligo, *accurata*, *ampla*, *doctissima*, & famæ par est, crede, nec differ in annos. Qui secus senserint, *caninum* ingenium habent, nullis Virtutibus, sed vitiis infame &c.

XIV. D. D.




## *XIV.*

## D. D. CASP. THEOPHIL. BIERLING,

*Lipsiensis*, Medic. *Magdenburgensis* Ord. Curiosor. Collega.


MErum gaudium mihi eruditionis tuæ literæ merô amoris melle *Magdeburg,* ſtillantes & affectu tribuerunt, quibus profectò nihil mihi gratius, *80.* imò nihil dulcius accidere potuit. Fauſtum itaq; me dixero, modò tenuitas indignitasq; mea amicitiæ tuæ fores intrabit. Erudita *Cynographiæ* Tuæ *curioſæ diſpoſitio admodum mihi grata* fuit, & dubium certè non eſt, quin complementum ejus propter *rarisſimas* & *doctisſimas* in illa ſcribendi materias univerſo Literatorum Orbi plus quàm acceptum fuerit &c.



## *XV.*

## D. ZEPHYRUS CURIOSORUM,

D. Hannemann PP. *Kiloniens.* Clariſſ. maximè ambit amicitiam *Kimbelid,* tuam, Teque meis verbis ſalutat. *Cynographiam* Tuam curioſam ſummo cum deſiderio expecto, optoque, ut mox lucem videat.



## *XVI.*

## D. D. MELCHIOR FRIBE, PRÆFECTURæ & Civitatis *Haynenſis*, ut & Præfecturar. Electoral. *Moritzburg. Zabellicens.* & *Waldens.* Phys. Ord. Curioſorum CLEANDER.

GRatias, quas poſſum, ago maximas pro communicatione *ingenioſæ ſynopſeos*, ſeu diſpoſitionis *Cynographiæ perquam doctæ & ſummè curioſæ*. *Haynâ.* Contribui, quantum habui, & ab aliis, nimirum Illuſtriſſ. Collega L. B. à *Friſen*, Collegii noſtri JASONE II. Dominoq; HERMETE fuit communicatum. Adjeci etiam epigramma, & ſuum quoq; appoſuit HERMES noſter cum Voto omnis felicitatis, promittit non ſolùm candidum amorem, collegialem & fidelem amicitiam, ſed & deſideratam per literas communicationem.



A & O.

Quod *canis ingenium*, quæ ſit *Natura*, *profanus*
illius & quondam qui *ſacer* uſus erat.
Quàm multus *Chymica*, *Medica* quàm clarus in Arte,
quamq; *nov - antiqua* ſit *canis* hiſtoria.
*Dignaq*, quæ *plura*, & quæ ſint *indigna* relatû,
viſa eſt ingenio res ea *digna* tuo,
PAULLINI, meditaris *opus memorabile*. Quod ſi
rodere conſtituet, nec *canis* ipſe poteſt.

*Aliud*

Qui ſtudiis PAULLINE caput felicibus effers,
à *cane* nunc famam porrò decusq; petis.
Nempe nihil refert: Graſſatur ad ardua Virtus,
Laudi & materies vel *canis* eſſe poteſt.



*XVII.*

## D. CHRISTIAN. ADOLF. BALDUINUS, IC.

& Chymicus abſolutus, Sereniſſimi ac Potentiſſimi Elect. Saxon. Præfectus *Hayna*, Reg. Societat. Anglic. & Curioſor.
HERMES, I.

*
* *

*Hayna.* Chriſtianus Franciſcus Paullini, Medicinæ Doctor
Naturæ Curioſorum Arion.

*Per purum Anagramma,*

*Is canis, ecce, latrans in fundo pulchrior audit,*
*cur? ornavit eum ſic Arionis amor.*



*XVIII.*

## D. ACHILLES CURIOSORUM.

*Erfordiâ,* CAnis tuus, quem *comtisſimum* novi, ubi terrarum tamdiu latet? tam *elegans* opus cur lucem videre detrectat? nullæ te moveant cenſuræ, nullæ invidorum calumniæ. Non enim majorem gloriam *Zoilus* in nominis tui fama arrodenda relinquet, quàm in vaſto mari veſtigium cymba.

*XIX.* D. D.



*XIX.*

## D. D. LAURENTIUS GIESELER, *Osterodensis*, Physic. *Brunsvicens.* Ordin. Curiosorum HIPPOCRATES. I.

*NOn possum non multùm laudare conatum tuum*, quô Rem medicam ornare & augere satagis. Monstrabit hoc ubertim *Commentarius*, quem de *cane* meditatus es, *amplissimus*. Opto, ut quàmprimùm lucem videat; *Curiosis* enim quin satisfacturus sit, nullus dubito, gestio valdè ipsum videre. *è Brunsvic.*



*XX.*

## D. POLLUX CURIOSORUM.

QUæ tuam morantur *Cynographiam*, ut hactenus lucem non adspexerit publicam, eadem & mea opuscula. Id tamen è Bibliopolarum tenacitate & tarditate consequuntur utilitatis, ut quotidie ferè auctiora evadant & limatiora. Addidi carmen germanicum *Cynographiæ* tuæ sacrum. Tu, optime Poeta, Poetastri titubantem non respicies venam, sed animum benevolentis. *Chemnicii.*

So wilstu nun den Hund/ mein ädeler Paullin/
durch deinen schlauen Fleiß und Feder setzen hin/
Wo Sirius die Gluth mit vollen Strahlen sprühet/
wo Mars und Venus lacht/ wo Mond und Sonne glüet?
dein Fleiß ist rühmens werth. Man hat das ädle Thier.
sonst allzeit hochgeliebt/ selbst Scaliger hat hier
die Feder angesetzt. Es hat es wollen ehren
der kluge Lipsius/ wenn er sich lassen hören
mit einer Lobeschrifft. Oft hat der Tichter Schaar
durch manchen netten Verß sein Lob gemachet klar/
und sternen-werts geführt. Wer weiß nicht seine Liebe/
die er zu Menschen trägt? bald hätten lohse Diebe
entführet dieß und das/ wann seine Treu gethan/
was Capparus verricht/ wird noch gemercket an/
als er den Dieb gescheucht in Eskulapens Tempel
und offenbahr gemacht. Man zählet viel' Exempel
von seiner Wachsamkeit: offt hat der Hund bey Nacht
ein gantzes Krieges-Heer durch seinen Fleiß bewacht.

Wenn

Wenn Koridon im Busch an Galatheen dencket/
und ihr durch hohle Luft manch Lied und Seufzer schencket/
wenn Hylas lieb-entzückt verfällt in Traum und Schlaff/
hält Hylax Wach und Huth/ und schützet Vieh und Schaaf.
Zwar in dem Kapitol hats einst der Hund versehen/
daß von dem Feinde wär' ein Uberfall geschehen/
wann nicht die muntre Ganß gemachet ein Geschrey/
doch diß kommt eben nicht flugs allen Hunden bey.
Es lauffet ein Versehn bey allen Sachen unter/
der Tichter-Printz/ Homer/ ist selbst nicht allzeit munter/
wie hoch er sonst berühmt. Offt trifft den höchsten Sinn
aus Schwachheit einger Fehl zum niedern Pöbel hin.
Merckt man des Hundes Arth im Stobern und im Spühren/
wie er zum scheuen Wild den Jägersmann kan führen/
wie er den Netzen zu des Wild so artig treibt/
wie er das Rephun jagt/ so haben viel geglaubt/
ihm sey was höheres vor allen andern Thieren
vom Himmel eingeflößt. Der wil was menschlichs spühren
in seiner Unvernunfft. Ein andrer sagt/ es sey
was auch kein Mensche kan/ dem Thier geleget bey.
Es hat Apizius/ der Lecker/ viel zu dancken
dem schlau- und kecken Thier/ sein Magen müst erkrancken
von der Murenen Schleim/ und andrer Fische Wust/
wenn nicht das truckne Fleisch des Wildes neue Lust
in solchem regete. Wer achtet nicht die Stärcke/
die Klugheit ädel macht? man sehe seine Wercke/
er nimmts mit Leuen an/ er scheut den Parther nicht/
auf Wölff- und Bahren-Jagt ist er wohl abgericht.
Gefahr ist ihm ein Spiehl: er achtet keine Streiche/
kein Biß/ kein Schlag/ kein Striem zwingt ihn/ daß er entweiche/
dem fast erzörnten Wild, Blut reget Hertz und Blut/
ob er einst unten liegt/ so faßt er neuen Muth/
und gehet frischer drauf. Drum hat man ihn vorzeiten
in Schilden vorgestellt den tapffern Krieges-Leuten/
gab einer dann Reißaus/ verließ Schild und Pannier/
so mußt' er tragen um ein räudicht Hunde-Thier.
Die Aertzte sind ihm hold/ weil er in Artzeneyen
das Seine träget bey. Was wollt ihr lange schreyen/
die Gicht und Reisen plagt/ ihr/ die ihr seyd verwundt/
ihr Lahmen sprechet an den oft-bewährten Hund/

und




und den / der euch so wohl die Artzeneyen weißet /
so euch der Hund verspricht / den Fama längst gepreißet /
Appollo überlaut mit seiner Dafne Haar /
Galenus einverleibt der klugen Aertzte Schaar.
den selbst der Kaiser liebt / den grosse Fürsten ehren /
wil / was der Hund vermag / in diesem Buche lehren.
Hier kämpfft Verstand und Kunst. Sein Fleiß ist Stöbers Arth /
er suchet / was vom Hund Athen und Rom verwahrt.
Glückzu! Hoch-werther Freund / so kan man Ruhm erjagen /
dein Haubt soll eine Kron' / und Momus Hunde tragen.



## XXI.
## D. ZEPHYRUS CURIORUM.

DE *cane* meditaris opus, ut scio, *expolitissimum* & *exquisitissimum*. Ideo plures jam Tibi mitto observationes. Pro amore enim meo, quô te prosequor, & pro amicitia, quam inter nos colimus integram atque salvam, adeo Tibi obstrictus sum, ut omnia, quæ in gazophylacio meo medico habeo, Tibi libenter communicare cogar. Rintelii.



## XXII.
## D. D. COLLECTORES EPHEMERIDUM
nostrarum *Uratislavienses*.

OPus, quod E. T. sub manu est, de *cane curiosissimum*, *adeo absolutum numeris omnibus* ominamur, ut eo in genere nihil perfectius dari possit. Omnem enim, quod ex transmissa diathesi perspicimus, dicendorum materiem adeò exhausisse videris, ut ne *Argus*, quidem *centoculus* quicquam, quod desideraret offenderet. Noctuas itaque Athenas afferremus, si quidplam exquisitissimo huic scripto addere conaremur. Hortamur potius, ut editionem matures, ac *Cynologiam* hanc *curiosam*, Acad. nostræ *splendorem*, Tibi verò *nominis perennitatem* allaturam, publico propediem dones &c. Uratislaviæ.





*XXIII.*

## D. HIPPOCRATES I. CURIOSORUM.


Brunsvigæ. DIctum mihi à Cl. V. *Te nimis diffusè scripsisse.* Verum ego causam hanc *nullam* esse dico, qs. literatus, & qui ingeniô pollet, incarcerare ingenii vires vellet, & non potius exspatiari in amplissimos amœnissimosque omnigenæ doctrinæ campos. Ego potius summè laudo *industriam* tuam, nihil magis optans, quàm ut quantocyus *hunc & subsecuturos* tractatus videam.



*XXIV.*

## D. POLLUX CURIOSORUM.

Chemnicii. FLorentiæ pariter de *canum* natura commentarium sub manibus habere Celeberrimum quendam Virum, nuper significavit *Heckelius.* Ut igitur in lucem propediem mittas *Cynographiam* tuam, suasor essem.



*XXV.*

## D.D. JOH. JACOB. WALDSCHMIEDT/ in Illustri Acad. *Marburg.* PP. ejusdemq; t. t. Rector Magnific. Archiater Hassiacus, Curiosorum PRIAMUS.

Marburgi. QUod Tu interim operi tam *laborioso* & *Curioso* sedulam, in Artis nostræ ornamentum, admoveas manum, gaudeo & simul contendo, ut quàm alacriter pergas.



*XXVI.*

## D.D. COLLECTORES EPHEMER. nostrarum *Uratislaviensis.*

Uratislaviâ QUod tanti affectum in Te nostrum, quem Tibi, V E. *ob merita tua insignia*, debemus, facias, ut non osculô saltem eundem excipiendem

endum duxeris, sed & immeritis laudum præconiis Nos extollere dignatus sis, effectum *præcellentis humanitatis*, quæ rarissimæ doctrinæ Viris, *qui Tu es*, individua semper comes est judicamus. Injurii itaque in hanc essemus, si *ingentes* tuos *ausus*, in *inclytæ Societatis nostræ* gloriam unicè collimantes, pro virili nostro juvare non conaremur. Næ *dignè satis* æstimari nequit ingens ardor tuus promovendi publicum &c.

*XXVII.*

## D. HERMES I. CURIOSORUM.

NEc est quicquam tam dulce, quàm *Zoilorum* virus propriâ Virtute sopire. Rectè hinc atque ordine facis, E. V. qui talium securus, non *Cynographiam* tantùm luci publicæ committes, sed & *Logagraphiam* meditaris. *Haynâ.*

*XXVIII.*

## D. D. GODOFRED. CHRISTIAN. WINCKLER.
Sereniss. ac Potentiss. ELECTORIS *Brandenburg.* Consiliar. & Archiater, Colleg. Curios.

NOn potui non exultare animo perlectis amantissimis literis tuis. Gratulatur enim sibi totum nostrum Collegium de *membro tantâ eruditione & sapientiâ claro.* Desinas itaq; mirari, *V. Celeberrime*, cur Te Viri eruditi amore & benevolentiâ prosequantur. Meretur id *summa Tua eruditio*, postulat id *humanitatis tuæ suavitas*, queîs animi hominum qs. fascinentur necessum est. Delineationes *tractatuum* tuorum cum admiratione legi, & Reip. Medicæ *de novo incremento* summoperè gratulatus sum &c. *Bregâ Siles.*


*XXIX.*

## D. D. JOH. LUDOVIC. Hannemann/
*Frisius*, in Illustri Acad. *Kiloniensi* Phys. PP. Curios. Collega, d. NESTOR II.

EST quòd mihi plurimùm gratulor in cognitionem *tanti Viri* pervenire, inq; Ejus familiaritatem admitti, qui cum *Illustribus hujus seculi Viris*, quorum agmen ducit *incomparabilis Naturæ scru-* *Kiloniâ Cimbror.*



*tator Athanas. Kircherus*, amicitiam colit. Conatum tuum in edenda *Cynograph. Curiosa* laudo, laudant mecum Illustres Viri, quorum non postremus est *Hesperus* noster &c.



*XXX.*

D. D. EHRENFRIED HAGEDORN/ *Görlició-Lusatus*, Serenisſ. ac Potentiſſ. ELECTORIS Saxon. & Ampliſſimæ *Reip. Patriæ* Medic. Curiosor.

PEGASUS II.

*Görlicii.* Effari non poſſum, quantô ſuffundebar rubore, cùm *tanti ſubſellii Virum* meam, ceu hominis ſibi ignoti, ceu immerentis, affectare amicitiam legerem. *Limatiſſima ingenii tui*, quæ promiſiſti, *ſpecimina* expecto, oppidoq; eadem precor. Sic Vale, *V. Nob.* & Remp. Medicam, cui natus es, *eruditisſimis* tuis quantocyus exhilara opellis.



*XXXI.*

D. D. GEORG. FRANCUS, IN ELCTORALI Acad. *Heydelbergens.* P. P. primarius, ejusdemq; t. t. RECTOR, Com. Pal. Cæſar. Elector. Trevirens. Ducis Würtenberg. & Marchion. Badenſis Archiater, Curioſor.

ARGUS.

*Heydelbergæ.* JOvi Publio V.S.L.M. quòd Te, *Vir CL.* in favorem & amorem mei pellexerit! Habeo, de quo congratuler & Tibi, & mihi, & orbi literato. *Tibi de cedro digniſſimis lucubrationibus*, nobiliſſima illa triga *Zoophytologica:* adeò procul dubio & *hoc trinam perfectum* erit. *Mihi*, quod cultoribus tuis me annumerare dignatus fueris, chartulasque noſtras evocare. Ceterùm mire perplacuit elegantiſſima diatyposis *curioſi tui trifolii.* Et quî diſpliceat, quod omnem *elegantioris doctrinæ abyſſum* eſt perſcrutatum? Prodeant *doctiſſimæ* tuæ *lucubrationes*, aſpiciant feliciſſimè opem ferentem Lucinâ meliore meliorem lucem, nec in tenebris cum tineis blattisvè rixentur diutùs, quæ *maturrimô* congeſſiſti judiciô atq; *laborioſiſſimè* &c.




XXXII.

XXXII.

D.D. JACOB. SCHMIEDT/ *Quedlâ-Saxo*, Archiater *Anhaltinus* Curiosor. PODALIRIUS II.

*ETnographiam* Tuam *Curiosam*, quam tot Illustres Viri, imò Docti & Boni quiq; maximè expetunt, ego, si quis alius, videre gestio, nec quid illi amplius addi possit, video. &c. *Quedlinburgi.*

Agmina magna *canum* latrantum vidit *Apollo*,
murmureq; ingenti vastas resonare *Diana*
audivit sylvas, tùm *Cynthia* talibus infit:
Quis clamore *canum* nostris in saltibus audet
perterrere feras, nemorosaq; linquere lustra
hasce jubet? lucosq, *canum* latratibus implet?
Insolitus mea regna petens *Venator* inultus
nullus abibit. At his ea *Apollo* verba reponit.
*Cynthia*, non tua sunt, sed nostra patentia regna,
*Palladis*, & VIGILANS per quæ venator ARION,
atq; *haud invitis canibus* traxisse laborat
in casses non *Delphinas* nec magna ferarum
dona, sed æternæ splendentia munera famæ,
inq; suos cecidit casses jam *præda petita*.
Hunc igitur sudâsse, novis pensabo brabeis:
Salve, *Venator*, Famæ redimite *coronâ*,
Gloria perpetuò Tua sic splendore coruscet!



XXXIII.

D.Lt. BENJAMIN SCHARF, ARCHIATER *Sondershusanus*, Curiosor. BIAS.


*EN dextra fidesq*, quibus sanctè promitto, me ad quodvis humanitatis & amicitiæ munus collegiale tam paratum esse quàm paratissimum. Lapis enim, non homo, sit necesse est, quem mellitissimæ tuæ literæ singularis candoris & humanitatis plenissimæ ad tam svave amicitiæ munus non potuerint commovere. Sed egone noctuas Athenas, & inter tam *Illustres olores* anserinum excitare strepitum audeam? cùm tot *lumina* & *columnæ Inclutæ Artis nostræ* jam sua contulerint symbola, ut nostris nugis & quisquiliis haud opus esse conjiciam, *Sondershusæ.*

*XXXIV.*

## D. D. JOH. PAUL. WURFFBAIN, Phys. Ordin. *Norinberg.* Curiosor. HERMES II.

*Norinbergâ*

CTnographiam Tuam *curiosam* ex Sciagraphiâ mihi transmissâ, sufficientissimũ *profundæ eruditionis* Tuæ specimen, *vix majori* & *meliori studio, diligentia, judicio, dispositione* & procul dubio etiam *elaboratione*, à quoquam eruditorum edi ac perfici posse, sine omni adulationis umbone fateri cogor. Dolendum hinc esset, si *eximius* ille ac *utilissimus* labor, cum insigni eruditorum detrimento, in scrinio sepultus ac conclusus periret, & *Acad.* nostræ *Curios.* gloriam famamq; prout potis est, non adaugeret; Curabis itaque quantus quantus es, ut quantocyus, ob hunc *diligentiæ* & *eruditionis* Tuæ prolem feliciter in lucem editam, Tibi gratulari & decentes agere gratias queamus.



*XXXV.*

## D. D. LUCAS SCHROCKIUS, Junior, Physicus *August. Vindelicor.* Ordin. Curiosor. CELSUS.

*Augustâ Vindelic.*

INprimis autem *laboribus* & *studiis* tuis *indefessis* applaudo, atq; divina gratia ut felicem eis progressum concedat, animitus voveo. In otio enim tuo Te minus otiosum transmissa ad *D. Helianthum sciagraphia de cane, lepore* &c. abunde comprobant, quibus *eruditionis monumentis egregiis* in lucem edendis ut gratus inveniatur Bibliopola, omnes precamur. &c.



*XXXVI.*

## D. D. EBERHARD GOKELIUS, Sereniss. Ducum Würt. Weilting. Archiater Reipubl. Ulm. ac Diversor. S. R. I. Statuum Phys. Ordinar. Curios. ALECTOR,

*Ulmâ Suevorum.*

CTnographiam Tuam curiosam, jam sub prœlo sudantem, ut & *Lagographiam* ac *Phrynographiam*, quarum idéam concinnam limatamq; maximâ laude digniorem, admirabundus perlustravi, & licèt indignus, approbavi; Si lucem viderint, Summa cum veneratione exosculabor, earumq; lectione proficiam. D. D. *Jac. Ottonem*, Com. Pal. & Reip. Ulmens. Consiliar. ut & *D. Alfons. Khonium*, Collegam meum honorandum, tuo nomine jussus salutavi, qui Salutationem hanc pro singulari honore æstimant, ac Te, cum oblatione officiorum suorum, resalutant.

VOTA




# VOTA ET CENSURA
*aliorum*
# EXCELLENTIUM VIRORUM.



## *I.*

## D. ATHANASIUS KIRCHERUS, SOC. JESU
Theologus, & Professor *Romanus*, ὁ πάνυ.

Literas tuas, quas uberi in me affectûs profusione ad me dare non dedignatus es, pari animi voluptate volvi & revolvi, ex quibus nō duntaxat *pectus germanô candore præditum*, sed & *omnigenâ eruditione & doctrinâ excultum luculenter* cognovi. Quòd verò meam indignam personam, laboresq; literarios orbi hucusq; editos, apud Te nonnihil esse patiaris, id non tàm meæ, si qua fuerit, eruditioni, verùm *eximiæ tuæ humanitati affectuiq́*, quô me sincerè prosequeris, ascribendum meliori jure censeo, cùm Tui similium proprium sit in aliis id admirari, quod ipsi emt quàm affluentissimè habent. Vidi deinde κυνολόγιον tuum, operis, inquam, quod de *cane* scripsisti, *synopsin*, quô sanè uti *absolutum combinatoriæ analogicæq́ artis specimen* dedisti, ita quoq; id, utpote ad *palatum meum*, non possum non approbare, veluti *opus dignissimum*, *quod omnibus ad imitandum* publicæ luci pateat. Perge interim, *Eruditissime Vir*, quæ in ingenii tui recessu recondita tenes, studiosè excolere, excultisq; Remp. literariam liberali animô locupletare &c. *Româ.*



## *II.*

## D. NICOL. STENO, HAFNIA-DANUS, Regius
quondam in inclyta Acad. *Hafniens.* Anatomicus, postea Episcopus *Titiopolitanus* & Vicarius Apostolicus, nunc Suffragan. *Monasteriensis.*

Si hîc Te haberem, de loco *Pisis* obtinendo inter Professores non desperarem, cùm illum jam tùm Tibi promiserit *Sereniss. Magnus Hetruriæ* *Florentiâ.*



*truriæ Dux*. *Cynographiam* tuam Doctis placituram, nullus etiam dubito. Laudo industriam. Prœlo subjice &c.

# *III.*

## D.D. JUSTUS CORTNUMMIUS, CELLENSIS, Regius Profess. Primarius in Equestri Danorum *Sorana*, ejusdemq; Decanus, Præceptor noster Optimus.

*Sorâ Danorum.* DExter mihi salit oculus, quoties video, Te odiosis & molestiarum plenis laboribus non solùm non defatigari, sed indies alacriori ingeniô & acriori judiciô ad eosdem redire, admirabundus, undenā tantum liceat suffurari temporis ad omnia ista evolvenda. *Insignem* istum de *cane tractatum* prœlo destinatum non est quòd abscondas, fac, lucem videat, nullus dubito, quin gratâ & amœnâ jucunditate se sit commendaturus, & *Curiosos* legentium oculos oblectaturus &c.

# *IV.*

## R. P. CASP. SEVENSTERN, SOCIET. JESU, & Theolog. Polemicæ in Illustri *Hildesia* PP.

*Hildesiâ.* Binas jam accepi literas, quibus D. V. evocatur *Coloniam*, ut proficiscatur ad *M. Hetruriæ Ducem*, qui cambium multorum scutorum *Coloniam* misit pro sumtibus itineris. Quando latrabit *canis* tuus?

# *V.*

## D. D. JOH. CHRISTIAN. FROMMANN/ *Coburgensis*, in Illustri & inclyto Athenæo ibid. PP. & Med. Provincial. nunc Archiater Saxonicus Præceptor noster Venerandus.

*Coburgô.* TEnuia fuerunt, quæ à mea tenuitate hîc reportâsti vix gratiis digna. Si tamen vel prima *scintilla* eruditionis medicæ Tibi à me collatæ in *ignem* talem *luculentum*, favente aurâ cœlesti, excrevit, est, de quò mihi gratulor. Macte esto his omnibus, & quibus in altum subvectus es, ad astra pergas *Labore & Candore*, *Virtute & doctrinâ*, Macte esto honoribus, quibus Te & *Æsculapius*, & Amplissimum *Nat. Curiosor.* Collegium conferendo cognomen ARIONIS magis auctum voluit. Thema, quod juxta tenorem legum Nat. Curios. tractandum suscepisti, *ut rarum*, *itaque*



*ita carum* erit omnibus. Quæ enim publicè vel apud *Historicos*, *Philologos*, *Medicos*, *Physicos* &c. occurrunt, Te, *librorum helluonem*, jam ante omnia devorâsse, σκιαγραφία & delineatio totius operis *ingeniosissimè* posita satis prodit, ut noctuas Athenas portare meritò dicar, si ad forum hoc tuum quid attulero. Interim sequens epigramma *doctissimo* Tuo *tractatui* consecro:

De *cane* PAULLINI quia doctè scripsit, APOLLO
hoc, EUGE! BELLE! nunc ego subdo meum.
Applaudo: meus est is, mox ÆSCLAPIUS addit:
nam mea sacra *canis* Symbola & ipse subit.




## *VI.*

D. D. THOM. BARTHOLINUS, Hafniâ-Danus, Hæreditarius in *Hagested*, S.R. M. Dan. ac Norwag. Archiater Primar. inq; Summo Tribunali Reg. *Hafniæ* Assessor, inclytæ Acad. ibid. Prof. Honorarius, & Med. Facult. Decan: perpetuus &c. Præceptor noster meritissimus.

CUm *vigilantiæ* tuæ *diligentiaq;* specimen in *cane*, quem doctô calamô examinandum suscepisti, ostendas, Nos quoq; ad eadem negotia capessenda amicè revocas. Nolim Te cum *cane* conferre, quem in *cane* describendo occupatum video, sed symbolô istô *industriam* tuam adumbrari pateris, quæ in hoc argumento, sicut ex idéa *Cynograph.* tuæ perspicio, non velut *canis in Nilo* versatur, sed ad *immensam* rerum copiam se diffundens, *magna eruditionis documenta*, famâ feliciter, orbi *curioso* exhibet. *Hafniâ Danorum.*

Ille tuus vigilando *canis* testatur amicum
PAULLINIUM *vigiles invigilâsse* dies.
Ille loquax referet *vigilatæ* prœmia noctis,
nec *canis* in Domini funere *mutus* erit.




## *VII.*

R. P. SEVENSTERN, Soc. Jesu.

SCripsit ad me nuper *Româ* R.P. *Athanas. Kircher.* & valdè sollicitè inquirit, ubi moretur, vel in quo statu versentur res D. *Paullini*, Amici singularis, qui κυνολόγιον promisit. *Lucemnè vidit?* *Hildesiâ.*

f          *IIX.* D.D.



## IIX.

**D. D. DANIEL LUDOVICI,** *Vinariâ-Thuringus*, Archiater *Saxo-Gothanus*.

*Gothâ.* ET, me devinctum video, tùm ob servatam mei memoriam, tùm & præcipuè ob transmissam *elegantissimi tractatûs* ........ Exactè complexus es singula, ut locum planè non inveniat in alieno ædificio forsan curiosior &c.



## IX.

**D. CASP. STILER, IC. SECRETAR.** *Saxi-Isnacensis*, inter Carpophoros **SEROTINUS**, der Spate.


*Isenaci.* SEd cur Tu *canem* qs. spem tyrociniumq; famæ esse voluisti, qui cum *Pegasis* & *Aquilis* ad astra volare jamdudum consveveras? At, quod *ingeniosissimi* solent, parva magnificas, & in *cane* ostentas vasti ingenii altum argumentum. Quod & frontis ejus insignia docent, Te, *FRUCTIFERI nostri Ordinus* amore tactum, *Vigilantiæ* & *Fidelis* exemplum præstantiore anteferre voluisse subjecto, & ita *Teipsum* qs. referre. *Vigilans* namq; in Sparta tua, *vigilans* in studiis, in pietate. *Fidelis* in moribus, in amore, in officio, ore sincero, corde patulô, utrisq; sibi gnaviter consentientibus &c.



## X.

**R. P. LUDOVIC. GAUSIN, Soc. Jesu Theol.**

*Hamburgi.* INclusas ad me direxit *Hafniâ* R. P. *Starck*, significans mihi, quòd D. V. *Florentiam* ad M. Etruriæ Ducem invitetur. Gaudeo certè, & gratulor inprimis Cl. V. exhiberi tandem & aperiri campum, in quo & virtus vestra sustentata se exserat, & doctrina pro merito honoretur. Edidit ne *librum Curiosum*?



## XI.

**D. D. HERMANN. CONRING, FRISIUS,** in Illustri Acad. *Julia* PP. Vir θαυμάσιος.

*Helmstadii* PErgite nihilominus strenuè, ceu cœpistis, *ô Boni*, quotquot *præclaro huic studiorum consortio* nomen dedistis. Deus fortunet vestros labo-

res,

res, atq; ex alto adjuvet? Ceterùm desiderio tuo hâc quidem vice satisfacere nequeo. Ne dubites tamen & *conatibus* tuis me etiam atq; etiam *favere*, & quoq; *promtissimum* esse ad omnia amicitiæ officia exhibenda. Vale, &, ni grave fuerit, saluta Collegas tuos *Curiosos*, *V. Clariss.* meô etiam nomine.

## XII.

D. D. AHASVERUS FRITSCHIUS, Thuringus, IC. Com. Pal. Cæs. (nunc) Cancellarius *Schvvartzburgicus*.

CUriosum Tuum de *cane Tractatum* valde probo. Ad seculi palatum conscriptus est, & variâ doctrinâ insignis. Prodi in publicum &c. *Rudolstadii*

## XIII.

D. D. AMBROS. RHODIUS, Kembergâ-Saxo, Med. & Mathemat. olim Reg. *Christianiæ* in Norvvagia.

ADhuc mihi emicat animus & exultat, quando eruditi tui discursûs, in *Septentrione* olim facti, recordor. De honoribus Tibi oblatis & ausibus *cedrô dignis* amicè gratulor. Adsit Deus suâ benedictione &c. *Kembergâ.*

## XIV.

D. D. FROMMANN, PP. Coburgi.

ANcanis tuus IX. superavit dies, ut lucem tandem videat? *Typographicos* vocabo dies, quibus cæcutit iste. *Melitæus* mihi erit, manibus sedulò curandus, modò lucem brevî videat. *Coburgi.*

## XV.

D. D. GEORG. SEGER, THORUNENSIS, S.R.M. Polon. Medicus, Physic. *Gedani* Ordin. & ibid. Prof. Publ.

ET quia ex transmissa sciagraphia *Curiosorum* operum tuorum mihi facilè colligere licuit, ea *summâ cum diligentia* ac *solertiâ* esse elaborata, ut quàmprimùm publicam videant lucem, est quod opto. *Dantisci.*

⁂

# XVI.

## D.D. SIMON SCHULTZ, S.R.M. POLON.

Med. & Reip. *Thorunensis* in Prussia Phys. Ordin.


Thorun.

SIstere quando *canem* scriptô moliris; AMICE,
hoc ipse *magnum* næ meditaris *opus*.
Ingenium vix usq; *capax*, vix usq; *beatum*,
quod *canis* haud, animal vile, fatiget, erit.
Solers Naturæ scrutator habebit in illo,
quod *stupeat* potius, quàm *penetrare* queat.
*Ingeniô* cernes æquè, quàm *nare, sagaces*,
ferme ut pollentes sint *ratione canes*.
Nulla quidem tantum, quanti *ratione*, profectò,
à sese atq; *canes*, dissita bruta vides.
Hic si prægrandem spectas tetricumq; *molossum*,
atq; *catellus* ibi si *Melitensis* adest.
Siderei *Astronomo* cura est *canis* utraq; cœli,
*Sirius* arva coquens, fervidus & *Procyon*.
Et tempestatum *canis* haud fallacia cauto
signa dat *Astrologo*, gramina quando vorat.
Utilis *Oeconomo canis* est, seu *furibus* ædes
custodit *vigili* dente gregesq; *lupis*
Sive feras indeget, heriq; penaria *cervos*
sedulus & *capreis* repleat atq; focum.
*Ethicus* inde suas virtutes elicit, arctam
nempè *fidem*, quâ par bestia nulla *cani*.
Mandatis quis heri sic ut *cattellus* obedit?
*nutibus* observat jussa statimq; facit.
Nec *fraterna* minùs compassio competit illi,
& *benefactorum*, mens bene grata, tenax.
*Intrepidus* sæpè invadit superatq; *leonem*,
hinc ecquis *fortem* pernegat esse *canem*?
A *cane* quod sumat, vel ab ipso discere possit,
& *Medicus* sapiens & *Medicina* sciet.
Hinc cùm procuras *Vomitum, stomachoq;* mederis,
inventum à *catulis* & medicamen habes.
*Hydrophobum* sanare cupis, Machaonia proles?
ipsius *rabidi* viscera sume *canis*!

Et sip-



Et lippi nôrunt *morsus* relevare *caninos*,
cùm medicamentum dat *canis* ipse, *pilos*.
Lex divina *canum* non est oblita, nec esse
Cæsareus codex vult sine Jure *canes*.
Vix tam grata queant offerri *munera* Magnis
Principibusq; Viris, quàm solet esse *canis*.
Ast qui Magnati fidum celeremq; *catellum*
aufert, in se odium, jurgia, bella, ciet.
Ipse Deus *canibus* validis est sœpius usus,
*Justitiæ servis Vindicibusq; suæ*.
A vanis quicunq; trahis gentilibus ortum,
ex *cane* nunc proles es, miserente DEO.
Officiô si quis non rectè fungitur, ipsi
is Domino *canis*, at *mutus iners*q; cluet.
Atq; *canis rabidi* venient quoq; nomine, Christi
qui servos odiis exagitare student
Sœpe quidem multos vitæ malè-pœnitet actæ,
cum *canibus* qui mox *ad vomitum* redeunt.
Impuros tandem expectat Dominoq; rebelles,
ut laniet penitus, *Cerberus* ipse, canes.
Qui *canibus* fecêre *epicedia*, sunt bene multi,
& cippos tumulis *imposuêre* canum.
Tu *canis* inquiris naturam, *Gemma Virorum*;
quî prodesse homini, quî vel obesse queat.
Quæq; aliàs varii hac de re scripsêre seorsim,
his tu pagellis omnia juncta doces.
Hæc quicunq; leget, *rara* in Te dona videbit,
& cum *deliciis commoda* mille feret
Ast Te, de *canibus* scribentem gloria perpes
ac à post genitis Nomina cana manent.



## *XVII.*

## D. Lt. JOH. GUILIELMUS SCHMID.

### Reip. Lyneburg. Phys. Ordin.

QUòd *Cynographiam* Tuam attinet, ne nescias, multos eruditos hoc singulare atq; eruditum scriptum, summâ diligentiâ & indefessô labore elaboratum, multùm desiderare, adeò ut non pauci Doctorũ Virorum, toties quoties partim literis partim ore ex me hunc librum vel editum vel adhuc edendum esse, anxiè percunctentur, *Lyneburgi.*

 *XVIII.*



XVIII.

## D. M. DAN. GUILIELMUS MOLLERUS, Hist. & Meth. PP. in Illustri Noricorum Altorfina.

*Altorfii Noricorum*

QUi verò sum? V. E. quòd me meaq; studia, ah! quàm exigua, fereq; nulla, tot laudibus cumulas? qualenam beneficium in Te contuli: quod officiosis adeò verbis deprædicas? profectò nisi affectûs vehementiam, quæ genitrix plerumq; talium esse solet, in Te agnoscerem, aliud quidvis mihi cogitandi illis ipsis ansam dedisses. Quin potius in Te, studiaq; Tua, multò veriùs elogia, laudes & præconia, pace Tuâ, redundare dixerim, qui præter Medicum studium, in quo Te magnum esse Apollinem scripta publicæ luci exposita loquuntur, in Historico quoq;, philologico, Critico & Polymathico stadio ita laudabiliter hactenus decurristi, ut non tantùm curiosissimam æquè ac elegantissimam *Cynographiam*, sed & *leporis*, *bufonis*, *salviæq;* meletemata universus orbis literarius, speciatim politior ille, expectet atq; expetat quàm cupidissimè &c.



XIX.

## CHRISTIANUS FRANCISCUS PAULLINI.

*ἀναγρ:*

Canis Vir fit plus clarus hic annis.

DEficiunt homines tarda subeunte senecta,
Corporis & vires ingeniiq; cadunt:
Tu tamen in cursu nihil, ô VIR MAGNE, remittis,
Poeonios inter splendida fama Senes.
Cum vitæ spatio solers industria crescit;
Multaq; doctrinæ das documenta tuæ.
Scribendo semper *fis canis clarior annis*;
Ætas Te, quamvis longa, domare nequit.
Inde, diu vivas ut sospes, callida mecum
Ætas, scriptorum capta lepore, vovet.

*Patrono suo, inter Florigeros Uranio, observantiæ ergô posuit Academiæ hujus Senior*

Myrtillus.

XX. D. M.

⁂

XX.

D. M. ISRAEL. CLAUDER. Altenburgô-Misnicus, Eloqu. Poes. & Hist. PP. in Illustri Gymnasio *Casimiriano*, Præceptor noster fidelissimus.

I *canis*, infer te docto feliciter orbi, Coburg.
& contemplandum siste perutiliter.
Ne trepida: tibi de cultu prospexit abunde
PAULLINI raris dotibus ingenii.
Lætis adplaudit Chariteia turba susurris;
turbaq; cum Phoebo Melpomenéa favet.
Qui legit, auctori vitam vovet atq; salutem,
& sic Avinisin commoda multa vovet.

*II.*

Quando *cani* meritas meditabar carmine laudes,
tali visa mihi Pieris ore loqui.
Mome, *canem*, docto qui pollice factus ad unguem,
dente Theoninô rodere prave cave.
Si tamen *allatras* malèsanus, habeberis ipse
pro *cane*, qui *caudæ* pascit alitq; nihil.

⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂⁂

XXI.

D. CHRITIAN. FUNCK, Gymnasiarcha *Görlicensis*, Carpophorus Scintillans.


PRoh! quàm religiosè, quàm copiosè scripsisti! Effudisti omnem myrotheciô pectoris tui affectum, inq; me exterum & peregtinum hominem plenô, quod dicitur, alveô derivâsti. Exosculor epistolam tuam, velut animi in me singulariter propensi imaginem, quoties eam lego, inq; gravi dono habeo, hanc apud Te de qualibuscunq; studiis meis censionem esse. In dono verò eò graviori id habeo, quò copiosior *candor* & *amor* spirare mihi cæptisq; meis adspirare in epistola tua videntur. Spirant & ibidem, præter *singularem humanitatem*, *melioris uberiorisq; doctrinæ elegantiæ*. Gratulor tandem de *eruditis fœtibus*, quos *vigilans*, propitiâ Minervâ obstetricante, enisurus es &c. Görlic.

Cui *Charis*, *Meditrina*, *Svada*, *Pallas*,
& cum *Præstite Janthinæ* sorores
certatim sua contulêre dona;
cui *Cupidine* cum suo *Dione*

Nym-



Nymphas *Uranias* faventiores
præter *Phyllida* reddidit nigellum.
Quiq; & *vertice celsiore* cœlum
tangit, in *speculâ* locatus altâ
famæ nobilioris atq; honorum.




*XXII.*

**D. M. MARTIN. HANCKE/ Uratislav. Gymnas, *Elisabeth.* ibid. Phil. Pract. Hist. ac Eloqu. PP. Præceptor noster honoratissimus.**

*Uratislaviâ*

AD laborum meorum solatia refero, quòd Te, *Vir. Præclariss.* inter eos numerare possim, quibus aliquando facem prætuli. Quicquid sit: afficit me non parùm animi tui *candor* & illa *modestia*, quàm pauciores hodie suis olim Doctoribus exhibere solent, præsertim cùm evaserint iis superiores. Dispositio tùm *canis*, tùm *leporis* tui, cùm & *naturalis* & *artificialis* sit, locumq; fecerit non *Physicis* tantùm & *Medicis*, sed etiam *Historicis*, & *Antiquitates* respicientibus rebus, mihi valdè probatur. Neq; dubito, seculo nostro longè gratissimam futuram. Id enim & *ingenii tui vigor* & *industria tua constantia* sperare me jubet.

Producis *PAULLINE canem* Doctissime doctum,
se variâ doctis Arte probare Viris.
Non hoc est monstrare *canem* ratione carentem;
est *rationalem* constituisse *canem*.



*XXII.*

**D. M. JOH. REISKIUS, Gerâ Variscus Illustris Athenæi Guelferbytani Rector.**

*Guelferbyti.*

PRodeat ergò canis nonum bene pressus in annum,
nutritusq; diu! sic benè comtus abit!
prodeat ex àntro, catulus perfectior almus
ingenii fœtus, complaceatque bonis!
Hunc bene lambendo formas & perficis acri
jamdudum studio Doctor amice Tuo,
quidnî complaceat Doctoribus ille, Diana
quem Dictymna colit, doctus & orbis amat.
prodeat ergo canis, latret nec mordeat ipse
nec morsus iterum sentiat inde graves!

*XXIII.*



XXIV.

D. MICH: RITTHALER., MODORENSIS Pannonius, Augustæ Bibliothecæ *Guelferbytanæ* Præfectus, (seu Bibliothecarius.)

Christianus Franciscus Paullini, Med. utr. Doctor:
ἀναγρ: versu integrô.
Carpit hic in donis fructus. Illum Ars, Decus, ornat.

* *
*

NOstra *brevis vita* est, *Ars longa:* sed utraq; nobis
immortale decus, uncta parare potest. Guelferbyti.
PAULLINI est testis, Vir florentissimus Arte;
ars vitam longam conciliavit ei.
*Carpit hic in donis fructus. Illum ars, decus, ornat.*
Hinc *immortalis* jure vocandus erit.



XXV.

D. JOH. FRIDER. HEKELIUS, GERANUS, P. L. C., & nunc Illustris Scholæ *Rudelstad.* ConRect.

S*Ciagraphia*, quam de κυνολογίᾳ tua mecum communicâsti, *placet.* Opus istud ut luci quàmprimùm exponatur publicæ, Seriò opto & voveo. &c. Dresdæ.

AD instantiam Prænobiliss. atq; Præstrenui Dn. Nüzelii, Schol. & Eccles. Ephori venerandi, præsentem Nobilissimi Dn. Paullini, Acad. Nat. Curiosf. Collegæ dignissimi, tractatum Cynographiæ perlegi, eumq; ut typis, ita lectu dignissimum comperi; quod hisce testari volui, mens. 7br. Anno 1684.

*Joh. Georg. Volckamerus, Doct. Med.*
*Collegii Nat. Cur. Adjunctus.*





# INDEX
## CYNOGRAPHIÆ CURIOSÆ GENERALIS.



Cap. II.





## MEMBRI II. PARS II.

### De usu canis politico-sagato.



## MEMBRUM III.

### De usu canis Oeconomico.



## MEMBRUM IV. SEU ΠΑΡΕΚΒΑΣΙΣ

### De usu canis Satanico.



## SECTIO III.

### est

### Chymico-Medica.




IV. De

## SECTIO IV.
est
Physico-Medica.
De
## RABIE SEU ΥΔΡΟΦΟΒΙΑ.



## MANTISSA CURIOSA
Complectens.





Quod



*Quod felix faustumq; esse jubeat Naturæ & Artis Autor, Deus in secula Benedictus.*

# SECTIO I.


*EST*

## Philologico - Physico - Anatomica.

## *CAPUT I.*

### Nomen Canis explicat.

§. 1.



LAudabilis mos est & vetus præceptum à nominibus auspicari dissertationes. Ita enim *Galen.* l. M.M. 5. ἐπὶ πάντων ξυντεμένων εἰς λόγον χρὴ μεταλαμβάνεσθαι : & *Socrat.* apud *Arrianum L. I. de Epist. disc. c. 17.* ἀρχὴ τῆς παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. Sunt quippe nomina ὄργανα διδασκαλικὰ καὶ διακριτικὰ τῆς οὐσίας, teste *Platone* in *Cratyl.* τῆς φύσεως νομοθετήματα. *Hipp. L. de Art. c. p.* καὶ σύμβολα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ νοημάτων. *Arist. L.* περὶ ἑρμηνείας *c. 1.* Ne fastidias igitur velim sobriam eorum interpretationem, monente Doctore nostro meritissimo, *Justo Corthnummio, Prof. Reg. in Equestri Acad. Sorana Primario & Decano*, Medico exercitatissimo *L. I. de Morb. attonit. c. 1. §. 13. seqq.* & Cl. *Hòppingio de Jur. insign. c. 1. n. 12. seqq.* Sit itaq;, temtis vulgi ronchis, prologus bestiæ nostræ ejusdem nominis interpres. *A nominibus primordium.*

§. 2. Sunt, qui *canem* à *canendo* derivant, quòd instar eorum, qui cornu aut tubæ cantû signum dant, voce, ceu Signô, homines commonefaciat, *Varro L. VI. de L. L.* vel à *canore latratûs. Isidor. L. XII. Orig. c. 12.* Alii à voce *catus* deducunt, quia *cato*, id est *sagaci* Ingenio celebris. *Vossius in Etymol. p.m.* 101. à græco genitivo κυνὸς, υ in α mutatô, uti à κύλιξ fit calix. *Joh. Gorop. Becan. L. VI. Hermath.* p. 123. ridiculè à Cimbrice *Cou* detorquet. Nec quicquam valet *Joh. Fabri, Acad. Lyncei*, defensio *Etymologia latina.* *Fabri vana defensio.*

*in exposit. nov. Hispan. animal.* p. 468. Sive enim *Cimbris Con* vel *Can* idem sit *acstio*, vel *possum*, *canisq.* notitiâ plurimùm *valeat* & *animosus* sit, minimè tamen rem acû tetigit. Veteres etiam in singulari dixisse *canes*, Varro ex *Ennio* probat *L. VI. de L. L.* idq; ex *Menippi Cynici* epitaphio liquet:

*Canes in singulari.*

Menippus ille, *nobilis* quondam *canes*,
Heîc liquit omnes homines in terræ pila.

*Denominata.* §. 3. A *cane* nascitur *catulus* à cato sensu, *Varroni Loc. cit.* ita dictus Propriè est Junior *canum* soboles, *Isid. L. XII. c. 2.* ponitur tamen promiscuè pro quarumlibet bestiarum prole. Ex malo genere non relinquendus, (nicht einer/ der an die Wand pisset/) clamabant milites trucissimum *Maximinium Thracem*, ob horrendam crudelitatem, unà cum formosissimo filio, occisuri. *Winckelman. Cæsareol. p. m. 23.* Conf. I. *Sam. XXV. 22. seq. I. Reg. XIV. 10. XVI. 10. XXI. 21. II. Reg. VIII. 9.* An apud *Lucret. L. V.* pro *catulis Catalos*, Alpium incolas, ponas, vid apud *Taubman. Comm. in Plaut. Stich. a. V. sc. IV. p. m. 1303.* De Illustribus *Catulis* Italis consulantur alii. *Lucan. L. II. Vellej. Paterc. L. II. c. 32. Liv. L. XCVIII. Tacit. L. XIX. Plin. L. VIII. c. 43. Cicer. L. I. de nat. Deor. & Orat. pro L. Manil. Fr. Fabricius in hist. Ciceron. ab Heidmanno edit. p. m. 128. seq.* Ab *Henrico Catulo*, Bajoariæ Duce, Serenissimos Duces Brunsvic. & Lyneb. deducit *J. Carion. in Chron. p. m. 179.* Hujus *Catuli* sororem *Juttam* in matrimonium accepit Dux *Frider.* ex eaq; genuit *Frid. Barbarossam. Paul. Lang. in Chron. Citizens. p. m. 778.* De *Welpo*, seu *catulo*, vid. etiam *Krantz. L. V. Saxon. c. 25.* Signum Minervæ *Catulianæ* à Q. Lutatio *Catulo* dedicatum est. *Rosin. L. II. A. R. c. 9.* *Caninius* Revilius fuit Flamen & Consul Dialis Romæ, in quem jocos recitat *Macrob. L. II. Saturn. c. 2. p. m. 274. & cap. 3. p. 276.* De Angelo *Caninio*, LL. Oriental. peritissimo, vid. *Thuan.* à *Stöckio enucleat. P. II. p. m. 16. & 58. Fusius Caninius* autor legis *Caninia*, quâ de *Schneideuvin. in not. ad Instit. Imperial.* Habebat autem gens *Caninia* quatuor familias. *Rebilos*, quorum meminit *Liv. L. 42. Regulos* apud *Cæsar. L. VII. Gallos*, qui reperiuntur in antiquis *denariis. Labeones*, qui in *Arniensi tribu* censebantur. *Andr. Schott. in elect. Rom. Antiqu. p. m. XI.* De *Caniniis* latiùs *Cuspinian.* de *Consul. Rom.* pag. 256. & alibi C. Cl. *Canina* triumfatrix ap. *Zuvinger. Vol. XXIV. L. 1. Th. V. H.* p. 4022. Epirus olim *canina* dicta, *Cluv. L. III. Geograph. introd. c. 7.* De *Canidio Plut.* T. III. *Vit. Anton. pag. 135. seqq.* de *Canidia* verò, muliere libidinosa & venefica, prolixè *Horat. epod. 5.* De *Canistis* hæreticis *Cent. Magdenb.* & *Baron.* illi, *T. I. L. II. c. 5. hic in annal. Eccles. p. m. 53.* De *Canaria* Insula, à *canum* abundantia ita dictâ *Gryphiand. de Insulis c. 32. p. m. 530.* De diversis *Caniis* Cl. *Buchner in Lex. Fabri p. m. 166.* B. Q. *Gellius Canius*, Attici Amicus, ap. *Nep. in hui-*

*Catulus. Catali. Henr. Catulus. Catuliana. Caninius. Canidius. Canidia. Canista. Canaria.*

vit.

*vit. c. X. Bosius Comm. ad epist. 31: L. III.* ad *Attic.* legit *Canum*, & recte. *Canius* enim gentis nomen, *canus* cognomen Gelliorum. *Bos. in not. ad Atticum.* Rhætios olim dictos esse *caninos*, germ. die Grauen/ *Munsteri* figmentum est *L. III. Cosmogr. c. 226. Canos* dixisse debebat, si patriæ vocem defendere velit. Plura compilavit. *Uliss. Aldrovand. L. III. de quadrup. c. 1. & Gesner. L. I. de quadrup. p. 173. seqq.* Canini.

§. 4 Græcè canis dicitur ὁ καὶ ἡ Κύων (etiam σκύων in communi genere,) παρὰ τὸ κύειν, quod *Eustathius* pro φιλεῖν interpretatur, quia est animal φιλοδέσποτον. Ab hac voce fluunt aliæ, putà προσκύνησις, quæ summam animi submissionem, insignis observantiæ plenam, significat, & *Cynicus.* Hinc Philosophi Κυνικοί, quorum Princeps *Antisthenes*, *Hercules*, & *Diogenes. Cynica* autem, sectæ vita quæ fuerit, è *Martial. L. IV. epigr. 53.* cognosces, ubi inprimis *canam putremq; comam, & in pectus cadentem sordidam barbam* castigat. Cùm enim socii isti, eruditionis plerunq; expertes, ἀπάθειαν publicè profiterentur, ubiq; ab obviis, ut specimen suæ virtutis darent, irritati sunt; alius vestem trahebat, alius *barbam* vellicabat, &c. *Casaubon. ad Pers. Sat. I. v. 133.* ut *Diogeni* ap. *Pers. l. c.* Cur verò ita dicebantur? num à *Cynosarge*, Gymnasio, ubi versabatur *Antisthenes? Cynosarges* adagio locum dedit, ut contumeliæ loco dicamus; *ad Cynosarges*, veluti in spurium, seu imprecando, qs. diceremus: *In malam crucem. Erasm. in adag.* vel à voce κύων, qs. *canini*, quia erant in castigationibus, *canum* more, mordaces contra vitia? vel quia obscenitate licentiâq; sermonis *rabiem* quandam *caninam* repræsentabant? Vid. *D. Andr. Reyher, Gymnasiarch. Gothon., Doct. olim mei, Theat. Rom. Teuton. S. l. p. m. 1616.* aut quia, veluti *canes*, in propatulo coire non erubescebant? *Sinibald. L. I. Geneanthr. tr. I. c. 1. p. 3.* aut num ob *vigilantiam* & *fidelitatem* à *cane* nomen sortiti sunt? *Empiric. L. I. Pyrrhon. c. 14. Lips. Manud. ad. Stoic. Philos. L. I. diss. 13.* Ex hac *canina* familia famosissimus est *Diogenes*, Etymolog. græca. Philosophi Cynici. Cynosarges.

*cui* canis *ex vero dictum cognomen adhæsit*, *Hor. II. Sat. 2.* quo de *Laert. in ej. vit.* prolixè. Tumulum ipsius *canis* simulacrum exornavit. Inde epithaphium apud *Auson.* Diogenes Cynicus.

Dic, *canis*, hic cujus *tumulus? canis*: at *canis hic quis?*
*Diogenes*: obiit? non obiit, sed *abit*.
*Diogenes*, cui *pera* penus, cui *dolia* sedes,
ad manes abiit? *Cerberus* ire vetat.
Quonam igitur? *clari* flagrat quà *stella leonis*,
abditus est justè nunc *canis* Erigone.

Cum liberos Corinthii institueret *Xeniades*, & crudum polypum *canibus* objiceret, ab uno eorum in crure sauciatus, eâdem die, quô Alexand.

 Babylone

Babylone obiit, decessisse fertur. Alii tamen aliter. *Zwinger. Th. V. H. T. I. p. m. 474. Cynica è gente oportet parasitum probè. Plaut. Pers. a. I. s. 3. ℣. 42.*

*Cynædus.* Κίναιδος, impudens instar *canis.* Ita Comicus *Menach. a. III. s. 2. ℣. 48.* Omnes *Cynædos* esse censes, tu quia es.

I nunc, & miseros *Cybele* præscinde *Cynædos*,
hæc erit, hæc *cultris mentula digna* tuis. *Mart. IX. ep. 3.*

*Cynædi* etiam sunt pantomimi, & pueri meritorii, Schand-Buben/ quo-

*Cynamolgi.* rum obscenam turpitudinem acriter castigat *Juvenal, Sat. 9. Cynamolgi*, populi haud procul à Meroe, *canes* alentes maximos, queîs indicos venantur boves. *Strab. L. X.* Cur verò hæc gens tam studiosa fuerit *canum*, dicet tibi *Ælian. L. XVI. anim. c. 31.* Sunt etiam *canes* bubulo lacte gaudentes. *Cæl. Rhodig. L. XVII. c. 28.* Est quoq; *Cynamolgus* avis Arabiæ, ex cinamomi surculis nidum sibi construens, *Plin. L. XX. c. 33.* ideò dici-

*Cynocephalus.* tur *cinamomus. Ælian. L. XVII. c. 21. Cynocephalus* monstrum humanum caudatum, facie *canina* & latratû apud Indos, piscationis peritissimum. *Gell. L. IX. c. 4. Schott. L. III. Phys. Cur. c. 6. Ælian. L. IV. c. 46. Nierenb. L. V. Hist. nat.* c. 15. Totô enim die aquæ immersum cum *magna piscium copia* emergit. *Veste* indui mirificè gaudet, hominum *nulli* nocet, Indorum *linguam* intelligit, *boves* deniq; *lactis causâ* pascit. *Plin.* L. VII. c. 2. & *Strabo*

*duo in eo miranda.* L. XV. Duo in eo maximè stupenda. *Primò*, quòd duobus anni æquinoctiis *duodecies* in die per singulas horas urinam reddat, noctu idem faciendo. Hinc mos inolevit apud *Ægyptios*, ut in *horologiis aqueis Cynocephalum* asculperent, ex cujus *pene* fistulato aqua destillaret. *Secundò*, quòd, ubi aliquando Luna cum Sole congrediens expers est luminis, mas nequicquam intuetur, nec vescitur, sed *demisso in terram persistit vultû*, fœmina etiam nusquam oculos contorquet, *missô in super è genitali vase semine. Salmut. ad Pancroll.* P. II. *tit.* 10. *p. m.* 169. *Aug. Eltzner. Isagog. phys. med.* c. VII. p. 161. *Mizald.* L. I. *arcan. Jonston. Thaumat. nat. Cl.* VII. *c. 13. p. m.* 3-3. Probè etiam notandum, quod de *canicipitibus* Indicis ex *Vincent.* L. XXXI. c. 11. narrat *Ursin. Mant. acerr. philolog. §. 22. p. m. 556. & Nierenberg.* L. V.

*Historia memorabilis.* *Hist. nat.* c. 15. Nimirum cum *Tartari* in illorum terra cum *Kingischano* morarentur, convenerunt *Cynocephali* isti in alta fluvii parte, & cùm esset hyems asperrima, omnes in aquam se conjecerunt. Posthac in continenti sponte in pulvere volutabantur, sicq; pulvis admistus aquæ super eos congelabatur, & ut ita pluries fecerunt, glacie super eos depressatâ, cum impetu magno contra *Tartaros* ad pugnam convenerunt. At verò cùm illi sagittas super eos jaciebant, ac si super lapides sagittâssent, retrò sagittæ redibant. Hinc adagium Tartaricum: *Pater aut frater meus* à cani-

*cur Pericles dicatur Cynocephalus.* bus *occisus est.* Magnâ enim clade fusi sunt *Tartari.* Cur autem *Pericles*, Athe-

Athenienſium Imperator, dictus fuerit *Cynocephalus*, Vid. apud *Biſciol.* L. III. *Hor. ſubciſ.* c. 20. Plura de indole & diſciplina *Cynocephalorum* collegerunt *Ælian. Geſner. L. I. de quadrup. p. 971. ſeq.* & *Torreblanca.* L. VI. c. 10. & L. X. c. 30. L. II. *dæmon.* c. 33. *Cynocrambe* eſt herba, aliàs Mercurialis Sylveſtris dicta, wild Bingel-Kraut. Propè *Scotuſſam* in Græcia, quod oppidum Atraci appropinquans, tumuli olim erant editi anfractuoſiq;, à ſimilitudine κυνὸς κεφαλαὶ nominati, ad quos *Philippus*, Macedonum Rex, ingenti prœlio à Romanis victus, pacem petiiſſe creditur, ſi fides habenda *Emmio* L. IV. *de Græc. vet.* p. 67. Conf. de hoc oppido *Xenophont.* L. V. *Cynoſſema* autem, κυνὸς σῆμα, propriè *canis ſepulcrum* eſt, aliàs *promontorium* editum acutô angulô, procul in pelagus prominens, ad quod claſſis Attica cum Peloponnenſium claſſe difficili prœlio decertavit, anno belli Peloponneſiaci XXI. victoriamq; tandem obtinuit, ſcribente citato *Emmio* L. V. *de Græc. vet.* p. 78. Alii dicunt: *Cynoſſema* illum locum eſſe, in quo *Hecuba*, Priami, Regis Trojanorum, conjux, autore *Ovidio*, L. XIII. *Met. f. 4. ℣. 7. ſeqq.* in *canem* mutata, ſepulta eſt. Cur verò à *cane* nomen trahat, *Pomp. Mela* L. II. *de ſit. orb.* c. 2. rationes affert. Jovem quoq; dicunt *Cynetheum*, aut rectiùs *Cynegetem*, licèt id docti libentiùs ſcriptis ſuis afferant. *Cæl. Rodig.* Lib. XVI. cap. 3. *Cynogloſſa* herba, quam vocamus Hunds-Zung. Hæc matrici *canis* copulata, omnes urbis vel ruris *canes* eò loci agit, ubi occultata vel ſepulta fuerit. *Mizald.* C. II. *Memor.* §. 6. Et ſi talis miſcellanea collo *canis* ita appenſa vel ligata erit, ut excuti nequeat, videbis eum tamdiu circumvolvi ac rotari, donec ſemimortuo ſimilis corruat. Sub planta pedis geſtata impedit *latratum canis.*] Nugæ venales! *Cynogloſſus* vero eſt piſcis, eine Art Scholl-Fiſch. *Cynosbatus*, κυνὸς βάτος, ſentis *canina*, qua de nuper Curioſum edidit libellum *Curioſorum Pegaſus II*, Exc. *Hagendornius*, Med. Electoral. Saxon Amicus ſinceriſſimus. *Cynoſura*, κυνὸς οὐρὰ, *cauda canina.* *Cynegetica*, libri de re venatoriâ. Græcos ſcripſit *Xenophon* proſâ oratione, metricâ *Oppianus*, latinos exaravit *Gratius* & *Olympius Nemeſianus*, ac *Petr. Angelic. Bargæus* carmine heroicô. Κυνόῤῥοδος idem quod cynosbatos.

*Cynocrambe.* — κυνὸς κεφαλαὶ. — κυνὸς σῆμα. — *Cynetheus.* — *Cynogloſſa.* — *Cynogloſſus* — *Cynosbatus* — *Cynoſura.* — *Cynegetica.* — *Cynorrhodus.*

§. 5. Varias autem induit ſignificationes *canis* noſter. Denotat enim (1) *mordacem* & *rixoſum* hominem. *Tu qs. venator es, dies atq; noctes* cum *cane ætatem exigis*, *Plaut. Caſin. a.* II. *ſ. 5. ℣. 11.* i. e. cum uxore, quæ aſſiduè *latrat* ut *canis*, qua de eleganter Poëtæ Veteres, interprete *Lubinô in floril. epigr.* L. I. c. 19. Hecubam *canem* Graji eſſe prædicabant. *Plaut. Menæch.* a. V. ſ. I. ℣. 14. Scilicet Græci *Hecubam*, veluti *canem*, lapidibus inſectati ſunt, quia maledicta in quemvis è Græcis ingerebat. Et propter hanc animi acerbitatem & rabiem fingitur in *canem* converſa. *Juven. Sat.* 10. *Ovid.* L. XIII. *Met. f.* 2. Quin & ejus effigiem *canis* formâ pingi ſolitam,

*Homonymia* — *(1) eſt homo mordax & rixoſus.* — *Hecuba.*

litam, *canemq;* eidem immolatum tradit *Taubmann, Comm. in Plaut. Menaech. a. V. s. 2. p. m. 732.* Tumulo ejus hæc erant inscripta apud *Eurip. in Hecuba a. V. ỳ. 317.* Κυνὸς γαλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ, i. e. *Casp. Stiblino* interprete, *canis* miseræ sepulcrum, signum nautis vagis. Apage istam *caniculam. Plaut. Curcul. a. V. s. 1. ỳ. 8.* quæ *mordet ut fœmina. Plut. in Alcibiad.* Apage! Ex ædilium enim edicto *canem mordacem* habere, qui noceret, non licebat. *Canem latrantem non occido*, ajebat *Vespasianus* Demetrio Philosopho in exilium pulso, *mordaci* homini, *Xiphilin. in epit. Dion. p. 321.* Et *Alfonsus*, notante *Pontanô, c. 30. de liberalit. cani oblatranti* offulam dari jubet. Venustè *Hofmann. Elbingens. Gymnas. Rector*, in quendam: Lib. II. *epigr. p. m. 181.*

*Dromo* canem, *Corydonq;* canem, *pagoq;* Molossum
*ad limen vigilem rusticus omnis alit.*
*Cur* canis *excubias agitat tibi nullus ad ades?*
*non opus est*, uxor latrat *in æde tuâ.*

*Quid immerentes hospites vexas* canis? *Horat. epod. 6.* intelligit autem quendam *Cassium Severum* Poetam maledicum. Sic *Heinsius in Aristarch. sacr.* c. XIV. *c. fin. Apage à nobis malevolentiam & veros istos* canes, *qui, cùm loqui possent*, allatrare *omnes malunt. Sannazarius* L. II. *epigr. p. m. 181. in Picentem* Med. cum ita:

*Quod noctû* latras, *quòd sellas* olfacis *unus*,
*da veniam*, Picens, *hoc* canis *est vitium.*
*Sed quia tu* Cynicus *vis dici* & Clinicus *idem*,
*esse idem poteris* Merdicus & Medicus.

Et *Reusner.* T. III. Poet:

Cannius *es Roma*, *quòd* mordes *dente* caninô,
*transpositô unô apice hinc fortè* caninus *eris.*

*(II) impudens, immundus, libidinosus.* (II) Ponitur pro *impudente*, *immundo* ac *libidinoso* homine. Hinc Teutones nostri, quoties hujusmodi quisquilias deprehendunt, subito exclamant: pfy / der garstige Hund. Add. *Mart.* L. IV. *ep. 53.* Rectè igitur apud *Camerar.* C. II. *hist. medit.* c. 95. ( quem *gentis Germanicæ doctissimum* renunciat *Lud. Carion.* L. I. *emendat.* c. 1.) *impudentiæ* idea *canis* est. Inde adagium: *cane impudentior*, quo de *Erasm.* C. IX. *p. m. 28. & Caninio Caninior*, de quo *Andr. Schott. Prov. collect. ex Suida* C. VII. n. 16. Homericus *Achilles Iliad. VIII. Agamemnonem* vocat κυνὸς ὄμματ' ἔχοντα. Plura, nec inelegantia, in hanc rem vid. apud *Horn.* L. III. *hist. phil. c. 18.* ut adeò præter meritum flagellet *Pierium*, Becanus, quòd *impudentem* hominem *caninô* pinxerit capite. Apud Ruthenos adeò *immundus* habebatur *canis*, ut turpe foret nudâ

nudâ manû eum tangere. *Autor. var. rer. Moscovvit. p. m. 98.* Et Turcis est *immundum* animal. *Busbequ. epist. 3. rer. Turic. p. m. 297.* Publicam ejus venerem fusè decantat *Lucretius* L. IV. Hinc proverbium: *canis masculi multa cubilia.* Næ, Romæ in *Herculis* ædem in foro boario nec muscæ, nec *canes* intrare debebant, *Plin.* L. X. c. 29. non, ut *Plut.* putat, *qu. Rom. 90.* quia *Cerberus* plurimùm negotii facesserat *Herculi*, sed ob *libidinem* & *immunditiem.* Et ob hanc causam nefas erat, si Romanus sacerdos *canem* tangeret. *Plut. qq. Rom. 13.* Fictus iste *Demetrius* reprehenditur à Russis ideò, quòd cum *canibus* templum intrârit, teste *Petr. Petrejo in hist. Muscovvitic. P. II. p. m. 341.* *Spartani* etiam & *Athenienses* ob *immunditiem* à templis & arce pellebant *Camer. C. II. oper. subcis. c. 9.* Fœdum quippe animal, tùm ob *publicum congressum* cum matre & sororibus, *canis fœdum animal.*

*haret adulterio cum* cane *nexa* canis, *Ovid. II. de art. amand.* tùm ob crebriorem *Vomitum.* Inde proverb. Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα. *II. Pet. II. 22.* *Stultus repetit stultitiam suam: Prov. XXVI. 11. sus lota revertitur ad volutabrum cœni. II. Pet. II. 22. Ad quid rursus converteris, ô homo,* ad vomitum *tuum? si* canis *hoc faciens horret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? August. in Ps. LXXXIII.* Bene igitur ab *Horat.* L. I. *ep. 2. immundus*, & à *Marone I Georg* ℣. *470. obscenus* dicitur, ideq; ad sacrificia ineptus. *Deut.* XXIII. 18. Hanc *immunditiem* elegans indicat parœmia apud *Musladin. Sadum*, Schirasengem, Persarum Sophum eximium olim, his verbis consignata: *c. VII. Rosar. polit. p. 204.* canem *munditiei causâ septem in maribus ne eluito: madidus enim cùm fuerit*, sordidior *erit.* Arabum enim Geographos, post oceanum, alla *septem* nobiliora *maria*, *Bachar Effin.* sc. h. e. mare *Sinense*, *Bachar Elachar*, quod notas mare *Indicum*, *Bachar Faris*, quòd idem ac mare *Persicum*, *Bachar Elkulsum*, i. e. mare *rubrum*, *Bachar Errum*, aliàs *maris mediterranei* n·mine insignitum, *Bachar Elchesér.* quod nobis mare *Caspium* audit, & *Bachar Pontum*, quod idem ac *pontus Euxinus* etiamnum celebrare, tradit *Gentius*, *Sadi* interpres, *in not. ad h. l. p. 361.* Fusiùs de *libidine canum* Salviam. *Massil.* L. IV. *de gubern. Dei p. 105.* Meritò itaq; cadavera eorum temnit *Sadus l. a. c. 3. p. 128.* hoc modo: *non comedit leo* canis *reliquias, etsi inediâ intra speluncam sit intereundum.* Cur verò *Scylla* inguina in *canes* mutata finguntur? adi *Sabin. not. ad* XIV. *Met. f. 1. Conf. Justin.* L. IV. *c. 1.* rectiùs tamen *Fulgent. Planciad.* L. II. *Mythol. Scylla*, infit, *in modum meretricis ponitur, quia omnis libidinosa* canibus *lupisq; inguina sua misceat necesse est. Justè igitur* canibus *& lupis mista, quia nescit alienigenis sua devorationibus saturare secreta;* *Septem maria.* *Scylla inguina cur in canes versa?*

- - - - - - *sicq; in carmine toto*

inguinis *est vitium &* Veneris *descripta libido. Virg. Cyr.* ℣: *69.* Conf. F. *Taubmann.*

*mann. ad h. l. p. m. 25. & Comm. in Alciat. embl. 68. p. m. 303. seq.* At quid de *canina* libidine garrio? vide tu, quæ de ethnicorum epulis ex *Minucio Felice Suffrid. Petr. Leovard. Fris. in Comment. ad Athenagor. legat. p. m. 360.* notat, dicens: *Ad epulas solenniter coëunt cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines & omnis ætatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit, incestæ libidinis ebrietate fervor exarsit*, canis, *qui candelabro nexus est, jactû offulæ, ultra spatium lineæ, quâ vinctus est, ad impetum & saltum provocatur. Sic eversò & extinctò consciò lumine, impudentibus tenebris nexus nefandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis. Nos verò tantum ab est*, inquit *Philosoph. Atheniensis in apolog. pro Christian. p. m. 78. ut promiscui simus, ut ne aspicere ad concupiscentiam fœminas liceat.* Adde quæ *Curt. L. V. c. 1.* de Babylone, deq; aliis *Tiraquella L. VII. de connub. c. 30.* collegit. Quid lupanaria, nisi publica brutæ sorditudinis testimonia, & saltem ex medicis principiis, si sanctiora sordent, detestanda? *G. Franc. disp. de lupanar. hab. Heidelb. 1674.*

*epulæ gentilium.*

*lupanaria.*

*(III) adulator & parasitus.*

(III) Sumitur pro *adulatore* & *parasito.* Vid. *J. Gvil. Stuck. L. II. antiqv. conviv. c. 4. p. m. 152.* *Canes, ut hodie*, sic olim, semper mensis adhibiti, ideoque dicti τραπεζῆες & τραπεζῶται, aut τραπεζῆνες i. e. *mensales.* Peractâ cœnâ Veteres *panis* frusto, seu, ut alii ajunt, *adipe*, manus suas abstergebant, idq; deinde *canibus* vorandum projiciebant, quod græcè μαγδαλίαν & ἀπομαγδαλίαν vocamus, ἀπὸ τῦ μάσσειν i. e. *abstergendo.* Lacedæmonii κυνάδα, eò, quòd *canibus* objiciebatur. Inde proverbium: κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλιᾶς. Dicitur in *parasitos* & alienâ quadrâ viventes, quos *Crates Cynicus* bellè appellitabat συγκατανευσιφάγυς, q. d. *ad nutum manducones.* Alii τραπεζοκόρυς, i. e. qui propter mensæ copiam & lautitiam gratificantur, γλωσσογάστορες, *habent enim linguam propter ventrẽ*, ait *Pollux L. II. de rer. voc.* Næ omnis eorum natio *Comœdia* est, quam fusè descripsit *Juven. Sat. 3.* *Canis Clodianus Cic. orat. in L. Pison.* est *adulator*, qui *canis* more, adulabatur, *ut provinciam*, quam vellet, *obtineret. Gotofr. in h. l.* Scitè *Moscherosch, Carpophorus somnians C. V. epigr. 80.*

> *Blandiris Domino*, mordes, *licèt, Aulice*, lingas,
> *quodq;* canis caudâ *fecerat*, ore *facis.*

Et *Hoffmann. C. I. epigr. 32.*

> *More* canis latras, blandiris *more* caninô
> *sic* cynoglossa *tibi est*, *sic* cynosura *tibi est.*

Canes *caudã* sic agitantes vocat *Hesychius*, σαινύρυς & σαινυρίδας. Σαίνειν enim est *caudæ*, vel *aurium*, motû blandiri, quod & *Homer. Odyss. ρ. v. 302.* confirmat. Ex horum *canum* catalogo fuit *Poëtaster* ille Persicus, latronis facinora prolixè decantans, quo de *Olear. L. IV. roset. Persic. hist. 10. p. m. 97.*

Dioge-

*Diogenes Cynicus* Aristippum, quòd *adulator*, *βασιλικὸν κύνα* vocabat. *Laert. in vit. Aristipp.* L. II. *p. m. 132.* Et erat certè congrua ac lepida responsio, quam idem *Diogen.* cùm in platea pranderet, circumstantibus, ac *canis* identidem clamantibus, promtè dabat, dicendo: *Vos estis* canes, *qui prandentem me circumstatis.* Id. *Laert. in ej. vit.* L. VI. *p. m. 403.*
Pulchrè *Tim. Polus* L. I. *epigr. 142.*

> *Danti* blanditur, *non dantem* mordet *at idem*,
> *hinc* adulatorem *quis negat esse* canem?

Et dic mihi, quid sunt *Actaeonis canes*, quàm principum parasiti?

> *Undiq; circumstant, mersisq; in corpore* rostris
> *dilacerant Dominum falsi sub imagine* cervi. *Ovid.* III. *Met. f. 2.*

(IV.) Sumitur pro *rapace* & *fure.* Rapax *enim* canis, *modò si carnem invenerit*, *utrum* Salichi *camelus*, *an verò* Dischalis asinus *sit*, *non rogat. Muslad. Sadus* c. VII. *Rosar. polit. p. 225.* Est autem *Salichus* Mahumedanis excellens Vates habitus, Fil. *Arphachadi*, nepos *Schemi*, *Noachi* pronepos, Ebræis *Schelach* dictus. *Dischales* verò (ut ipsi somniant,) falsus Messias, seu AntiChristus, qui ante extremum judicium *asino* insidens venturus est. Interea *canis* lætanter nuptias celebrat, quando *asinus* moritur, ut est de iis, qui in alterius morte certissimam spem ponunt, *in proverb. Pers.* ap. *Levin. Warner. p. 37.* Eleganter etiam *Pontan.* de *Cerbero* L. II. *Tumulor. p. 3404. seq. T. IV. oper.* (V.) pro *rabula*, *delatore* seu *maledico. Suet. in Vespas. c. 13. Juven. sat. 10. ℣. 271. Taubmann. Comment. in Virgil.* L. IV. *Æneid. ℣. 570. Acerrimi* canes. inquit *Senec. c. 22. Consul. ad Marciam.* qui, dicente *Cicerone*, *Verrin.* III. *c 11.* tribunal *lambunt. Nihil mali* canes *ibi quamplurimos, ubi permulti observandi. Cic. pro Roscio.* Canes curiarum, *pauperum excoriatores*, *& civium devoratores* vocat avaros istos procuratores *Bartolus in l. omn. pop. q. 5. ff. de Just. & Jur.* Inde adagium: *canina facundia.* Non *loquitur* enim hujusmodi homuncio, sed *latrat Cic. de clar. Orat.* Audi *Isidor.* L. III. *de. S. B. Antiqui ait, forensem eloquentiam* caninam facundiam *nominabant, eò quod* Causidici *in certaminibus causarum omissis, quæ agenda, veluti alterum sese* lacerant, *jurgiaq; causarum ad injurias suas commutant.*

*(IV.) rapax & fur.*

*(V.) pro rabula, delatore, maledico.*

*Jactat & in toto verba* canina *foro. Ovid. in Ibin. Conf. Tertull. L. de pallio fori.* Sicut enim *canes* non nisi *cibò acceptô* mansvescunt: *Sen.* L. III. *de ira c. 37.* ita *rabulæ* isti non nisi *lucrô. Columella in pref. L. de R. R.* vocat *caninum studium allatrandi*, & *contra innocentes ac pro innocentibus. Gujacius* L. IV. *obs. ult.* pro *canino studio* mavult *Caninam facundiam.* Sed *Columella studium caninum* dixit eô modô, quô *Jul. Firmicus* L. IV. vocat *canina contentionis jurgiosa certamina.* Vid. Prolixiùs *Gell* L. XIII. c. 29. *Prudent. Hamartig. ℣. 402.*

*Hieron.* I. *epist.* 19. *Bisciol.* L. XVI. *hor. subcis.* c. 12. Ita quoq; de *rabula* dici solet: *tandem* vipera *sibilare desiste.* Vid. *Ammian.* L. XXX. *p.* 419. (VI.) Pro *vilissimo homine.* Sic *David* se vocat *canem mortuum.* I. *Sam.* XXIV. 15. Nunquid ego *canis* sum? quærit *Goliath.* I. *Sam.* XVII. 43. *Jam me derident, quorum patres non dignabar ponere cum* canibus gregis mei. *Job.* XXX. 1. *Conf* II. *Reg.* VIII. 13. II. *Sam.* IX. 8. XVI. 9. *Eccles.* IX. 4. *Homer. Iliad.* XIII. *Odyss.* XXII. In cane *periculum est faciendum, non in Imperatore*, i. e. in gregario milite, non in Duce, & *luce Israelitis*, ut de *Davide* dicitur II. *Sam.* XVIII. 3. XXI. 17. *Nam sicuti* telo, *si primam* aciem *præfregeris, reliquo ferro* vim nocendi *sustuleris: sic illo*, (Duce) *velut* mucrone *teli*, *ablato*, *Reip. vires hebetantur*, quod de *Epaminonda* pronunciabat *Justin.* L. VI. c. 8. *Omnium civium salus in rege. Curt.* L. IX. c. 6. *Jacob. de Vitriaco* L. I. *Hist. orient.* c. 71. catellos vocat *spurios.* Germani abjectissimum & nullius omninò pretii hominem delineaturi, kein Hund / inquiunt, wird ein Stück Brot von ihm nehmen / de cujus adagii origine vid. Harsdörff. P. II. der Gespräch-Spiehle pag. 270. & 230. & nota, si placet, memorabilem historiam de *Marchione* isto apud *Mich. Sachs. in Chron.* P. IV. *p. m.* 11. Conf. *Brotuff.* L. II. *Chron. Anhalt.* c. 7. *p.* 68. Strinxerat *Engelbertus*, Archi Episcopus *Trevirensis*, *Henric. Comitem Limburg.* sacrô anathemate, qui *cani* famelico bolô projectô dixit: *si non edit* canis, *justè excommunicatus ego.* Quid fit? *canis* omninò abstinet à bolo isto, teste *Masen. in Epit. annal. Trevir. p. m.* 355. Alii temserunt *panes* ab incestuoso, & interfectoribus *S. Thomæ, Cantuariensis Episcopi. Baron. T.* XI. *annal. Eccles. p. m.* 365. & L. XII. *p. m.* 641. E. Quàm justa, ô Deus, Judicia tua! (VII.) *pro præfractè impio. Nolite sanctum dare* canibus *Matth.* VII. 6. ἔξω οἱ κύνες, *Apocal.* XXII. 15. *Bernh. serm. de eo, quod scriptum est: beatus homo, qui invenit sapientiam &c. Quid tu*, ait, *Pilate seorsim interrogas dominum, ut tibi susurret in aurem, quid sit Veritas? multum est ad te: non dabitur sanctum* cani, *nec margarita* porco (VIII) *Pro infideli, idololatra, & a fœdere Dei alieno.* Sic muliercula ista Cananæa vocatur *canis Marc.* VII. 27. *Matth.* XV. 26. Inter *Sclavos* gentiles & *Francos* gravissimum olim oriebatur bellum, quòd horum fecialis Regi illorum, fœdus cum *Francis* inituro, responderet: *fœdus cum* canibus *ictum non posse esse sanctum. Paul. Æmyl. in Dagobert. p. m.* 32. *Injustum est Christianos subesse* canibus, (*Hungaris*) clamabat *Henric.* I. *apud Engelhus. in chron. p m.* 174. Scribit *Ditmar. in chron.* L. VII. *p. m.* 205. Anglos à *Suenone*, Danorum Rege, coactos fuisse *immundis canibus* (Danis) censum quotannis solvere. Cùm Dux Heraclii *Saracenos* vocaret *canes*, defecerunt illi ab Imperio Romano, *Richter. axiom. polit.* 203. *Tartari & Turcæ* cunctos Christianos, fidei eorum mysteria ignorantes, *canes* appellant. *Ulyss. Aldrov. de quadrup.* L. III. c. 1. In itinere versùs *Hierosolymam* nonnullos religionis Romanæ

*(VI.) pro vilissimo homine.*

*(VII.) pro præfractè impio.*

*(VIII.) pro infideli, idololatra, & a fœdere Dei alieno.*

manæ Comites habuimus, qui omnia monumenta ceremoniis, nescio quibus, deosculabantur, ut nos Idololatras, *canes*, hominum nomine, & quos terra portaret, indignos, magno clamore appellarent Æthiopes, ait *Christoph. Fürer ab Heimendorf in Itiner. Palæst. aliarumq; region. orient. p. 70.* (IX) Pro *exploratore*. Inde adagium: *canes venatici*, in quos lata sententia apud *Plaut. Pseud. a. I. s. 5.* Quid *canes Palatini*, nisi delatores apud *Barth. L. XLIX. Advers. c. 3.* Cicer. *I. Verrin. multa sibi opus esse*, ait, *multa* canibus *suis*, *quos circa se haberet*, i. e. *servis*, *aliisq;*, *quibus utebatur* ad prædas indagandas odorandasq;, interprete *Freigio in Schol. ad h. l. p. m. 372.* (X.) Pro *hoste piorum sævissimo. Ps. XXI. 17. LVIII. 15. LXVII. 24. Prudent. in Vincentio. Add. Barth. L. VIII. Advers. c. 14.* (XI.) Pro *minace & timido*. Hinc *Darius* apud *Curt. VII. 4.* Canis *timidus vehementiùs* latrat *quàm* mordet. Μεγὰ μὲν σθένειν, μικρὰ δὲ ἰσχύαν. Groß Geschrey und wenig Wolle / ajebat ille, cùm suem tonderet. Canes *Moguntini non norunt* mordere, *nec aliquid valent*, *quàm* latratibus *deterrere*, dixit *Arnold.* apud *Gunter. L. I. Ligurin. p. 287. Inertes* enim *canes* ferarum *pelles* domi *mordent*, quarum *villos in venatu attingere non audent. Plut.* Add. *Batillii embl. 103.*

(IX) pro exploratore.

(X) pro hoste piorum.

(XI.) pro minace & timido.

*Qualis tener ætate juvencula* catellus,
*causâ vacuus*, *murmure baubatur acutô*,
*contrà vetulus non nisi præsensa resignat.*
*Sic est stolidus, sic sapiens: ille minatur*
*cunctis sine causa, temerè semper, ubiq;.*
*Sapiens faciet vulnera, post facta loquetur. Scalig. L. I. Epidorp.*

(XII.) Pro homine *versipelli*, qui ungit, ut pungat. Germ. vocant einen Zuckmeußer. *Canis* enim lambit & vulnerat *leporem. Sunt quidem* (ait *S. Chrysost. hom. XV. ad Ephes.*) *sicut* canes, *mordentes latenter*, *qui accedentem quidem non allatrant*, *neq; eum ægrè ferunt*, *blandientes autem*, *& lenitatis ac mansvetudinis ostendentes speciem*, *cùm non sibi caventes apprehenderint*, *eis* dentes infigunt. Sic *Amasa* oppressus, *II. Sam. XX. 9.* ita *Datames* extinctus, *Nep. in ej. vit. c. ult.* Sic *Parmenio* sublatus, *Curt. L. VII. c. 2.* ita *Arsinois filii* periêre. *Justin.* L. XXIV. c. 3. *Adeò ingeniis humanis simulatio parata est*, *Curt. V. 10.* & fronti nulla fides! *Cave* igitur *canes! Phil. III. 2.* fuge *canes non latrantes*,

(XII.) pro homine versipelli.

*ut fugit infestos territa cerva* canes. *Ovid. II. Pont. 2. Altissima quippe flumina minimô labuntur sono. Curt. VII. 4.* At sic *seculum* hodie est, quô de graphicè *Beat. Rhenan.* citante *Bernegger. quæst. è Tacit. n. 107.* (XIII.) Pro *meretrice*. Quid enim *suburæ canes*, *Hor. Epod. 5. v. 58.* nisi publica scorta? *Subura* erat urbis regio, sic dicta, quod sub antiqua ur- (XIII.) pro meretrice.

 be est.

be esset, & sub montibus *Cælio* & carinis cameratis, ubi prostabant *meretrices*, quas dum *Varus*, contemtor *Canidiæ*, adibat, illum ut *canes*, quæ illic sunt, *allatrent*, optat *Canidia*. *Chabot. in h. l.* (XIV.) Pro *invido* & *avaro*. Notissima fabula de *cane* in *præsepi*. Vid. sîs *Th. Mor. epigr. 114.* quod in *Frobonian. edit. an. 1518. cum ejusdem Mori Utopia, & aliis opuscul.* in 4. *excus. p. 221.* reperies, & *Jac. Catsii embl. amat. 38.* quod in ejusd. *Proteo* p. 147. exstat. *Canis Lunam allatrans* ap. *Alciat. embl. 165.* Conf. *Flemming.* L. IV. *od. 40. p. m. 468.* Celeberrimus D.D. *Sim. Paulli, trium Regum Medicus, Fautor olim meus singularis,* in limine *Botan. quadrip.* pinxit. *cygnum* volantem, quem *canis* allatrat, cum disticho:

(XIV.) pro invido & avaro.

*Mopsule, cùm niveum nequeas discerpere* cygnum,
*allatrando* canem *te tamen esse probas.*

Passim Teutones nostri: Er ist ein karger/ geitziger/ mißgünstiger Hund. Semper enim invidet *canis* socio suo, nec facilè patitur rivalem. Hinc proverb. *una domus non alit duos* canes, i. e. una culina parva non sufficit duobus ganeonibus. Vid. *Alciat. embl. 94.* Zwey Hund an einem Bein/ sind nimmer eins. Adde sîs *canem Savedr.* Herculis clavam rodentem. *Symb. polit. 9. p. m. 65.* At fertilis fortuna, quæ magnam sustinet invidiam. Εἰς τὰ πίσυμα δ᾽ ὁ φθόνος πηδᾶν φιλεῖ, ajebat *Euripid.* Conf. *Stigel.* III. *eleg. 9. Lips.* C. II. *ad Belgas ep. 16. p. 753. J. Weizii Comm. in Adelph. prolog. p. m. 43.* quid enim imbellis livor? nisi θύεσοι ὁ αὐτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει, sententiâ *Athen.* L. I. *Dipnos. c. 16. Jun.* L. XVI. *adag. suum ipsius tormentum,* *Curt.* VIII. 12. *Suppliciumq; suum. Ovid.* II. *Met. f. 12. p. m. 78.* (XV.) Pro *Doctore impuro & negligente. Esa.* LVI. 10. 11. *Phil.* III. 2. qui, cùm, juxta Dei mandata, *Esa.* LVIII. 1. *Ezech.* III. 17. II. *Tim.* IV. 2. *loqui pro re & tempore debebat, tacet, suoq; officiô turpiter desit.* Hunc vitari jubet *Ignatius, Archi Episcopus & Martyr Antiochen.* quando *epist. 9. p. 50. edit. Vairlebian.* ita infit: βλέπετε τοὺς κύνας τοὺς ἐνεοὺς, τοὺς ὄφεις τοὺς συρομένους, τὰ φιλόδοξα δρακόντια, τὰς ἀσπίδας, τοὺς βασιλίσκους, τοὺς σκορπίους· οὗτοι γάρ εἰσι θῶες ἀλωποί, ἀνθρωπόμιμοι πίθηκοι, i. e. *Cavete* canes mutos, *serpentes in arctum se contrahentes, dracunculos, pellium amictû gaudentes, aspides, basiliscos, scorpios. Hi namq; sunt Thoes astuti, simiæ, hominum imitatrices:* Interprete *Vairleb. Sylvio.* Aptissimè igitur ob *impudentiam, calumniam*, seu *caninam mordacitatem, voracitatem* vel *avaritiam*, falsi Doctores dicuntur *canes. Raup. in lexic. Theolog. p. m. 229. Schardius in lex. Jurid. p. m. 383.* ita: Canis impurus *dicitur Episcopus, qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit. Hic, etiamsi sanctè viveret, verùm perdite viventes arguere aut erubesceret, aut metueret, cum omnibus,* qui eô tacente perierunt, *periret.*

(XV) pro Doctore impuro & negligente.

periret. *Prosp.* L. I. *de vit. contemplat.* c. 20. *Mortis enim autor existit, quia virus, quod* clamando *expellere potuisset, non expulit. Bernh. Medit. cap. XI.* §. 1. *Conf. Cyprian.* L. *de lapsis p. m.* 241. *B. Horum.* L. I. cap. 37. *Phil. Carpat. in Cant. V.* (XVI.) Pro *bono* & *fideli* Doctore, ut colligitur ex *Esa.* LVI. 10. 11. ubi reprehenduntur *canes muti* contrà *scientes latrare* probantur. Talem fuisse *Corn. Jansenium*, primum *Gandavensem* Episcopum, *Francisc. Haemus in epitaphio* ipsi observanter posito, *dist.* IV. testis est: (XVI) *pro bono & fidels Doctore.*

*Exemplar morum, virtutis regula fulsit,*
latrator *summi Regis in æde* canis.

Apertè *Gregorius in Cant. Sancti prædicatores dicuntur* canes, *quia prædicationibus assiduis* qs. latratibus *importunis, adversarios quosque à grege ovium arcere nituntur.* Conf. *Wolfii Lect. memor. C. XVI. p. m.* 922. Pulcherrimè etiam *J. Schellenberg in* θηρανθρωπομυθολογία *Freiberg. Hermundur. excus. an. 1618. in 8vo. tit. ult.*

*Æditus Domini* canis *est. Nam perdius atque*
*pernox excubias fidus & acer agit.*
Latratu *insidias perterret, vimque nocivam*
*prodit, & à laribus pellit & arcet heri.*
*Intonat assiduè, ceu buccina clara Jehovæ,*
*præco sacer, Vigilax increpitare nefas.*
*Personat Augusti sacrata palatia templi,*
*inclamat rabidas sollicito ore feras.*
*Haud* mutus canis *est. Vocat in nam increpat ore,*
*& ciet è latebris, quæ-fera-cunque latet.*

Et quamvis auditores, *canum* instar, monitis imprudenter *oblatrent*, & bonos viros lædant, ideò tamen sacerdos non relinquat obstinatos contemtores sibi. *Non est ideo* ait *S. Aug. ep. 48. negligenda medicina, quia nonnullorum* in sanabilis *pestilentia.* (XVII.) Ponitur pro *facie talorum illâ, quæ unô notatur punctô*, ein Eß/ (XVII.) *pro facie talorum unô punctô notatâ.*

- - - - *damnosa* canicula *quantum*
*roderet* - - - - - *Pers. sat.* 3. v. 49.

i. e. *illatô damnô rem minueret*, instarque *canis morderet eum, qui lusit*:

*Semper damnosi subsiluêre* canes. *Prop. IV. eleg.* 9.

*Damnosi* dicuntur, quia pecuniâ mulctant, ut jam dixit, & damnô afficiunt ludentes. Qui enim *canem* jecerat, nil tollebat, sed aliquid conferebat. *Sveton. in August. c. 71. Add. Passeratii prælect. Solenn. in Propert. l. a.* Sic *Ovid.* L. II. *de Art. p. m.* 230.

Damnosi *facito stent tibi sæpè* canes.

De ipso *ludo talario* eleganter *Freig. in not. ad Exercit. LL. Lud. Vivis* p. m. 35.

(XVIII.) pro ferreo vinculi genere p. m. 35. *Zuvingerus Th. V. H. T. IV. p. m.* 3183. Conf. *Lips. L. I. Lect. ant. c.* 21. (XVIII.) Pro *ferrei vinculi genere* quô olim victimam, ignem vitaturam, ad aram ligabant. Aliis est *vinculum*, seu *collare*, quô *canum* cervices muniuntur. *Collare* autem tormenti genus hodie frequens, quod collo reorum injicitur, ignominiæ vel pœnæ causâ. *Servilis* enim pœna est, aut (ut ita loquar) *canina*. Nam hoc genere *canes* vinciri solent, qua de causa hoc vinculi genus, autore *Festô* L. III. interdum *canis* appellatur. *Sim. Schard. in Lex. Jurid. p. m.* 523. & *C. Lucil.* L. XXIX. *Satyr.* citant. *Nonio, c.* 1. *n.* 162.

*Cum manicis*, catulo, *collariq; ut fugitivum*
*deportem.*

Hinc loquendi formula: *canem ferre*, i. e. vinctum esse. *Turneb.* L. VII. c. 12. Hodie tu *furcam* fers & *canem*, *Plaut. Casin.* a. II *f. vi. c.* 37. Vid. nos infrà *Sect.* II. *M.* II. P. I. c. 10. & de hoc catulo *ferreo* Cl. *Demster. Paralip. ad c.* 29. *L. X. Ant. Rom. Rosin. p. m.* 1702. *C. D. E.* (XIX.) Pro *sidere cœlesti*. Suntautem
(XIX.) pro sidere cœlesti. duo in cœlo *canes*, major & minor. *Canem* dicendo simpliciter, intelligimus *majorem*, minor dicitur *canicula*. Vid. latiùs de differentia horum astrorum *Hor. Augen.* L. III. *de mission. Sangv. c* 20. *D. Cortnumm. de Morb. atton. c.* 2. §. 5. *seqq. & Phil. Caroli ad Agell. L. I. c.* 2. *anim.* 4. Inde V. V.

*Dum sentis* latrare canem, *mugire leonem*,
*te Medicus curet Bacchus, & umbra tegat.*

dies caniculares. & alius: *Latrat in æde* canis, *nat in aquore, fulget in astris.* Hinc *dies caniculares*, quos *Horat. I. Sat.* 6. vocat *rabiosi tempora signi*, *canem illum, invisum agricolis sidus*, *I. Sat.* 7. *flagrantis atrocem horam caniculæ*, III. C. 13. *insanam Pers. Sat.* 3. *& Ovid.* L. II. de *art. amand. sitientem* caniculam. Vid omninò de iis *Talenton.* L. II. c. 9. *rer. recondit.* & *Bisciol. Hor. Subcis.* T. II. c. 2. L. XII.
annus canicularis. Annus κυνικὸς autem dicitur, quòd initium illius sumitur, cùm primô die ejus mensis, quem vocant Ægyptii Θὼθ, *canicula* sidus oritur. Nam eorum annus civilis solos habet dies 365, sine ullo intercalari: itaq; quadriennium apud eos unô die circiter minus est, quàm naturale quadriennium. *Lud. Carion.* L. II. *Emend. c.* 1. *p. m.* 3. Si nescis, unde tantus æstus
(XX.) pro bono Principe. *diebus canicularibus*, adi *Sperling.* L. V. *Inst. Phys. c.* 1. *qu.* 1. (XX.) pro *bono Principe*. Hinc *Ægyptii* olim solebant figuras *canum* templarum valvis insculpere, ad designandam *curam* & *vigilantiam*, quâ Præsides regni instructos esse oportet, ad omnem externam invasionem, quà *latratû*, quà *morsû* cohibendam. *Kircher. Oedip. Ægypt.* T. I. p. 157. *Pier. Hierogl.* L. V. p. m. 51. Pulchrè *Th. Morus*:

*Quid bonus est Princeps?* canis *est, custos gregis, unde*
*qui fugat ore lupos. Quid malus? ipse* lupus.

Conf.

Conf. *Baril. embl.* 109. Sapienter itaq; *Hadrianus: non mihi, sed populo!* Imo præfatos Ægyptios optimum Principem exprimere volentes, *canem stola decoratum*, quòd animal hoc nonnunquam templa ingreditur, atque Sanctorum illustriumq; Virorum imagines quàm acutissimè aspicit, pinxisse, ex *Bilibaldi Bircheimeri Polit. p. 203. Melch. Goldast. curâ an. 1610. in fol. edit.* constat. Memini hîc *canis* istius *Ulyssiponensis*, ad invidiam religiosi, quo de legi meretur historia *J. Euseb. Nierenberg.* L. IX. *H. N. & C. Schott. Phys. curios.* L. VIII. c. IX. *p. m. 826.* Add. *Ælian.* L. VII. c. 18. Negat itaq; *Lips.* C. VI. *ad Belg. ep. 44. p. m. 659. esse animal magis suô meritô amabile, laudabile, mirabile, & id à dotibus animi corporisq;, quas* divinitus ( *penè* divinas *scripserat*) *habet* ( XXI ) pro *pisce marino*, qui, cùm *cani* similis sit, nomen ejus obtinuit. Vid. *Ulyss. Aldrov.* L. III. *de piscib. p. m. 144.* & L. III. *de Quadrup. digit. viv. c. 1. Gesner. de piscib.* & *C. Schott.* L. X. *phys. curios. c. 8. Castor*, seu *Fiber* etiam *fluviatilis* dicitur *canis*. *Reines.* L. III. *Var. lect. c. 18. pag. 661.* De miris *canibus marinis* legi meretur *Thuan. Hist.* L. LXXXIX. *p. m. 257.* & *Nirenberg. L. XI. H. N. c. 8.* Refert de *cane marino Ursin.* L. II. *acerr. philol.* n. 228. ex *Oppian.* L. I *de piscat. ☧. 734. seqq.* quòd *fœtum suum*, imminente tempestate, *laxatis genitalibus*, iterum in *ventrem* abscondat, atque ita iterum iterumq; pariat. At ipse audiatur Poeta.

( XXI ) *pro pisce marino.*

*fœtus in ventrem absconditur.*

> Θαῦμα δ' ἁλιπλάγκτοιο κυνὸς τόδε· τῇ γάρ ἐπεὶ ἂν
> τέκνα νεοβλαστῆ, καὶ σφιν σάκος ἔπλετο μήτηρ,
> Ἀλλ' ὅτε ταρβήσωσι, τὰτ' ἄσπετα δείματ' ἴασιν
> ἐν πόντῳ, τότε παῖδας ἐνὶ λαγόνεσσιν ἐδέκτο
> αὐτὴν εἰσίθμην, αὐτὴν ὁδὸν ἔνθεν ὄλισθον
> γεινόμενοι - - - -

Sic græcè: ita latinè.

> *Miraculum autem marivagæ* canis *est illud. Eam enim sectantur*
> *catuli novelli, & ipsis scutum est mater;*
> *sed quando trepidant, magniq; terrores sunt*
> *in mari, tunc liberos intra lumbos recipit,*
> *per eundemq; meatum, eandemq; viam, unde ceciderunt*
> *nascentes* - - - - - -

Sic *Chuscus*, animal per omnia penè conveniens Jonston. *Carygueje*, fœtus, li ċt dultiores, receptat pro arbitrio in vulvâ, quæ illi intus hirsuta notante Excell. *D. Olao Borrich.* Vid. C. III. *epist. med. Bartolin. 93. p. m. 403.* Conf. *Margraf. Hist. rer. natur* L. VI. c. 2. Idem de *vitulo marino* Basilius M·gnu· *Orat.* VII. *in Hexaem.* & *Ambros.* L. V. *Hexaem.* c. 3. de *Delphino.* Greg. Nazianzen. *in carm. Nicobul.* de *Rondessa*, animali Americano, fi-

*chuscus.*

*vitulus marinus.*

*delphin.*

*rondessa.*

gurâ

gurâ *felem griseam* referente, *Dn. de Moneonnii in Itin. Germ.* T. II *p.m.* 320. de *simivulpe*, animali indico, *Joach. Camer.* C. II. *embl.* 8. & de *balena Ol. Magn.* L. XXI. c. 12. narrat. In mari Norvvagico sunt *catuli*, qui natantem hominem facilè mergunt, nisi demerso auxilio superveniat *Raja*, quæ grassatores abigit, hominemq; , ut enatet, pro viribus urget, teste *Fournier. Geogr.* P. I. L. II. c. 15. (XXII.) Historicè vox *canis* sumitur pro *certa familia*. Ex hac fuit D. ille *Magnus*, *Prof. Lips.* qui A. 1519. obiit sæpius dixisse fertur: *inter seculares nugæ sunt nugæ, at inter Sacerdotes sunt blasphemiæ. Comeander in ej. epitaphio* ita:

*simivulpes. balana.*

*(XXII.) pro certa familia.*

*Huic scelus arcenti veluti* latratibus, *olim*
è canis *ex vero nomine nomen erat.*
*Utq;* canis *rapido nocturnos gutture fures*
*inclamat, cœptum ne peragatur opus.*
*Sic homines inter quondam dum* Magne *fuisti*,
*omne nefas ingens tollere cura fuit.*

Adde *G. Fabricii Annal. Urb Misnic.* L. III. *p. m.* 81. Nobilis Vir, *Wiguleus* Hund *à Sultzenmos, I.C. & Consiliar. Bojoaricus*, clarus ubiq; est *Metropoli*, quam edidit, *Salisburgensi*. Celebres quoq; *Jodocus Hondius*, Atlantis minoris editor, *Gulielmus* Hond/ *Hagâ-Batavus*, insignis Pictor, *D. Johann de Hond*, ad D. Petri apud *Hyperenses* Pastor ille, qui à *Francisco Haemo*, Insulano, cohonestatus est eleganti carmine, extante in *ejusd. poemat. p. 7. seqq. edit. Antverp. Otto Hundius*, qui graviter animadvertendum esse in Anabaptistas asseruit, uti patet ex *Recessu Convent. Homburg. d. 7. Aug.* 1536. *de Anabapt. fact.* & *J. Henr. Ottii annal. anabapt. p. 86. seq.* inserto. *Christoph.* Hund / *Consil. Saxon. & Aulæ Coburg. Magister*, qui, referente *Goldast.* P. I. *Polit. Imp. Sect. 4. p. 197. edit. prim.* Sereniss. Saxon. Duc. *Joh. Casimiri* comes erat, cùm *Francof. ad Mœnum* solennia electionis Imper. *Matthiæ* cupidè spectaret. M. *Johann.* Hundemann / à *Matthæo Gotho*, Celeberrimo Poeta, multis dignatus carminibus. Ad *Petr. Hondium* elegiam scripsit *Dan. Heins.* quam reperies in *poemat. ej. Juvenil. p.* 526. Imò adhuc celebris est *Hundius Electoralis Saxon*, cujus *latratus*, qui rarus quidem, exterorum tamen auribus minimè ingratus est. *Dn. Frider.* Hundorf IC *Consiliar. Brandenb.* & *Cancellar.* nî fallor, *Hallis Saxon*, *Steno* Hundorf/ Nobilis *Danus*, *Dn.* Hundeck / *locumtenens* inter milites præsidiarios *Guelferbyti M* Hundshagen/ *Adjunct. Fac. Philos. in Illustri Salana.* Joh. Hundorf meminit M. *Pretorius* in sua *Alectriomantia p. m.* 35. & *Anna Mariæ* Hundemánnin *Grüling.* C. *VII. obs.* 15. Inclyti etiam die Herren von Rüden / von Bruch &c. de quibus infrà latius. Vid. *S. II. Membr. I. cap. 4. Mediolani*, *Sulmonæ* & *Bononiæ* multæ etiam sunt familiæ à *canibus* cognominatæ. De *cane Scaligero*

vid.

vid. *J. Isaac. Pontan. L. VII. Hist. Geldric. p. m. 210.* & *Chronic. Carion. L. V. p. m. 111*). Fuit autem *canis ille Sclanus*, seu *Scaliger*, Vir insignis, qui An. 1324. *Verona* & *Tarvisii* principatum obtinuit. *Ulyss. Aldrov.* L. III. de *quadrup.* c. 1. Latius de eodem *I. Bapt. Pigna in Hist. Ferrariens. L. IV, p. m. 255.* & alii. Conf. ipsum *Scaliger, de subtilit. Exercit. 201. & 267. advers. Cardan.* Hunc canem *Scaligerum* æri incisum sistit nobis *Musæus Jovianus in suis imaginibus Basil. ad 1577. edit.* cui *Theobald. Muller, Marburgensis*, pulchrum subjecit distichon. Tartarorum Imperator quoq; nominatur *magnus canis*. *Aldrov. loc. cit.* (XXIII.) *Geographicè* ponitur pro *fluvio*, qui alias dicitur *Adonis*, quo de *Plin. L. VI. c. 8. Nierenberg. L. de miracul. nat. terr. promiss. c. XV.* & *Ulyss. Aldrov. L. III. de quadrup. c. 1*, (XXIII.) pro fluvio.

Et *vos Scyllæ naufraga monstra* canes. *Ovid. iv. Fastor. p. m. 91.* De alio *fluvio* Hond / ad cujus ripas oppidum Wildshusen in *Diœcesi Monaster.* situm est, vid. *Stangefol. præf. ad Libr. II. circul. Westphal. c. 8.* Conf. *Hamelmann. Chron. Oldenb. P. I. c. 13. p. 44.* Vid. nos infrà, *Sect.* II. *Memb.* 2. *P.* I. *c.* 3. *§.* 6. (XXIV.) Et pro *civitate* Africa Κυνὸς seu *canis* dicta. In hac studiosè coli *Anubin*, *Osiridis* filium, *canem* gestantem, imò & honorem & sacrum quendam cibum *canibus* ibidem constitutum esse, ex *Dominici Marii Nigri Comm.* III. *Geograph. Afric. p. 392.* atq; *Strabonis epit. Geogr. per D. Hieron. Gemusæum* translata, & *Comm. laudati Nigri adjunct. p. 760.* nec non *Pignor. in exposit. Mens. Isiac. p. 41.* discimus. (XXV.) pro illo *ferreo instrumento in minori bombarda, quod pyritem stringit, ad ignem pulveri pyrio communicandum.* *Aldrov. loc. supra alleg.* (XXVI.) pro *morbi aliquo genere*, apud *Galen. L. II. de diff. pulf. c. 3.* quale autem sit, non satis constat, fortè est *spasmus cynicus.* Vid. *Mercurial. L. V. Var. Lect. c. 13. p. m. 304.* (XXVII.) pro *fatis* quòd cuncta devorent, (XXVIII.) & *Furiis*, (XXIV.) pro civitate. (XXV.) pro instrumento in bombarda. (XXVI.) pro morbi genere. (XXVII.) pro fatis. (XXVIII.) pro Furiis.

- - - - - *visæq;* canes *ululare per umbram*
*adventante Deâ* - - - - - *Virgil. VI. Æneid. ℣. 227.*

Conf. *Horat. I. Sat. 8. & Serv. nec non Taubmann. in h. l.* (XXIX.) *Harpyjas* vocat *Virg. II. Æneid. Jovis canes.* (XXX.) In oraculis *Zoroastris dæmones* quoque dicti sunt *canes*, quia ex terræ gremio prosilire videbantur. (XXXI.) pro *instrumento metallico* sumitur, quod metallifossores *canem* vocant, quo de *Georg. Agricol. L. VI. de re metallic. p. m. 113. & 126.* (XXXII.) *Canis nigra* dicta est, *navis* quædam apud *Schard.* T. III. *descript. belli Dithmars. p. m. 2027.* (XXXIII.) Demum vox *canis* frequentissimè usurpatur *in conviciis.* Hinc Germanorum istud: du Hunds-Nase / du Hunds-Kopff / & milites nostri: stoß den Hund darnieder. *Convicium* enim *militare* inprimis est. Vid. *Theod. Marcil. in C. Sueton. Vespasian. p. m. 45.* Nervosè *Luth.* wer dem Arbeiter seinen Lohn nicht giebt / der ist ein Blut-Hund. (XXIX.) pro Harpyjis. (XXX.) pro dæmonibus. (XXXI.) pro instrumento metallico. (XXXII.) pro navi. (XXXIII.) Vox canis in conviciis.

*Syr.* XXXV. 27. Milites *Brunsuicenses* cum *Cattis* pugnaturi sarcasticè clamabant: *leonem Hassorum similem esse* cani. *Bunting. Chron. Brunsvic.* P. III. *p. m. 68.* Conf. de Hundshessen *Chron. Dassel.* J. *Letzner. p. m. 55.* B. *diù verò canis. Terent. Evn. a. iv. s. 7. v. 33. Consanguinea Ducis non danda est* cani, dicebat *Marchio* ille apud *Krantz. in Vandal.* L. II. cap. 41. *Conf.* L. IV. *Saxon. c. 34. Helmond. L. I. Chron. c. 16. Calvis. in chronol. p. 615. Joannis* III. *Svecor. Regis*, legati vocabantur An. 1569. à Russis *canes. Petr. Petrej. Hist. Muscovvit.* P. II. *p. m. 187.* Ita *Simei* Davidem vocabat *canem* II. *Sam.* XVI. 8.

(*XXXIV.*) Conf. II. *Sam.* III. 8. (XXXIV.) *Propriè* autem & *physicè canis* est *bestia quadrupes latrans.* Et hæc sit *Helena* nostra. Nec enim Islandorum fera Hundue aliquid ad nos. *Vid. Reseni Edd. Island. P. II. Lit. H.*

*b. l est bestia quadrupes.*

*σκύλος. κύων Garri fumi. tur.*

§. 6. Hodie apud Græcos non *κύων*, sed *σκύλος*, vulgò dicitur *canis*, à voce *σκύλαξ*, quæ *catulum* notat. *Κύων* autem antiquis dicebatur etiam *bolus μαγδαλιὰ* seu *frustulum, quô manus abstergebant*, & canibus *deinde projiciebant devorandum.* Est etiam *κύων scintilla, ex ferro candente prosiliens*, cùm malleo percutitur: denotat quoq;, *membrum virile.* *Κυνίζω* est *canem ago*, seu *cynicam sectam amplector.*

*Synonymia.*

§. 7. Dicitur etiam canis *Hylactor* i. e. *latrator*, à voce, quam edit; *ἀκανθίς* apud *Hesychium* & *Suidam*, *παρὰ τὸ αἰκάλλειν*, quia notis *caudâ* ablanditur. Itali *cane* vocant, Galli *Chien*, Angli Dogge Medi *Spaca*, Germani Hund & Petz / quæ vox ab illyrica *Pes*, i. e. *canis*, detorta videtur. Notus mihi olim in Dania *Jacob.* Petz / militiæ pyrobolicæ locum tenens, curiosus *margaritarum* in *Scania* inventor, quæ sanè *Orientalibus* palmam faciebant dubiam, quasque sæpius apud eum vidi. *Bartholom.* Petz / *Tirolens. Legatus ad portam Otomannicam, post consilii bellici in aula Pragensi supremus Judex à Rudolf.* II. Imp. creatus U. J. D. Vid. *Mund. a Rodach. tr. de Com. Pal. cap. 3. §. 235. D. Simon. disp. de Dd. bullat. c. 3. Bechmann. ad A. B. Carol. IV. exerc. X. ad tit. 20. n. 56.* Vid. sîs fusiùs Lexicographos *Martinium, Perott. Scapul. Fabr. Calepin. Stephan.* etiam *Aldrov. loc. cit. Gesner. L. I. de quadr. p. 194. seqq. Bochart. Hieroz. P. I. p. m. 662. seqq.* & alios complures. Nunc castra movebimus.



CAPUT.

# CAPUT II.

## Definitionem & differentiam sistit.

§. 1.

OMnis, quæ à *ratione* suscipitur, de aliqua re institutio, debet à *definitione* proficisci, *ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur*, inquit Princeps Eloquentiæ L. I. Offic. Æquum itaq; est, ut, expensô *canis* nomine, *definitionem* ejusdem subnectamus. Est autem canis *quadrupes, latrans, sagax, docile, vigilans & fidele, hero suo maximè blandiens, adq; varsos usus homini inserviens.* *A definitione incipiendum.* *canis definitio.*

§. 2. Dixi: esse *brutum*. Brutum verò est, quod caret (I.) *Sermone*, propriè ita dicto, internæ rationis nuncio. *Duo* ad hunc requiruntur, (1.) ut sit *significans ex instituto*, & (2.) *articulatus*. Neutrum est in bruto. Psallat Psittacus χαῖρε suum, recitetvè Symbolum Apostolicum, & respondeat ad interrogata, dicente *Jonston. Thaum. nat. Cl. VI. c. 36. & Drexel. Aurifod. P. II. c. 6. p. m. 173.* Qvid tum? non τῇ καρδίᾳ, sed σχήματι καὶ μιμήσει loquitur. Rectè enim *Arist. L. IV. H. A. 7.* Hominis *proprium* est loqui, sc. *articulatè & significanter*. Talis vox enim nihil aliud est, quàm *interpres rationis*. Hinc Græci *rationem & sermonem* uno vocabulo absolutè dixerunt λόγον, quem in *internum & externum*, distinguunt Philosophi. Hic illum, & ille hunc necessariò & κατα πόδα comitatur, nisi aut vitium aut defectus in organis reperiatur. Ubi igitur *ratio* locum habet, ibidem & *oratio*, & contra. Hinc Dei Spiritus bestias expressè vocat ἄλογα ζῶα. *II. Pet II. 12. quibus non est intellectus. Ps. XXXI 9.* Et *asina Balaami* (qua de *Num.* XXII. 23.) dicitur ὑποζύγιον ἄφωνον ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον II. *Pet.* II. 16. Quamvis verò *solus homo* sermone *proprie* ita dicto gaudeat, nec ulli bruto *univocè* competat, *analogicè* tamen quis invidebit iis? Psittaci, aliarumq; avium, loquela vox est & præterea nihil. Est enim *sine mente*: non capiunt, quid hâc vel illâ voce propriè designetur. Si tamen videantur intellexisse, memoriæ idipsum opus est, & longæ assuefactionis specimen. Interim verissimum est, *canes* (& plura animalia) sermonem nostrum, cui assuefacti sunt, capere, seu, quid nos cupiamus, exactè intelligere, imò ex nutu & gestibus, quid ab illis flagitemus, nôsse, alia tamen magis, alia minùs. Si itaq; organa sermonis apta obtinuissent, quidnî phantasiæ & æstimativæ suæ conceptus singulares, quos secundùm Vulgarem sermonem, cui assuvefacta sunt, intus formant, verbis externis (qualia per assuefactionem edocta sunt,) aliis exprimere valeant? *explicatio ejus.* *bruta sunt ἄλογα.*

leant? Cùm verò aptis loquelæ instrumentis careant, gestibus tamen, sonis, aliisq; modis, conceptus suos interiores, cùm sibi invicem, tùm nobis perspicuè declarant, non secus ac muti homines gestibus & nutibus admodùm significanter cùm inter sese, tùm & cum aliis, qs. sermocinantur. Non immeritò igitur & *cani*, & aliis quibusdam brutis, (eg. elephanto, simiis &c.) cum *Th. Cornel. Consentino Progym. Phys. I. p. 73.* peculiares adscribendi sunt *sensus*. Vides autem, quàm longè distet *loquela* brutorum à nostra. Numeros illa quidem exprimunt ad *loquelam* aliquam edocta, sed istorum numerorum conceptum *formaliter* non habent, utpote qui non nisi abstractione, adeoq; à facultate immateriali saltem formari potest, siquidem *materiali* tantùm pollent facultate, quæ hujus rei non est capax. Et sicuti λόγος ἐνδιάθετος, (internus,) seu *ratio*, non tantùm ad singularia ac materialia, sed & universalia, abstracta, immaterialia dirigitur, secus atq; brutorum ratio: ita & λόγος προφορικὸς, (externus,) seu *sermo*, tanquam interpres interni i. e. rationis, eôdem accommodatur. Tanta dos autem & tanta gloria nulli bestiæ est concessa.

*nec rident.* (II.) *Risû.* Imperator *Rudolf.* II. niveam & plumis omnibus candidissimam avem habuit, *anati* non dissimilem, rostrô prægrandi, quam passim omnes den lachenden Hänsel appellabant. Nam ad edendum *risum* & ad mira quævis instituta. Nunquam autem lætiùs, quàm laudata, risit. Hinc illæ compellantium voces. schöner Hänsel / lach mir eins. Emta est, ut ajunt, viginti millibus florenorum. *Drexel. Aurifod. P. III. c. 7. p. m. 347. Camer. Oper. subcis. C. II. c. 26. p. m. 109.* Sed quamvis brutis speciem aliquam *risus* concesserim, rem tamen ipsam constanter denego.

*nec flent.* (III.) *Fletû.* Refert quidem *Gyraldus de Poet. Hist. dial. VI. p. m. 260.* in *Ægina*, cùm *Eupolis* obiisset, ibiq; sepultus, *canem* ad tumulum diu luxisse, & tandem moerore ac tabe extinctum esse. Conf. *Zwinger. Th. V. H. T. III. p. m. 2660.* Atquemlibet si quis humorem ex oculis fortè labentem pro lachrymis *propriè* ita dictis, & φυσικῶς (non παροιμικῶς) consideratis accipiat, helleboro purgetur. Bene igitur *Godofr. Vogtius in Delic. Physic. c. 2.* putidam plebis fabulam de veris *Crocodili* lachrymis rejecit, ad quem lectorem amando. Sunt quidem lachrymæ nil aliud nisi *humor*, *qui oculo irrigando destinatus est*, *copia majori affluens*, uti verè docuit *Stenonis* noster, Anatom. quondam curiosissimus, Amicus Venerandus, *in obs. anat. de gland. ocul. p. m. 92. c. f.* *Ast sunt*, pergit alibi, *in obs. anat. de nar. Vas. c. f. moti animi signa.* Utut itaq; bruta etiam crebrò contristentur, & doleant, hisque affectibus agitata *guttulas* ex oculis profundant, & *gemant*, (non *fleant*, longa enim differentia inter utrumq;, teste *Pompa L. III. differ. verbor.*) minimè tamen à guttulis ad lachrymas, à genere ad speciem determinatam, argumentaberis. Lachrymarum *propriè* ita dictarum efficiens causa est

ſa eſt anima rationalis. Hâc abſente quis flebit? Immotus igitur *Nieremb. L. III. H. N. c. 24.* canon: *Solus homo lachrymatur*: ſeu, ut Cl. *Schneider. effert, L. III. de catarrh. c. 9. p. 370. nullum animal rationis expers educit lachrymas.* Videntur equidem, & dicuntur bruta *flere*, ſed præter veritatem. Non igitur, niſi *abuſivè*, aut *tropicè*, vel κατ' ἀναλογίαν, iis competunt lachrymæ. Cur verò ſolus homo fleat, diſquirit *Ant. Majoragius L. I. epiſt. 18. & Jul. Caſ. Placent. tr. de lachrym. c. 12.* quos vide. (IV.) *Voluntate* ἡ βούλησις ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ ὄρεξις. *Ariſt. III. Eth. 6.* Nunquam malum, ſub ſpecie mali, ſed *ceu bonum apparens*, appetimus. Sumunt quidem bruta quod ſibi prodeſt, & vitant noxia, ſed ex Naturæ inſtinctu & δυνάμει φανταστικῇ. Electio *propriè* in iis non eſt. *Ariſt. III. Eth. 4.* Voluntas pendet ab intellectu, tùm quòd nihil vult, niſi quòd intellectus intelligit, tùm quòd ſic vult, ut intellectus intelligat. Ut appetitus ſensûs: ita voluntas mentis individua comes eſt. (V.) *Intellectu.* Solus homo λογικός. Caulas tibi dabit *Nierenb. L. III. H. N. c. 29. & Macrob. in ſomn. Scipion. Lib. I. c. 14. Galen. ſub init. exhort. ad Art. Lib. ſtud.* licèt ſermonem *externum* brutis præcidat, *rationem* tamen illis adſtruit. Certè antiquiſſimos Philoſophos, putâ *Porphyrium, Plut. Anaxagor*: & plures, quos ſequitur *Salmaſ. in Epict. & ſimpl. p. m. 136.* quosq; *ſtultos* vocat *Ernſt. Introd. ad ver. vit. c. VI. §. 2.* brutis rationem tribuiſſe, in confeſſo eſt. Vid. nos infrà *S. II. M. 2. P. 1. c. 2. §. 6.* Si curioſiùs expendo ſtupenda *canis* opera infra dicenda, omninò ſententiæ Cl. *Huartii in ſcrutin. Ingen. c. 6.* totus accedo, audacter pronuncians: *canem* non tantùm *memoriam* ac *phantaſiam* habere, ſed etiam *aliam quandam potentiam intellectui analogam.* Brevius: *ſimulachra rationis, Arnobii* verbô *L. II. adv. gen. p. m. 58.* Ὁμόψηφον habeo Doctiſſimum *Deuſing. Faſci. diſſ. ſelect. S. IV. p. m. 204. ſeqq.* cujus pulcherrima argumenta lubenter amplector. Verbô. Verum *ſermonem* veramq; *rationem* nulli animantium, quàm ſoli homini, indulſit Natura, ejusq; opifex Deus in ſecula benedictus. Habent tamen bruta *analogicam*, à ſenſitiva anima pendentem planè, materialem corporiq; immerſum, atque cum individuo interiturum, & non niſi circa caduca & corporea verſantem. Latiùs hanc controverſiam ventilant *Schott. L. VII. Phyſ. Cur. c. 19. Sagittar. Exerc. Phyſ.* XII. *θ. 16. Hier. Rorar. libell. quòd bruta ſæpè ratione utantur melius homine P. II. & paſſim. Scalig. exerc. 317. S. V. Kyper. L.* IX. *inſt. phyſ. theſ. 1. T.* II. *p. 508. Carteſ. diſſert. de methodo art. 5. p. 49. Keckermann. Lib.* IV. *phyſ. c. 1. Danhauer. Colleg. pſycholog. diſp. 5. Controv. 3. Magir. V. Phyſ. c. 14. p. 463. Sext. Empiric. L. I. p. m. 13.* & Excell. D D. *Seger. Med. & Prof. Dantiſcanus, Amicus honoratiſſimus, in orat. inaugural. de curioſit. phyſ. p. 7. ſeqq.*

*nec Voluntate.*

*nec intelligunt.*

§. 3. *Quadrupes brutum* eſt *canis*, ut intelligas ſingularem *eminentiam* ejus præ ceteris. Quadrupedia enim dignitate longè ſuperant alia, quia per-

*brutum quadrupes perfectius ceteris.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

perfectiorem habent animam, & corpus perfectius, membra plura, magis distincta. Hinc etiam splendent magis sensuum operationes in quadrupedibus, quam in aliis. Deniq; cùm homo sit finis ἁπάντων, *Arist. II. Phys. t. 24.* ad humani corporis naturam propiùs accedunt bestiæ quadrupedes. Ideo Anatomici crebrius eas secant, inprimis *canes*. Vulgò *canicida* habetur pro infami, sed an jure, vid. apud *Pfeil. Consil. 143. Knipschild. de Jur. & Privil. Civit. Imper. L. V. c. 2. n. 75. Beat. in Cent. sent. Saxon. defin. n. 13.* Si quis *canem* alterius interficeret, juxta statutum *Davidis* II. Scotorum Regis, qui A. 1330. regnare cœpit, vigilare & custodire per annum ejus simarium, seu fimetum, & omnia damna infrà dictum tempus per eum sustentata pro defectu *canis* sui restaurare oportebat. *Joh. Skeneus, Scotus, in Codice Ant. L. I. c. 15. p. 51.* Nos, longæ Artis filii, ut fiamus experti ac famosi, impunè occidimus passim. Sunt enim *Martyres* nostri & præludia famæ. In *cane Asellius* venas lacteas, *Harvejus* (plurium licèt animalium sectionibus intentus) sanguinis periodum, *Pecquetus* demum lacteas thoracicas invenerunt, cum perenni nominum suorum gloria. *Nicol. Stenonis*, *Hafniâ Danus*, civis & discipulus *Bartholini*, quantum debeat *cani*, oculatissimæ ejus observationes & solida experientia anatomica passim evincunt. *Eruditus hic Danus id peculiare habet, ut maximam rerum partem tam sensibilem reddat, ut quivis victas dare manus mirariq; cogatur, quomodo subterfugere potuerint ea Anatomicos ante eum omnes*, inquiunt *Eruditi in Ephemer.* à Cl. *Nitschio vers. T. I. p. m. 123.* At quid bubo lusciniæ?

*An canicida infamis?*

*Inventiones ex cane.*

*Encomium Stenonianum.*

§ 4. *Latrans* brutum *canis* est, & hoc ejus *proprium*. *Catulos* tamen propriè βαΰζειν asserit *Varin* ὑλακτεῖν de adultis dicitur. Merè hyperbolicum videtur istud *Exod. XI. 7.* nullum *canem hirrivisse* in tot Israelitarum millia, ex Ægypto excedentia; vel singulare Dei miraculum fuit, quó testatus, se huic populo specialiùs invigilare & prospicere. Scribit *Isidor. L. XII. Etym. c. 6. canem* omnem *latrandi* vim amittere, si *rana* calamita, quæ prorsus viridis est, in os ejus offæ permista mittatur, quia, ut alii putant, frigiditate ejus vocis meatus constringuntur. Experientia fallax! Ceterùm ex anatomica schola novimus, nervis recurrentibus vel resectis, aut ligatis, *canes* sine *latratû* & *voce* vivere, laxatis verò vinculis vox redditur illis. Vid. *Reald. Columb. L. VIII. Anat. p. m. 363.* Rectè igitur censuit *Physicus Hafniens. D. Casp.* Kölichen/ *Amicus noster*, caulam interceptæ vocis ac loquelæ in fabro isto ferrario (quo de in *Act. Med. Hafn. T. I. obs. 86.*) fuisse in propaginibus illis sexti paris, quas nominamus recurrentes. Jocus forsan est, quod de *cane Perusino* memoratur, qui, ut Domini rebus incumberet, *furibus* allatrabat, sed adeò addictus erat *Dominæ suæ amasiis*, ut sine latratû noctû eos admitteret. Cui mortuo sequens à Poeta compositum distichon,

*Canis brutum latrans.*

*Qui canis fiat mutus?*

*Jocus de cane.*

Latra-

*Latrabam* ad fures, *sed amantum furta tacebam*;
*ut placui* Domino, *sic placui* Dominæ.

Die Diebe fuhr ich an / die Buhler ließ ich ein /
so konten Herr und Frau mit mir zu frieden seyn.

Interprete *Flemming. nostro epigr. 31*. De *canibus naturaliter non latrantibus*, vid. *O. Dapper. Afric. p. m. 394. Nierenberg*. L. VII. *H. N*, *c. 44.* & *Aldrovand.* L. III. *de quadrup. c. 1.* Somnium est ex *Varron*. L. II. *R. R. c. 9. cani* si cocta *rana* detur, nunquam ab alumno suo discedere. Plures hujusmodi canoras nugas vendidit *J. B. Porta L. XV. mag. nat. c. 21. p. m. 504* In somno aliquando *latrant* & *ululant canes* falsâ imaginatione decepti. Urbani, mendicos crebriùs *allatrant*, num quia cum bene vestitis plerumq; conversantur, laceratos, ceu externos & sibi ignotos, odio habent? sed *haud nocet mendicanti canis latrans*, est adagium Persicum apud *Levin. Warner*. L. LVII. p. 27. Unum si verberas, aufugit, & cum eo ceteri: at suem si flagellaveris, reliqui accurrunt opem laturi vapulanti. A *latratu* dictus est *Avaorum* Deaster *Nichbatz*. II. *Reg*. XVII. 31. Putant quidam, verè habuisse *latrantis canis* effigiem.

*Somnium Varronis. cur in somno latrant canes? mendicos cur allatrent?*

§. 5. Putat *Athenæus* L. XIII. *Deipnos. p. 611. num. B. seqq. edit. Dalechamp. Canem* præ ceteris animalibus *quatuor* bonis excellere: at certè pluribus excellit, quæ inter *Sagacitas* à *Beccher. in charactere* omnium linguarum *numero 1151* notata. *Sagire* est *acutè sentire*, ex quo *saga* anus, quæ multa scire volunt, *sagaces* dicuntur. De stupendo ejus *ingenio* & tenacissima *memoria* passim extant historiæ apud *Majol. de dieb. canicular. Colloq*. VII. *p. 231. Ursin. Acerr. Philolog. I. IV. § 34. J. Fabrum Lynceum in exposit. nov. Hisp. animal. Nard. Ant. Rechi p. 469. seqq. Lips. C. I. epist. ad Belg. 44. Baron. T.* XII. *Annal. Eccles. p. m. 124 D. Franz. in Hist. anim. sacr. p. m. 223. Zwinger. Th. V. H*, T. II. *p. m. 1168. Georg. Cedren. in Comp. historic. p. m 308.* (An autem hic *canis mimicus* ex *simia* fortè natus fuerit, meritò quæramus cum *Porta* II *Mag. nat. c. 7.*) De circumforanei cujusdam *cane* miranda recensent *Biscrol*. L. XVII. *Hor. subcis. c. 11. Lampad. Mellif. hist. p. m. 431 Zonar*. T. III. *annal. p. m. 52. Mich. Sachs. in Chron* P. II. *p. m. 40. Paul Diacon. Hist. miscell*. L. XVI. *p. m. 933. Schott* L. VIII. *Phys. Cur. c. 19. §. 4. p. m. 836. seqq. Stangefol*. L. II. *annal. circul. Westphal. p. m. 16.* Quod si ita fuit, quis *canem* istum Pythonis spiritum habuisse negaverit? Plures vid. apud *Camer. C. I. oper. subcis. c. 24. Th. Magirum in Florileg. p. m. 511. in Bibliotheca enucleat. Schilenii p. 158.* & innumeros alios. Nos unam alteramvè tantùm recitabimus. Princeps Gallicanus habuit *canem* mediocris magnitudinis, Viennâ Austriæ secum abductum in Italiam. Hunc *canem*, cùm die quodam officii causâ, principem convenisset ἀθανάσιος *Kircher*, jubebat herus, hospiti

*Sagacitas canis. canini ingenii & memoriæ stupenda exempla.*

ſpiti ut menſam appararet. Accurrit ilico *canis*, à Domino clavem petiit, & ſtrinxit dentibus, reſerabat occluſum ſcriniolum, depromens mantile, mappulas, orbes, cochlearia & alia, ſternebatq; menſam, & diſtribuebat orbes cum mappulis cultrisq;, & functus præclarè officio, mandata nova accepturus ſe Domino ſiſtebat. Jubetur, exhibitâ prius hoſpiti reverentiâ, ad numeros ſaltare; ſaltat. Objurgabatur ob neſcio quem errorem commiſſum, triſtabatur, & præ triſtitiâ animi deliquium, ac tandem mortem ſimulabat, adeò immotus humo affixus, ut nullis cohortationibus, clamoribus, verberibus dimoveretur. Jubebatur tandem ſurgere, ſurrexit alacriter, & blandiebatur præſentibus qs. plauſum petens, ſicq; finiit ſcenã. *Schott. loc. dict.* Fuit in Ducatu Uratislavienſi (inquit *Excell D. D. Winckler. Sereniſſ. Elector. Brandenb. Conſiliar. & Archiat. Collega Carioſ.* & *Amicus honoratiſſimus, in literis ad me datis*,) nobilis, duorum pagorum Dominus, Pater unius filii, ſed plurium filiarũ. Is pagum unum filio deſtinat, imò jam adulto tradit, alterum filiabus. *Canes* iſte alebat aliquot pro cuſtodia domûs, qui odio plusquàm Vatiniano filium proſequebantur, ut advenientem ferè dilaniarent, ita, ut opus haberet ſervum præmittere, quoties veniebat, ad compeſcendos vel includendos *canes*. Pater morbo periculosò affectus, ſenioq; jam confectus, animum mutat, Teſtamentum conficit, & utrumq; pagum filio legat. Quò facto ipſum, harum rerum planè ignarum, accerſit; ille morbo parentis attonitus, *canum* oblitus, ſtatim advolat. Mirum dictû, *canes* ipſi blandientes accedunt, & ſigna ſubmiſſionis ac gaudii præſtant. Nobilis mutationem hanc miratus, ad ædes paternas feſtinat, Patrem valde debilem & mortivicinum invenit, qui ipſi factum narrabat, quòd ipſe hæres eſſe deberet pagorum, ſororibus verò certa pecuniæ ſumma tradenda ſit. Et ab hoc die *canes* ipſum, ut Domini, agnoſcebant, nec ipſi unquam infeſti fuerunt. Ita *Wincklerus*. Vidit *Borell.* C. III. *obſ. 68. canes* cujusdam nobilis; qui in omnes advenas irruebant, veniente verò è longinqua regione ejus filio, quem nunquam viderant, nec illum *morsû*, nec *latratu* ullô infeſtârunt, *quod*, ut retur, *ſimiles fortè emiſſiones in filio ac patre odoratû reperirent*. Certè ob ejusmodi *atomos* horrent fugiuntq; *canicidarum* ædes. *Sperling. L. V. Inſt. Phyſic. c. 2. qu. 2.* Per diſſita etiam temporum locorumq; ſpatia dominos ſuos agnoſcunt, quale exemplum habet *Homer. Odyſſ.* XVII. de *Argo*, *cane Ulyſſis*, poſt viginti annos adhuc herum ſuum noſcitante. Hæc niſi ſufficiant paradigmata, plura dabit *Val. Max.* L. IX. c. 14. *Stob. ſerm. 54. f. m. 372. Pietr. Meſſia nella ſilva di varia lettione. P. 4. Alex. ab Alexandr.* L. III. *Dier. gen. c. 7. p. 131. Beſold. in hiſt. Reg. Sicil. & Neapol. Gaſſend. in vit. Peireſk.* L. II. p. 64. & L. VI. p. 212. *Laurenberg. Acerr. Philol. C. II. h. 53. Zeiler. ep. 26. p. 76. ſeqq. Eraſm. Francisci* luſtiger Schau-

Bühne erste Versammlung. *Plin.* L. VIII. c. 40. *Ælian.* L. I. c. 4. & L. VI. c. 53. *Jonston. H. N. de quadrup.* L. III. T. 3. 1.

§. 6. Agit equidem diabolus aliquando in hominis præjudicium per *canes* à se ob- vel insessos, & stupenda quædam molitur, certum tamen est, plurima ejusmodi à *canibus* fieri ex certis causis naturalibus. Nam, quod *sagacitatem* concernit, ea in *canibus* major ob *cerebri caliditatem* & *siccitatem*, quæ sensu interiores reddit promtos & vegetos. *Calor* enim facit, ut faciliùs apprehendantur imagines rerum sensibilium; *siccitas*, ut diutius retineantur. Accedit *sanguinis* & *spirituum subtilitas* ac *puritas*, quæ est igens sagacitatis instrumentum. Ne dicam de *familiari* cum hominibus *conversatione*, quæ istam sagacitatem quâdam imitationis specie tùm excitat, tum confirmat; Cùmq;, halitus & odor ex humanis corporibus exhalantes *canis* naturæ inprimis conveniant, fit, ut homini fidelis sit *canis*, si præsertim liberioris pactûs beneficium obtineat. Deniq;, quoniam propter cerebri spirituumq; siccitatem, & ob meatus narium angustiores, (vid. tamen quæ alibi disputabimus *S. l. c. 3. §. 5*, ne erroris accuser,) exquisitissimo olfactû est præditus *canis*, ut vel ex ipsis subjecti odoriferi vestigiis possit odorem percipere, ideò fit, ut & tantò fidelior esse possit, ac simul etiam humana individua ex diversis corporum exspirantibus halitibus à se invicem distinguere. Vid. *Keckermann. Discurs. Philos. disp.* XVIII. *qu. 9. Alsted. Encyclop.* L. VII. *Phys. P.* VI. c. 5. p. 591. *causa hujus rerum physica.*

§. 7. *Vigilantiæ caninæ* specimina passim miraberis collecta. Hinc apud Veteres templorum erant custodes. *Gell.* L. VII. c. 1. *Alex. ab Alex.* L. I. *Dier. genial. p. m. 6. Sagittar. L. de Janius Veterum. c. xxi. p. 132. seqq.* Notus est *Capparus* ille *Atheniensis* apud *Plut. de solert. animal.* Conf. *Lips.* C. I. *epist. ad Belg. 44 p. m. 665.* Tyrannorum quoq; cubicula custodiebant, *Hildebrand. in Comp. Ant. Rom. p. 51.* & Martyrum cadaveribus addebantur, ne auferrerentur ad sepulturam. *Cent. Magdenb.* II. *c. 3. Vol.* I *p. m 17.* Nescio igitur, quô fatô factum fuerit, ut *Romæ* olim in Capitolio *anseribus* cesserint vigilantiâ, & laudabili famæ suæ maculam aspersserint turpissimam. Vid. *Rosin*, L. IV. *A. R. c. 17. p. m. 659. Virg.* L. VIII. *Æneid.* ℣. *655. seqq. Ælian.* L. XII. *de anim. c. 33.* Similem historiam de *Casibli*, munitissimo loco, custodibus somnô captis, ab Arragoniis facili negotio occupato, sed ab *accipitre* adhuc servato, narrat *Camerar.* C. I. *Oper. subcis. c. 80. p. m. 369.* Memorabilis etiam *anserum* vigilantia apud *Nierenberg. Hist. L. X. c. 99.* Ceterùm annuo Romanorum *canum* supplicio istud Turcicum affine est, referente *Aldrov. l. d p. m. 532. ex T. IX. annal. Eccles.* in memoriam illorum *canum*, qui cadaver Mahometis vorârunt, singulis annis superstitiosè peractum. *vigilantiæ caninæ exempla.*

D §. 8. Fide-

*Fidelitatis caninæ exempla.*

§. 8. *Fidelitatem caninam* omnes commendabimus. *Inter quadrupedes* Canis *fidelis*, ait *Micyll. de can. fidel.*

*Nam levisomna* canum *fido sub pectore corda. Lucret. L. V. ℣. 862.* Exempla collegerunt *Plin.* L. VIII. c. 40. *Scalig. Exerc. 206. sect. 6. Ælian. X. c. 41. Schott. Phys. Cur. L.* VIII. c. 19. §. 3. *Wilhelm van den Boosche hist. med.* L. II. c. 29. *Lips. C. I. ad Belg. ep. 44. Cusp. à Reyes Camp. elys. Jucund. qq. 33. & 17. Coel. Rhodigin.* L. XXIII. *A. L. c. 27. Rorar. L. I. de sent. illa: quòd animal. brut. ratione utantur &c. Speidel. Spec. Variar. Jurid. polit. hist. obs. & notab. p. m. 619. Gesner. de quadrup. viv. L. I. p. m. 257. Nierenb.* L. IX. c. 40. *Spondan.* Lib. I. *Camit. sacr. P. IV. c. 5. p. m. 344. Jonston. loc. cit. Bochart. Hieroz. P. I. L. II. 682. seqq. Cardan. L. VI. de Variet. c. 31. Zac. Lusitan. de M. P. H. L. V. h. 12. p. m. 288. Ditmar.* L. I. *Chron. p. 15. Exilium melancholiæ edit. Argentor. 1669. p. m. 238. seqq. Zeiler. in Itin. Gallic. p. m. 579. Cassius* L. VIII. *Hist. Rom. p. m. 621. Camerar. C. I. oper. subcis. c. 24. C. II. c. 94. Vincent. in Specul. Nat.* L. XIX. c. 14. *Alciat. embl. 191. in Comment. Biscial.* L. XVII. *hor. subcis. c. 11. Magir. in Florileg. p. m. 512. seqq. Aldrovand. l. c. p. 492. Coler. Oecon.* L. XII. c. 164. *Alex. ab Alex.* L. III. *p. m. 126. Natal. Com. L. I. de Venatione.* Captâ *Thessalonicâ* à *Balduino*, Flandriæ Comite, iterumq; paulò post à Græcis receptâ, cùm cædes utrinq; variæ & multæ factæ fuissent, canes *Thessalonicenses* nullum omnino cadaver græcum tangebant, qs. amicis & popularibus parcentes: at contrà latinos tantâ rabie vorârunt, ut etiam sepulchris conditos eruerent & lancinarent. *Spondan.* L. II. *Camit. sacr. P. III. c. 4. p. m. 482.* Eques Silesius (scribit mihi *Excell. Winckler.*) è nobili familia *Zedlitziorum* oriundus, redux ab itinere longinquo, in Ducatu Lignicensi, in oppido *Parchwitz*, variolis correptus iis extinguitur. Aluit ille *canem* admodum fidelem, qui funus Domini mortui sequitur ad tumbam usq;, ceremoniis funeralibus peractis cùm corpus defuncti demitteretur, ecce! *canis* in tumbam desilit. Adstantes vi eum expellunt ac retinent. *Canis* ululans & renitens tandem è manibus eorum elapsus, iterum in tumbam desilit, quam jam terrâ replere incipiebant, nec vi se amplius expellere patiebatur. Sic vivus cum hero humatus est. Epitaphium Domino exstructum adhuc in templo cernitur, ubi ipse nobilis & simul *canis* sub pedibus ipsius saxo insculptus est. *Quis famulus amantior Domini? quis comes fidelior? quis custos incorruptior? quis excubitor inveniri potest vigilantior? Columell.* L. VII. c. 12.

*Φιλανθρωπία. πολιτικὰ canina.*

§. 9. Non *fidus* autem tantùm *canis* est, sed etiam *πολιτικὸς καὶ φιλάνθρωπος*, cumprimis heri sui amantissimus. Vid. *Telemach. Homer. Odyss. L.* II. ad concionem euntem cum *canibus*, *Tobiam* peregrinantem *Tob. VI ℣. 1. Evandrum* Virgilian. L. VIII. *Æneid.* Legatum istum Regium apud *Oppianum*, *Masanissam*, Numidiæ Regem, salutem suam custodiâ *canum* vallantem.

tem. *Val. Max. Lib. IX. c. 13. n. 2. Alex. ab Alex. L. VI. dier. genial. p. 317.* *φιλανθρωπίαν caninam* commendat *Lucas* XVI. 21. *Justin.* L. XLIV. c. 4. *Id.* L. I. c. 4. *Ælian.* L. XII. *V. H.* c. 42. quamvis alii cum *Herodot.* in *Clio* fabulam esse putent (de *Cyro* sc. à *cane* nutrito) è nutricis nomine natam, & ab eâdem pastoris uxore, Medorum linguâ, *Spaco* (i. e. *canis*) appellatâ. Pluscula hominum θηριοτρόφων exempla congessit *Camerar. Lib. I. hor. subcis. c. 75.* Jovem aluit *capra*, *Nat. Com. L. VII. Mythol. c. 2.* Habidem *cerva Justin.* L. XLIV. c. 4. Romanorum conditores *lupa*, id. l. cap. & Livius L. I. c. 4. Virgil. L. VIII. *Æneid.* ѵ. 630. (hujusq; rei recentius exempla commemorant *Dilich. P. II. Chron. Hassiac. p. m. 173.* & Autor der Schatz-Kammer übernatürlicher Geschichte *p. m. 613.*) Semiramidem *columba*, Platonem *Val. L. I. c. 6. ext. n. 3.* Hieronem, *Justin.* L. XXIII. c. 4. & Pindarum *Ælian.* L. XII. c. 45. *apes.* Add. *J. Ern. Gerhard. disp. de Cyro c. I. & 7. & Thaumas. Stengelii p. m. 98.* Bellè *Anacharsis epist. 8. Thrasyb. Ecce, ô homo, canis prædarum animo animal beneficiorum memoriam conservat, domumq; benefactorum amat & æquitatem ad mortem usq; custodit: Tu superaris à* cane *beneficiis, cum ratiocinatione hominibus possis æquiparari?* *aliorumque bestiarum.*

§. 10. Ob summam hanc admirandamq; *fidem* & φιλανθρωπίαν *vigilantiam*, aliasq; insignes animi dotes, queîs *canis* excellit, *Æsculapio* nostro sacratus, ut moneremur Medici virtutum, quibus omninò studeamus necesse est. *Fideles* simus ac *vigilantes*, tùm in præsentis sanitatis conservatione, tùm amissæ recuperatione, nec non in custodiendis viribus. Has enim qui conservat, vitam servavit, judiciô *Galen* L. IX. *M. M.* c. 10. venustus & amabilis φιλάνθρωπος. Sed vide tu Cl. *Sebizii T. I. Spec. Med. pract. in limine*, nec non discipuli ejus *M. J. Laur. Engelhardii diss. phil. Med. de Æsculapio, habit.* Argentin. 1669. c. 9. totumq; *Æsculapi* emblema ingeniosè reperies explanatum. *cur canis Æsculapio sacratus?*

§. 11. Demum ad varios usus inservit *canis.* Homini quippe famulantur omnia: ipsi Angeli adorandi hujus animalis existunt Ministri. Imò Deus ob id homo factus est: rectè itaq; dicitur μέτρον ἁπάντων. Firmum Philosophi axioma *I. de part. anim.* 1. *& II. Phys. 8.* ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιεῖ, quod prolixiùs exponit *Velsten. Dec. VI. qq. phil. 7.* Oblectant *canes* & vestiunt, nutriunt & medentur, sanis ac infirmis, domi forisq;, in bello pariter ac pace, æquè civibus ac colonis, fideliter inserviunt, custodiunt fortunas nostras, tuentur domos, villas, caulas. Dic, sodes, quæ terra, quis populus, quod tugurium commodè iis carere potest? Hinc Teutones nostri? Wann ein Armer einen Hund hat / bedarff er keinen Knecht mehr. Priscùm adagium erat: *cane turpissimum carere.* Domus enim, in qua non erat *canis*, contemtui habebatur. Scribit tamen *Lerius in hist. navigat. Brasiliens.* ante *Villagagnonis* expeditionem *Americanos* non vidisse canes. *usus canis generalis.*

Conf. *Faber Lynceus in descript. nov. Hispan. animal. p. m. 477.* Insulam Arabiæ felicis *Sagaron* non intrare dicuntur: expositi enim circa littus subitò exspirant. *Bisciol. L.* XIV. *hor. subcis. c. 16. Plin. L.* VI. *c. 28.* Irritum, imò non foret absq; iis εὕρημα istud θεῶν, ut *Xenophon* vocat venandi libidinem. In Dania quondam pro *cane* venatico sæpè rusticus per ludibrium venibat. *Zwinger, Th. V. H. T. l. p. m. 809.* Imò tanti fecêre *canes* Picti Scotiq;, ut etiam crudelissima ob eos gesserint bella. *Bodin. L.* IV. *de Rep. c. 1. p. m. 613.* Specialem *canis* usum infrà docebimus. Belle *Tullius* L. II. *de nat. Deor. c. f.* Canum *tam fida custodia, tamq; amans Dominorum adulatio, tantumq; odium in exteros, & tam incredibilis ad investigandum narium sagacitas, tantaque alacritas in venando, nil aliud significat, nisi se* ad hominum commoditates *esse generatos.* Nunc ad differentiam.

*Differentia canum. (1) ratione patria. Melitenses.*

§ 12. Differunt autem *canes* variè. (I) *Patriâ. Oppian. L. I. de venat. v. 369. seqq.* septendecim notiones *canum* recenset. *Melitenses*, μελιταῖα κυνίδια, Polster- oder Schooß-Hündlein/ (de quibus latè & benè *Aldrov.* L. III. *de quadrup. c. 2. Gesner. de quadr. vivip. L. I. p. 215. seqq. Porta* L. II. *mag. nat. c. 7. Rappold. enarrat. ad* L. I. *epist. Hor. c. 38. p. 800. seqq. & ad* L. II. *serm. Horat. c. 11. p. 336. Jonston. l. c. p. m. 178.* quorumq; genus defiisse suspicatur *Th. Bartolin. C. I. epist 54. p. m. 225.*) nomen habent ab Insula *Melite*, inter Siciliam & Africam interjectâ. Hi *catelli* inprimis sexûs sequioris deliciæ sunt, non raro tamen Dominis & nutricibus suis gravium malorum fabri.

*Baldus à cane necatus.*

Certè *Baldus*, famosissimus IC. à rabido *canicula* ut ajunt in labro demorsus, cùm Medentes nil mali subesse putarent, vulnusq; brevi ad cicatricem perducerent, miserè extinctus est. *Forest. L. X. observ. 27. Pa-rum* L. II. *oper. c. 14. Mizald. C. V. memor. §. 91.*

*Didac. Osorius. Anglici.*

De *Didaco Osorio*, nobili Hispano, aulicæ puellæ amore, & *catelli melitæ* babautû capto, vid. *Ursin. Acerr. philol. n. 121. Anglici*, Englische Doggen/ ceteros magnitudine & viribus superant, inq; principum aulis magnâ curâ aluntur. Prodigiosam eorum magnitudinem laudârunt prisci, & nos adhuc stupamus exteri. *Dempst. Paralip. ad Rosin. A. R.* L. II. *p. m. 237. A. B. Icon. animal. Gesner. p. m. 25. seqq. Wilh. Cambden. in Britann. p. m. 190. & Joh. Caj.* in doctiss. libello *de canib. Britann.*

*Historia singularis.*

Memorabile est, quod de rustico quodam inter pecora educato scribit *Camerar. C. I. hist. subcis. c. 75.* illum nempe quadrupedem cum *molossis* & generosis *canibus*, quos inter erant ferocissimi, Anglis Doggen dicti, certamen iniisse, eosq; fictô *latratû* & fremitû *caninô* penduloq;, comâ, consternatos è cubiculo exegisse, mordicus interdum comprehensis illis minoribus ex indagatorum genere.

*cur canis fugiat gallinam.*

Utut verò generosus fuerit *canis*, fugit tamen gallinam, si noviter pullos excluserit, fascinô nempè animâ gallinæ *canis* animam ligante, inquit *Helmont de magnet. Vuln. curat.* §. 1.

*Albani. Indici.*

*Albani* robustissimi. *Indici* generosissimi. Vid.

nos

nos infrà. Laudabilem mentionem *Indici* alicujus *canis* facit *Phyle* in *versib. Jambicis* iisq; de *propriet. anim.* comopsitè conscriptis, & cum versione *Bersmanniana Lips. An. 1575. in fol. min. lit. Vogelian. edit. p. 84. Caspii Val. Flacc. L. VI & Boreales* ferocissimi, *Ol. Magn. L. XVII. c. 6. hist. Sept.* De *Finnlandicis* vid. *Zeiler. C. V. epist. p. 158.* De *Lapponicis Mariniers.* Reise nach Norden *c. xxII. p. 33. Hispani* valdè fideles. (II) *Magnitudine.* De magnis *canibus* in *Corsica* vid. *Mich. Heberer. Ægypt. servit. L. I. c. 13. p. 16.* & in Insula *Canaria Plin. L. VIII. c. 32.* Parvos si habere cupis, statim ipsô nativitatis die iis pedunculos & spinam dorsi spiritû vini sæpius inunge, quod *Bononienses* factitant, *T. I. Ephem. nostr. Cur. obs. 79. p. m. 184.* Nobil. & Consultiss. D. *Christ. Adolf. Balduin. IC. Præfectus Electoral. Sax. Hayna, Imperialis Acad. Nat. Curios. & Reg. Societ. Anglic. HERMES, Collega & Amicus pl. colendus*, hoc nuper mecum communicavit experimentum. Ich habe / scribit, wohlgereinigt gepülvertes nitrum genommen / einen nassen Finger drein getunckt / und so viel an dem Finger geblieben / einer tragenden Hündin alle Morgen 3 biß 4. Wochen lang vorher / ehe sie geworffen / auf die Zunge gestrichen / auch also hernach mit den jungen geworffenen Hunden ein halb Jahr lang continuiret / so sind sie gar klein blieben / weil das Nitrum wegen seiner Kälte das Wachsthum verhindert. Addo, quæ *Essling.* habet in *Itin. Italic. p. 13.* In Bologna finden sich gar viele anmutige Frauen-Zimmers-Hündlein / so klein / daß dergleichen in Italien nicht / vielweniger anderer Orten / zu finden. Man giebt ihnen gantz nichts zu trincken / und wird eins um 20 / 30 / biß 40 Reichst. verkaufft. Conf. *Gesner. L. I. de quadrup. p. 238.* (III.) *Formâ* cunctis notâ. Refert *Coler. L. XII. Oeconom. c. 164. p. m. 470. ex Gemm. Fris. L. I. c. 6. de divin. charact.* natum fuisse *canem* capite *accipitris* monstrosum, ex terrore, *canem*, & quidem domesticam, Mexicanam, *gibbosam*, & monstroso quodam corporis habitû, vid. in *rer. Med. nov. Hispan. Thesaur. p. m. 466.* AC. 1269 *Calissa* natus est vitulus cum duobus capitibus *caninis*, & septem pedibus vitulinis. Unum caput in cauda, alterum in fronte obversa sibi invicem spectabantur, ut ambigeres, quò esset incessurus. *Licet. L. I. de monstr. c. 4. Massen. Spec. Imagin. c. xi. §. 18.* Alium vitulum capite *canino* natum *Oeniponti* secuit Amicus noster *Stenonis Act. Med. Hafn. Vol. I. obs. 131.* De monstro humano capite *canino* & latrante, eadem *l. c. obs. 26. Licet. L. II. de monstr. c. 58. 61.* Conf. *Aldrov. L. III. de quadrup. c. I p. m. 527. & Nierenb. L. I. Hist. nat. c. 4.* De *canibus* in *Islandica* sine auribus & cauda natis vid. *Hier. Megiser. in Cosmogr. Tartar. p. 64.* Quidam habent *simos nasos.* Quidam (minores inprimis & albi) dimidiâ ex parte tonsi, leunculorum formam induunt, dicunturq; ideò Löwgen. Inter *venaticos* quidam brevissimas tibias & corpora longissima habent, ut ferarum interiora latibula subeant, Dachs-Hunde:

*Caspii & Boreales. Finnlandici. Lapponici. (II) ratione magnitudinis. parvi caniculi quî formandi? (III) ratione formæ. monstra canina. canes sine cauda, auribus & c.*

Hunde dicuntur. *Cursores* verò longiſſimas & ſicciſſimas tibias, alvum ſtrictam, pectus latiſſimum ad faciliorem reſpirationem, & roſtrum acutiſſimum, ad aeris captionem, caudam ceteris longiorem, ad converſiones
*(IV) Coloris.* in curſu reciproco regendas. (IV.) *Colore.* At hunc quis enarrabit?
*color ex aſpectu.* Multi, ut *equos*, canes, aliaq; pecora variegata reddant, locum coitui deputatum datâ operâ artificiosè prius adornant. Experientia enim conſtat, ſi locum memoratum quispiam cortinis, quæ nigris maculis in candido temere diſperſis tigridis pellem referant, clauſerit, quòd is animalium iſto in loco coeuntium fœturam, vel ad ſolum variegatum objectum, equos, *canes*, & alia pecora, tigridis ſpecie variegata, ſit producturus: præſertim ſi color multùm illis arriſerit, & naturæ eorum reſponderit. Si quidem ſi quis *canes* viridi, aut coeruleô, vel aureô ſepimento incluſerit, non ideo *canes* quoq; virides, cæruleos, aureos produci debere putes, cùm hi colores naturæ ipſorum non conveniant. At ſi totum locum nigris cortinis ſepleris, nigra, ſi albis, alba, ſi ruffis, ruffa, ſi maculatis, maculata produces animalia. *Kirch. de Magnet. L. III. P. VII. p. m.*
*ab aqua.* *732.* Stupenda phantaſiæ vis! Et aquæ diverſitas colorem mutat. Vid. *Sachs. Gammarol. L. I. c. 17. p. m. 394. ſeqq.* & *Garmann. L. I. de Mirac. mort. Tit. 1. §. 23.* De *canum* varietate in novo orbe vid. *Aldrov. in Paralip. hiſt. anim. p. m. 149.* ℞. Atrament. metallic- & ſucc. ſtercor. aſinin. ſevumque caprin. & coq. ſimul. Hôc ſi candidum *canem* 10 dies crebriùs innuxeris, nigreſcet. *Pegapomen. de cur. can. c. 39.* De coloribus pilorum in collo *canis*
*(V) educationes.* irati vid. ſîs *Boyle de color. p. 29.* (V.) *Educatione.* Hæc quantum valeat, bini Lycurgi *canes ap. Plut. de puer. inſtit.* Conf. *Camer. C. II. embl. n. 59.* &
*(VI.) roboris.* *Baſil. embl. 35.* abundè teſtantur. Pulchrè. *Ariſtot. II. Eth. 1.* (VI.) *Robore* *Canis* fœmina currendo cedit mari. Domeſtici ſunt pinguiores, habentque plures pilos, quàm Venatici. Hi enim ſi æquè piloſi ac pingues eſ-
*Epirotici.* ſent, facilè incaleſcerent, ſicq; in curſu deficerent. *Canes epirotici*, à Moloſſa, civitate Epiri, ob ſingulare robur maximè commendantur. *Saxo Grammat. L. VI.* narrat: *Biornonis* inuſitatæ ferocitatis *canem* exſtitiſſe
*Albani.* qui ſœpius bis ſenos ſolus virôs oppreſſerit. De *Albanis* mira narrat *Plin.*
*Indici.* *L. VIII. c. 40.* & *Strabo L. XV.* De *Indicis* (quorum diverſa genera ſiſtit *Nierenberg. L. IX. H. N. c. 36.*) *Curt. L. IX. c. 1.* Conf. *J. Bapt. Port. L. II. Mag. nat. c. 6.* At plura aliquando *tranſcribimus*, quàm *credimus*. Nam nec *affirmare* ſuſtinemus, de quibus dubitamus, nec *ſubducere*, quod accepi-
*Leoninus.* mus. Hæc *boni* & *fidelis* Hiſtorici nota eſt, judiciô *Loccenii in not. Polit. ad h. l. Curt.* *Canis*, cui nomen *Leoninus*, tam ſtrenuè cum Indis pugnavit, ut
*Imperator ferè dilaniatus.* eum magis, quam viginti Hiſpanos, metuerint. *Camer. C. II. oper. ſubciſ. c. 88.* Conf. *M. Paul. Venet. L. II. de Region. Orient. c. 49.* Rex *Hugo* Imperatori Romano duos quondam miſit *canes*, tanti roboris & feritatis, ut

cum

eum protinus dilaniâssent, nî ab aliis detenti fuissent. Fortè quòd Græcorum more Cheristro (seu Theristro) opertum, habitûq; insolito indutum viderint, putantes, esse monstrum. *Luprand. Oper. de Imperat. L. III. p. m. 56.* (VII.) *Animositate.* In senio torpidi fiunt ac somnolenti. Mitiores *canes*, calidô bestiarum cruore assumtô, mordacissimi evadunt. *Sperling. Lib. II. Zool. c. 3. axiom. 2.* (VIII. *Pilis.* Alii habent longos, alii breves, crispulos, albos, nigros &c. In *Islandia* sunt candidissimi pilis densissimis, qs. massæ involutæ lanæ formati. *Ol. Magn. L. XVIII. Hist. sept. c. 6.* Sunt etiam sine pilis, molli tantùm cute fulvisq; maculis aspersâ. *Villosos canes* ajunt ex eo primùm natos, quòd matres in villosis segetibus desederint. *Weinrich. de monstris. c. 17. p. m. 161.* vel quòd jacens *catella* in mollibus arietis velleribus conceperit. *Porta* L. II. *Mag. nat.* c. 19. Robur in esse pilis, *Simsonis* historia probat; *Judic.* XVI. 16. & Cl. *Borrichius, Doctor quondam meus in antiqua & Regiâ Acad. Hafniensi*, singulari illustrat exemplô apud *Bartholin. C. IV. epist. 76 p. m. 452.* Vidit enim virum, qui librarum quadringentarum & amplius incudem ferream villis capillorum occipitii in altum promtè elevabat. (IX.) *Officiô.* Sunt enim *domestici*, qui dies noctesq; ædes custodiunt, ideò vocantur à *Plaut. in Mil. glorios. a. II. S. 2. ℣. 57. custodes*, ut *Hylax* ille Maronianus, *qui in limine latrat. Ed. VIII. ℣. 107.* Apud veteres non solùm *vivus canis* (quem *Plaut. Truc. a. II. s. 4. ℣. 1. mordacem* nominat,) accubare solebat, sed etiam sculpi, vel januæ appingi, cum hac inscriptione: *cave canem!* Hi *canes* dicebantur *ostiarii*, à ICtis *vincti*, græcè *δεσμοί, οἰκουροί*. *Villatici*, qui villas tuentur, Vorwercks-Hunde. Hi vel liberè circumeunt, vel catenâ per diem vincti & noctibus soluti sunt, unde dicuntur *catenarii*. Rectè monet *Varro de R. R. c. 125.* interdiu clusos esse debere, ut noctû acriores & vigilantiores sint. *Villatici* Turcarum *canes* peculiarem herum non habent, atq; licèt ædes non ingrediantur, tegetes tamen semper in area stratas habent, quibus incubent, & juxtà parietes concava quædam saxa, in quæ ossarum reliquiæ, panis & ossa conjiciuntur, queîs vesci possunt. *Bellon. Lib. III. obs. 40. Pecuarii*, qui gregem comitantur & defendunt, Schaaf- oder Vieh-Hunde. Huic muneri seu servitio ab omni ævo præfecti sunt, quod ex Antiquitate longiùs deduxit *Stephan. in not. ad Sax. Grammat.* Requiritur in his maximum robur & alacritas, ut lupos aliasq; feras repellere, persequi & domare queant. Vid. de his aliisq; *Conr. Heresbach. L. III. de R. R. p. m. 589. seqq. Varron. L. II. de R. R. c. 9. & Columell. L. VII. de R. R. c. 12. Armillati* plerunq; sunt. Hinc *Propert. L. IV. eleg. 8.*

- - - - - *armillati, colla molossa* canes.

*Armillatus* est, qui armillas gestat. *Sveton. in Calig. c. 52. & Neron. c. 30. Armillum*, quod & *Armile* Apulejo, aliud est vas vinarium, propriè tamen

(VII) *Animositate.* (VIII) *Pilorum.* *Villosi unde canes villosi?* *Pilis in est robur.* (IX.) *Officio. Domestici.* *Villatici.* *Pecuarii.* *Armillum. collare.*

*collare canum venaticorum* & *pecuariorum* dicitur *millus*, factum ex corio, confixumq; clavis ferreis eminentibus, adversùs impetum luporũ aliorumque animalium. Sed apud *Varron. L. II. de R. R. c. 9.* dicitur *malium*, alii scribunt *melium*. *Passerat. Prælect. in Propert. h: l.* Laudatissimi olim erant *Molossici*, seu *Epirotici*, quos *Virg. L. III. Georg. pingui serô pasci* jubet. Conf. *Gesner. L. I. de Quadrupedib. p. 265.* Culpandus itaq; *Ajax*, quòd inter alia *canes pastorales* captivos abduxerit, & in eos vel mactando, vel dissecando, vel flagris cædendo sœvierit, uti ex *Sophocle in Ajac. flagellif. ✝. 297. seqq.* apparet. Unde *Strepsiades* ad *Socrat.* apud *Aristophan. in Nubib. a. I. S. 3. ✝. 46.* τὸ δὲ μὴ κοινῶν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακοδαίμον' ἔχοντα, i. e. *interprete Frischlino: Siccine miserum me hodie domo* (ex auditorio Philosophor.) *advenire huc sine pelle canina.* *Venatici*, seu *canes ad venandum*, *Ter. in Andria a. I. s. I. Turneb. L. III. Adv. c. 23.* vel *Hyrcani comites*, *Virg. in Cyr. ✝. 308.* Horum alii sunt *Vestigatores*, Stäuber- oder Spür-Hunde / qui præcipuâ sagacitate feræ latebras & vestigia scrutantur ac produnt, de quibus *Ennius L. X. annal.*

*Ajax culpatur.* *Venatici.* *Vestigatores.*

\- - - εἶμι πρὸς ὕλαν,
καὶ παρὰ πεύκας, ἵνα θηροφόνοι
στείβουσι κύνες . - - h. e.
\- - - *quin ipsa sylvas peto*
*pinusq;, uti infesti*
*canes indagine prædam*
*vestigant* - - inquit *Phædra* ap *Eurip. in Hippolyt. a. I. ✝. 187. seq.*

στείβουσι, ait: hinc Germanorum illud stiebern / außstiebern ortum esse puto. Alii *Vertagi*, seu *vertrahi*, rectiùs tamen *fertrahi Turneb. L. XVIII. Adv. c. I.* qui captam feram trahunt ad dominum, de quibus *Martial. L. XIV. ep. 200.* Hujus generis celebrantur ob velocitatem *Laconici*, seu *veloces Spartæ catuli Virg. III. Georg. ✝. 405.* Alii *aquatici*, qui prædam venantur in aquis. Alii alius generis: Dachs-Hüner- Wind-Hunde ꝛc. Qui verò optimi sint inter *Venaticos*, quis color, quæ species, forma, educatio ipsis conveniat, longissimè docent *Oppian L. I. de Venat. p. m. 400. seqq. Boosch. L. II. hist. med. c. 29. p. m. 250. Petr. Angelin. L. V. Cyneget. p. m. 137. seqq. Nat. Comes L. I. de Venation. Gesner. L. I. de quadrup. p. 239. seqq. Nemesian. in Cyneg. ✝. 108. seqq. Heresbach. L. de Venation. Varro L. II. de R. R. c. 9. Wilh. Ursin. Gymnasiarch. Sarapont. Colloq. lect. L. III. p. m. 572. Arrian. in cynegetic. Rivin. tract. de cura can. Heresbach. L. III. de R. R. p. m 591. seqq.* Tanti fecit quidam *Silesiæ* Dux *canes* suos *venaticos*, ut etiam testamentum conditurus domum ædificari jusserit, in qua *canes*, qui utiles fuerunt venationi, ob senectutem & corporis d[illegible] nunc à suis relicti dominis,

*fertrahi.* *aquatici.* *quanti habiti sint Venatici.*

usq; ad dies vitæ alerentur. Et *Dornadilla*, Scotiæ Rex, si quis *venaticorum canum* inter venandum oculum aliudvé membrum casu amisisset, eum publicè ali jubebat. *Zvvinger. Th. V. H. p. m. 3370.* Probè autem dispiciendum, cui generi singulos applicare velis, ut eorum animalium, quæ venationi sunt destinata, sanguinem cum ossis statim post ablactationem subministres; nempè si ad *cervos* & *lepores*, cervinum vel leporinum, si ad *apros* & *vulpes*, aprinum & vulpinum sanguinem dabis: si ad *perdices* cor, intestina & capita earum porriges. Hâc ratione fiet, ut statim horum animalium vestigia insequantur, nec aliis aviculis, aut animalibus obviis, animum applicent, & à recta venatione avertantur. *Wecker. L. VI. de secret. c. 9.* *regula pro Venatoribus*

\- - - - venaticus, *ex quo*
*tempore* cervinam *pellem latravit in aula*,
*militat in Sylvis* - - - - - - *Horat. L. I. epist.*

In *Islandia* & *Ferroensibus* Insulis etiam *ovium* venationi destinatur, sicut ex incolis accepit Multiscius *Bartholinus*, *Præceptor quondam meus Optimus.* Ad nutum imperantis domini balantes in rupibus *oves* apprehendere docti sunt, domumq; referre, quascunq; digito indicaverit. Nec aliâ ratione ad usus suos possent totô annô inter nives errantes perducere incolæ, nisi hâc canum sagacitate. Eôdem modô *oves britannicas* vel ad mactandum prehendi, vel Sanandum capi, nullâ prorsus læsione, jamdudum testatus est *Cajus* in curioso suo de *Canibus britannicis libro p. m. 6.* quem, ceu *lancem Saturam*, in fine dabimus. Dantur etiam *canes militares*, de quibus *Ol. Magn.* L. XVII. c. 7. *Richter. axiom. Oecon. 262. p. m. 448. Beat. Rhenan. L. I. rer. Germ. p. m. 76. Plin.* L. VIII. c. 40. *Nierenberg.* Lib. IX. c. 38. *Camerar.* C. II. *Med. hist.* c. 94. *Bisciol.* L. XVII. *hor. subcis.* c. 11. *Aldrovand.* L. III. *de quadrup. c. 4. p. m. 543. & c. 1. p. m. 533. Gesner. L. I. de quadrup. vivip. p. m. 259. & 216. seqq. & Nos infra Sect. II. Membr. 2. Part. 2. cap. 6.* *ovium Venatio.* *bellicosi.*

\- - - - *qua turba* canum *non segniùs acres*
*exilit ad litmos pugnasq; capessit heriles?*

ait de *Caspius Val. Flaccus L. VI. Argon.* De *sylvestribus canibus* Wesprini in Hungaria evolvi meretur *Zeiler. P. I. Itin. Germ. c. 29. p. m. 577.* De aliis in Palæstina, *Vahu* Arabibus dictis, vocem humanam ejulatû exprimentibus, vid. *Troilo Itin. orient. p. 79.* Apud Tartaros Septentrionales *canes*, asini magnitudine, jugum subeunt & trahas vehunt, cujusmodi boves solent, duobus jugo suppositis. In novi orbis plaga passim sarcinas dominorum suorum velut asini deferunt. Vid *Schott. Phys. Curios.* L. VIII. c. 19. *p. m. 838. M. Paul. Venet. de Region. Orient.* L. III. c. 48. *p. m. 401. Gesner.* *sylvestres.* *alii trahas vehunt &c.*

*ner. L. I. de quadrup. p. m. 215. Zwinger. Th. V. H. T. I. p. m. 405. Joh. Xiphilin. in epit. Dion. p. m. 269. Cardan. var. rer. L. I. c. 4 p. m. 36. Aut. Var. rer. Moscovvit. p. m. 63. &* Nos intrà *Sect. II. Memb. III. c. 3. §. 1. seqq.* (X.) Deniq; differunt *nominibus*. Singuli peculiari gaudent. Jubent Scriptores nomina *canina* aut *monosyllaba*, aut δυσύλλαβα esse, certè brevia & pronunciatû vocatûq; facillima. Talia sunt apud Xenoph. L. de venat. Ψυχὴ, θυμὸς, πόρπαξ, λόχος, φρουρὰ &c. Germanicè Fuchs/ Wolff/ Türck/ Schütz ꝛc. Plura vid. apud *Gesner. L. I. de quadrup. p. m. 199.* Apud *Jov. Pontan.* in poemat. passim *Asterion* est nomen *canis*, ut & *Borgetus*, quem album fuisse *Hercules Stroza*, *Fil.* in epiced. hujus *canis* ṽ. 117. & seqq. probat.

*(X) ratione nominum.*

> *Heu* candòre *nives*, *illumq; anteibat* olorem
> *formosæ meruit quô Juppiter oscula Leda.*

De *Catella* Publii *Issa*, vid. *Martial. L. I. ep. 90.* Mirari autem quis posset, cur *Naso III. Met. f. 2. canibus*, ex natura quidem & proprietatibus eorum ducta, sed trisyllaba, etiam tetrasyllaba indiderit nomina, e. g. *Ichnobates, Melampus, Pamphagus, Neprobtonus* &c. cùm apud *Xenophont.* nullum duabus Syllabis longius reperiatur, qui tamen plura, quàm *Ovid.* recenset. (XI.) Tandem differunt *sexû*. Est enim mas & fœmina. Has Persæ valde honorant, teste *Schickardo in Tarich. p. 46.* Quidam generantur ex *cane* & *lupo*, (Lycicæ) ex *cane* & *vulpe*, de quibus *Xenoph. L. de venat.* & *Porta L. II. Mag. nat. c. 6.* dicti Alopecidæ, ex *cane* & *leana*, aliisq; bestiis. Inde truculentiores fœtus, quod è veteribus ostendit *Majol. l. a. p. 227.* Alex. Macedo canem habuit *ex tigride* & *cane* natum, ab Albanorum Rege sibi donatum, tantæ ferocitatis & roboris, ut ursos & apros in prœlio contemneret *Plin.* Lib. VIII. cap. 50. Conf. *Camerar.* C. II. *embl. 7.* Plura dabunt *Aldrov.* Lib. III. *de quadrup. Gesner. de quadrup. vivip.* Lib. I. *Zvvinger, Vol.* XXIII. *Th. V. H.* L. II. *p. m. 3985. a. b. Nierenb.* L. IX. *H. N. c. 36. & seqq.* &, quos supra laudavi, *Oppian. Rivin.* aliique κυνόγραφοι. Adde sis elegantissimum κυνολόγιον *Jacobi Micylli*, ligatis verbis scriptum, atque *Casp. Dornavio in Amphitheatr. scient. Socrat. Joco-Ser. T. I. p. 506. seqq.* studiosè annotatum, & aureolum *J. Cay libell*; ad quem Te ablego, ideò nolui prolixior hîc esse, siquidem is grandi me fasce levabit.

*(XI) ratione sexûs.*



CAPUT.

# CAPUT III.

## Specialiorem canis descriptionem exhibet.

§. 1.

Quantum *canis* in Anatome ab homine differat, latiùs dicit *Severin. Zool. P. IV. p. m. 385*, nec nesciunt istud cuncti sublimioris Medicinæ alumni. *Oculus* enim Artis nostræ *Anatome*. Nos hîc, quæ vel aliorum, vel nostrâ industriâ singulariter observavimus in primariis partibus, ultrò communicabimus. Juvat verò à *capite* ordiri. *Caput* & *cerebrum canis* benè temperatum esse, docile ejus *ingenium* & tenax *memoria* abunde testantur. Dedimus suprà exempla asteriscô digna c. 2. *Vermiculum* teretem & oblongum in *cerebro canis* Rostochii olim vidit *Zephyrus* noster. Et nos, factâ inflatione in Ventriculum *cerebri* quartum, *glandulam pinealem* motitari vidimus. *Canem tricipitem* nobis sistit *Borell. C. II. obs. 83.* Quid verò de Poetarum *tricipite Cerbero? Cerberus* qs. κρεάφορος carnivorus, quem *Eurip.* vocat θῆρα τρικάρηνον, in spelunca quadam ante fores Plutonis recumbit, omnibus ingressuris humanissimè blanditur, at neminem patitur exire, Vid. *Jac. Cruquii Enarrat. ad Hor. L. I, od. 4. ṽ. 7.* Sed cunctos. *horrendis latratibus terret, VI. Æneid. ṽ. 417.*

*Canis & hominis differentia.* *caput & cerebrum.* *Vermis in cerebro.* *motio glandula pinealis* *canis triceps* *cerberus.*

> . - - - *servans pervigil atra*
> *limina. Jan. Secund.* L. III. *eleg. 1. ṽ. 7. seqq.*

Hinc passim ejus tituli: *tartareus custos. VI. Æneid. ṽ. 395. janitor æternum latrans, ibid. ṽ. 400. immanis janitor aulæ. Hor. III. C. XI. Forma* corporis *canis* fingitur similis, sed.

> *anguibus hinc atq; hinc horrent cui colla reflexis,*
> *sanguineiq; micant ardorem luminis orbes. in Culic. ṽ. 219. seqq.*

Monstrat effigiem ejus tyronibus *Taubmann. Comm. in Culic. p. 89.* Add. sîs *Suidam in voce* Κέρβερος. *lit. K. 5. fac. 1. col. B.* ejusq; bonum interpretem *Wolff. col. 494.* Vulgò *tria* ipsi affingunt capita, hinc *Maroni* est *trifaux, VI. Æneid. ṽ. 417. tria guttura habens, ibid. ṽ. 421.* cui *tria sunt latrantia colla: Prop.* L. III. *el. 18. Hesiod.* autem in *Theogonia* πεντηκοντακέφαλος, *quinquaginta* habens capita. *Horatio bellua centiceps. Tibull.* L. III. ait: quæ *anguineâ vinctâ catenâ.* Ceterùm si *physicè* explanes fabulam, *genesin rerum naturalium* mihi dabis facilè. Etenim *Cerberus Echidnæ* & *Typhonis* Fil. *Typho* ardens, *Echidna* frigidissimùm animal, quod *viperam* significat. Harum qualitatum mistura est ortus omnium rerum. Hinc fit, ut animalibus è cœlo ad inferos descendentibus, renascentibus, *Cerberus* blandiatur, at

*capita ejus.* *explicatio fabulæ physica.*

*moralis expositio.* contrà nitentes, i. e. morituras, deterreat animas. *Moraliter* si exponas, dixeris: *Cerberum* esse idéam *avaritiæ*. Advenientibus opibus blanditur, semperq; ingeminat *affer, affer! Prov.* XXX. 15. At si roges, ut det, nunquam dabit, quin ipsi *pridem tonsor ungues demserat, collegit omnia, abstulit præsegmina. Plaut. Aulul. a.* 11, *S.* IV. *ṽ.* 43. *seqq.* Πολυκέφαλος est, i. e. Apostolo interprete, ῥίζα πάντων τῶν κακῶν. 1. Tim. VI. 10. In spelunca habitat: stultissimus hominum avarus; verbo; ἄφρων. Luc. XII. 20. *Hercules* demum extraxit Cerberum, intellige singularem animi magnitudinem. *Bocch. Symb. quæst.* 9. *Canem* sine *capite, ore*, vel quoquam illi *analogo*, natum notat *Regner. de Graaf L. de organ. mul. gener. inf. c.* 15. *p.* 289. Feci olim experimentum in *cane* lactante circa spinalem medullam, scrutaturus, num *membrana* aut ipsa *medulla* magis sentiret? dum *membranam* secarem, *cane* jam ferè mortuâ, nullum amplius motum membrorum notavi, tactâ autem, seu divisâ scalpellô *medullâ*, motum in crure sensi manifestum.

*canis ἀκέφαλος. obs. an item*

*calvaria.* 2. §. *Calvariam canis* suturis esse distinctam, contrà *Arist.* docet *Vesal. L. I. c.* 5. & *Lynceus* ille *Faber in exposit. animal. nov. Hisp. Nardi Anton. Rechi p. m.* 476. Et ita omninò est. In *calvaria* etiam ejus, secus quàm in hominis, latum tenueq; os admodum spectatur ab occipitis osse pronatum, ac totum superiori cerebelli sedi non secus instratum, quam duræ cerebri membranæ processum in hominibus cerebello obductum cernimus. *Id L. I. c.* 6. De *canibus cornutis* vid. sîs *Logograph. mea c. III. Sect. I.* §. 2. & *Jonston. L. I. de quadrup. p.* 85, *a.*

*canes cornuti.*

*oculi canis. an catuli canum cæci.* §. 3. *Oculi canis* innatâ radiant luce. *Catulos* novem dies cæcos, plebis fides est. Læderentur omninò tenelli *catellorum* oculi, vel ab aere ambiente, vel à luce majori, nisi prudentissima Natura, hoc malum ocyus declinatura, tenuissimâ cuticulâ eos obtegeret. Quid verò hanc solertiam Naturæ vocamus *cæcitatem?* cæcitas est privatio, num ab hac ad habitum datur regressus? frustrà igitur quæritur: an cæci *canum catuli* monstra? Verè *Sperling. L. I. Inst. Phys. c.* 9. *qu.* 8. *p. m.* 271. In *oculorum fabrica tam sapiens Naturæ varietas, & tam varia ejusdem Sapientia est, ut ignavos etiam & rudes ad sui rapiat contemplationem.* Aquila *perfectis nascitur oculis, canis* imperfectis, *sed tamen* perficiendis. Quæ aliàs *Autor Collegii anat. Amstel. privat. P. I. p. m.* 30. *seqq.* in *canibus* notavit, nos etiam non semel vidimus, ut tædeat repetere. Ceterùm quo liberaliùs aluntur lacte, eò seriùs oculos aperire dicuntur. Optimus habetur, qui postremò lucem aspicit, (quod communiter septimo die fieri solet, rarò ultrà vigessimum,) aut quem primùm fert in cubile mater, si vulgo credimus. *Jonston. Cl. VII. Thaum. nat. c.* XI. *p.* 304. At fabulæ & plebis somnia adeò passim invaluerunt, ut etiam doctos fascinaverint Viros. Scilicet *nulla res efficacius regit*

*fabula plebis.*

*multi-*

*multitudinem, quàm superstitio*, *Curt*. L. IV. c. 10. & Philosophi etiam *fabularum* quodammodo *amatores* sunt. *Arist*. L. I. *Met. c*. 2. Ni molestum fuerit, adi *Sachs. nostrum in Gammar*. Lib. I. c. 2. *Kirchmayeri dissert. Zool. Deusing. diss. select. Vogt. Curiosit. Delicias phys*. & Physical. Zeitvertreiber / *Schott. Phys. cur. Sperling Zoolog. Eph. Cur. Germ*. T. II, *obs*. 57. & videbis plurimas scholarum fabellas, *Physicæ* adspersas, magnô zelô damnatas.

§. 4. *Nares* habet *canis* insigni odorandi facultate præditas. *Vis* enim *canum odora*. L. IV. *Æneid*. ỷ. 132. Hinc vetustissimus Poeta *Liv. Andron*. eos vocat *odorisequos*: anserem tamen eum præcellere, putant alii. Posteriora & excrementa sociorum odorantur, quia qualitates corporis odore cognoscunt. Nec tantùm Dominorum suorum, sed quoq; lupi, apri, aliorumque brutorum, vestigia à se invicem discernunt. Turcas à Christianis odore cognoscebant in Insula *Rhodo*: hinc illos latratû terrebant, & proscindebant mordicus, his verò abblandiebantur. *Sabellic. Dec*. III. L. 19. *Schott. Phys. Cur*. L. VIII. c. 19. p. m. 839. Graminis odore valde delectantur. Falluntur sc. & putant, esse gramen alimentarium, ideo abstinere nequeunt à gramine odorifero, etsi ipsis postea noceat. *Keckermann. Syst. phys*. L. II. c. 24. In floridis & odoriferis pratis impediuntur à venatione. Diversissimæ enim exhalationes turbant olfactum; contrarium tamen asserit *Chrys. Orat. 20*. Scribens: *canem bene institutum non impediri ab investigandis feris, etiamsi* multi odores *ex fructibus* & *floribus misceantur*. Flantibus *Zephyris* frequenter etiam à feris aberrant, propterea quòd hi venti suâ tùm humiditate, tùm etiam continuô, & terris admodum vicinô, flatû aerem densant & confundunt, ut *ferarum odorem*, quô penè *solò* ad insequendum ducuntur *canes*, nec satis idoneè in se recipiant, nec etiam diu interdum servent. *Keckerm. Curs. phil. disp*. 7. *coroll*. 8. Quidam *perdices* & *coturnices* eminus odorantur, nec desinunt, donec capta fuerit præda. Ad longiùs remota cadavera accurrunt, & ululatû sæpè funera præsagiunt, quia cadaverosorum ægrorum odorem naribus percipiunt, & desiderio illius tenentur. *Bartol*. C. III. *ep. 58. p. m*. 231. Victis à Polonis Germanis, non procul *Uratislaviâ*, *canes* catervatim confluxêre cadavera voraturi; inde locus iste dictus est Hunds-Feld. *Spir. Chron. Lehmann. L. V. c*. 42. *p. m*. 480. De *vulturibus* refert *Albert. c*. 25. quòd, post bellum Trojanum, ad spatium leucarum 500 senserint odorem ex cadaveribus occisorum. *Æthiopes Antillarum* tam subtili odoratu præditi sunt, ut etiam *Æthiopis* alicujus & *Galli* vestigia discernere queant, dum saltem olfaciunt locum viæ, ubi incesserunt. *Ephem. Erud. Cl. Nitsch. vers*. T. III. *p. m*. 105. Ceterùm *canis nares*, ut etiam ovis & bovis, semper madent.

*Nares.* *olfactus.* *à quibus turbetur.* Hunds-Feld. *Vulturum olfact.* *Æthiopum.*

Causa in novo nasi vase à felicissimo *Stenonio* detecto quærenda est. De mira *narium* sagacitate *Borrich. Vol. 4. Act. Med. Haf. obs. 49.*

*causa olfactus canis varia.* §. 5. Unde autem tàm excellens *cani olfactus? Sebitz.* L. III. *de facult. alim. p. m. 625. processibus mammillaribus* imputat (quos organa olfactus credit,) & *cerebri canis valdè sicco. Sperling. ait.* L. III. *Zool. c. 19. qu. 4.* quia *nervus odoratûs major est in cane*, quàm in bove, aut alio bruto. Ast non *mammillares processus*, sed ipsam *membranam*, *naribus obductam*, verum esse odoratûs instrumentum, *Rolfinc.* & *Schneider.* dudum probârunt: ille L. IV. *dissert. anat. c. 30.* hic *L. de osse cribriformi*, ubi cumprimis *p. m. 304. seqq.* varia, *odoratum* & *naturam canum* spectantia, illustrat. Novum *odoratus* systema dedit nobis *Casp. Bartolin. Junior. T. V. Act. Med. Hafn. obs. 16.* quod sanè curiosissimâ speculatione dignum. Add. *Boneti L. I. Med. Septentr. Sect.* XXIII *c. 6. p. m. 276. B.* Hæc *membrana* à re odorabili, mediante aëre, *substantiam* quandam *corpoream*, tenuem, & aëream recipit, constituitq; olfactum. Putant quidam, nudam odoris speciem à re odorata, sed planè spiritualiter, ceu imaginem à re visibili, emissam ad organum olfactûs deferri & recipi. At omninò *aliquid reale* esse oportet, quod odoratum movet, neque tamen materialis qualitas, quæ cum corpusculis suis nullibi certò cohæret, sed inordinatè aëris motû movetur. Sunt, qui *atomos* explodunt, at frustrà.

*Vera olfactûs causa.* §. 6. In omnibus *canibus*, quos cum Curioso *Zephyro* secui, semper *nervos* ad finem nasi ferè extensos, item *membranam* nares internas & externas vestientem moderatè siccam annotavi. Hinc perfectionis *odoratûs* causam *canum organo olfactûs* ascribimus, quod istud sc. pluribus fibris nervosis, iisdemque delicatioribus & ad odores recipiendos exactiùs dispositis, exuberet. Inest enim *canibus* olfactûs organon siccius, quippe pituita non in illis viâ ordinariâ defluit, sed per quosdam meatus, quos in extremitatibus nasi distinctè cernis. *alia.* Vel *canes* quoque *olfactû* homines vincunt, quoniam non ita crassis ciborum vaporibus replentur, sicuti homines, qui, fumis ex stomacho & varia esculentorum mixtura emissis, obstant, ne tenuiores corporum particulæ, quæ odorem efficiunt, recipiantur. Unde ipsimet *canes*, si multùm in culinis versentur, aut pastû largiori saginentur, sagacitatem suam amittunt, & *olfactûs* deterioris evadunt, quàm si in suis latibulis recludantur, & eis duntaxat cibus, venaturis idoneus, subministretur. Imò si homines solis fructibus aut radicibus victitarent, haud dubium est, quin ceteros, qui lautioribus cibis epularentur, olfactu essent superaturi, sicuti de quodam *Joanne Leodiensi* refert Nob. Vir *Kenelmus, Eques Digbæus*, *in* *pulchra historia.*

*tract-*

*tract. de corpor. c.27.* qui timore in sylvam, ob appropinquantes milites, adactus, multis annis illîc vitam transegit, *sylvestribus pomis, glandibus* & *radicibus* vescens. Post verò agrestium insidiis captus, ubi verba proferre didicit, narravit, se *odoratû*, quamdiu inter feras degit, *cibos exploràsse*, ipsum *insequentes Venatores* percepisse, eorumq; insidias non raro elusisse. Quô exemplô notum fit, narium sagacitatem generosorum ciborum vaporibus corrumpi, & nonnihil homines etiam olfactû *canibus* & ceteris animalibus cedere, quia cibis lautioribus pascuntur, & nares crassis opsoniorum vaporibus infarciunt.

§. 7. *Os canis* habet rescissum. Senescentibus vox evadit gravior. Mutatur etiam aliquando in exsectis & jam Venere utentibus. Scilicet in exsectis non est ille caloris vehemens motus, qui partes vocales dilatat, vocemque graviorem reddit. Mos erat olim *novis nuptis*, post primæ noctis concubitum, illudere *dimensione colli*: Si enim collum eandem haberet crassitiem, quam habebat ante concubitum, credebantur intactæ. Sin: jam Venerem expertæ. Cur verò? scilicet in illa caloris & spirituum lucta, imò in illa totius corporis concussione, necesse est inprimis laborare partes respirationi inservientes. Inter illas cùm sit *collum*, factum quippe propter pulmones, mirum non est, canes ipsius in nisu illo fieri tumidiores. Vid. *Casp. Hofmann. Lib. I. de Gener. Hom. cap. 26.* *Os.* *dimensio Veterum colli.*

§. 8. κυνάγχην seu συνάγχην (nos enim autoritate *Galen. III. prognost. t. 18.* nullam de vocibus heîc movebimus rixam,) in *fœta cane* à lymphæ defectu notavimus. In jugulo & collo potissimùm sita sunt *lymphatica* vasa, ut pro humectanda aspera arteria, quia cartilagines ab assidua aëris reciprocatione facilè exsiccantur, unctuoso humori, quô ejus tunicæ perfunduntur, materiam suggerant, & partes vicinas ad motum reddant aptiores. Hôc autem liquore exhaustô vox fit clangosa, & spiritus non sine summa difficultate trahitur, quamvis in thorace vel pulmonibus nullum existat vitium. *κυνάγχη.*

§. 9. De *spasmo cynico* passim agunt Practici, quos vide. A sudore faciei retropulso eundem affectum observavit *D. Sim. Paulli in suo de Regio equo Judicio med. p. m. 21. Ululatus canum nocturnus* valdè obominabilis & molestus, ideò *à Virg. I. Geog. ℣. 470.* dicuntur *obsceni*, mali ominis. *Obscenitas* enim ominis proprium est, nempè quia *obscena* omnia & *fœda* antiquis visa tristia & infausta, ut contra *pura purgataq;* læta & felicia. Quid sentiendum de hoc *ferali ululatu*, docet *Th. Barthol. L. III. de luc. anim. c. 9.* In quibusdam Germaniæ locis pro infausto habetur omine, non secus ac *prægnans canis obviam fortè facta. Vid. Rosin.* L. III. *A. R. c. 9. p. m.* *spasmus cynicus.* *ululatus canum.*

c. 9. p. m. 454. B. *Alex. ab Alex.* L. V. c. 13. *Zvvinger. Th. Vit. hum.* T. II. *p. m. 1365*. At cur *atri canis ingressus* aut *transcursus*, priscis adeo invisus? Vid. *Terent. Phorm. a. IV. s. 4.* Genus augurii *domesticum* erat, cùm vel *serpens* vel *mustela* visa erat, vel *gallina* cecinerat, aut *canis ater ingressus* erat ædes. Hujus auspicii inventor fuit *Telegonus. Turneb.* Lib. IX. *Adversf. c. 21.* Res *atræ* verò apud paganos omnes habebantur pro infaustis. Vir L. IX. *an.* ✠. *719. X. æneid.* ✠. *77. Hor. IV. Od. 11.* L. III. *æneid.* ✠. *64. atri lapilli*, idq; more gentis *Thraciæ*, quæ calculorum colore dies *felices* ab *infelicibus* distinguere solebat. *Plin.* VII. 40. *Ovid.* L. XV. *Met. f. 1.* ✠. *41. Hildebrand. de natalit. Veter. p. 28.* Læta contrà & auspicata dicebantur *alba*, *candida*, *nivea*. Vid. *Ovid.* L. V. *Trist. eleg. 5.* ✠. *13. Tibull.* L. I. *eleg. 8.* ✠. *63.* Sic Veteres solebant sedere vel accumbere, cùm in plerisque solennioribus aliis, tùm vel maximè *natalitiis* conviviis, *albas lacernas prætextamq; induti*, quas vestes *Prytanicas* vocabant. *Stuck. L. I. Antiq. conviv. c. 16.* Hunc ritum disertè notant *Horat. II. Sat. 2.* ✠. *15. Ovid. L. III. Trist. eleg. 13.* ✠. *13. & L. V. eleg. 5.* ✠. *7. Pers. Sat. I.* ✠. *25. Æl. Lamprid. in vit. Imp. Alex. Sever.* Nimirum lautissimus quisque erat *albatus*, præsertim diebus festis, rebusque lætis, & tales etiam convivia inibant, vid. *Turneb.* L. XXI. *Adversf. cap. 3. prudent. L. I. adv. Symmach.* ✠. *546. Lambin. Comm. in Hor. II. Sat. 2. p. m. 83. J. Durant. Cassell. L. II. Var. c. 20. Barth. L. XLI. Adversf. c. 3. p. m. 1830. togis sc. recentibus & nondum obsoletis*, quas *Senec. epist. 93. mundas*, & *L. de tranquillit. anim. c. 1. ex arcula prolatas* dicit. Hinc *Tullii* in *Vatinianum* verborum fulmina, quòd *atratus* in convivio cœnatus fuerat: Sic DIs superis *alba*, inferis *atra sacrificia* offerebantur. *Demster. ad c. 9. A. R. Rosin. p. m. 610.* Qui Magistratum aliquem petebant, *candidam* gestabant *togam*, & *cretâ conspersam*, ut *candesceret* & *splenderet. Lips. L. I. Elect. c. 13.* Hinc adhuc *Candidati* nostri. Vid. *Macrob. I. Saturn. c. 16. Isidor. L. XIX. c. 24. Sigon. L. II. de Judic. c. 30. & L. III. c. 19. Lips. l. c. Freig. in not. ad Colloq. Lud. Viv. p. 156.* Triumfatores *albis* vehebantur *equis*, *Onufr. Panvin. de triumf. Tibull. L. I eleg. 7. J. Christfrid Sagittar. disp. de triumf. Romanor. habit. Jen 1649. th. 41. 42. Claudian. de 6. Hon. Conf.* & currum *Jovi* sacratum *albentes* trahebant *equi. Curt. L. III. c. 3.* Ipse *Salvator* noster *niveo* vehitur *equo*, καὶ τὰ στρατεύματα ἐν τῷ οὐρανῷ. *Apoc. XIX. 11, 14. Angelus* resurrectionem Christi annuncians habebat ἔνδυμα λευκὸν ὡσεὶ χιών. *Matth. XXVII. 3.* (*realem* tamen *albedinem nivis* non concedit *Vogt. diatr. de nive*,) στολὴν λευκὴν *Marc. XVI. 5.* Apud *Flaccum I. Od. 35. rara fides* albo *velata est panno*, & à *Marone L. I. æneid.* ✠. *296.* dicitur *cana. Albus canis* apud *Gyrald. in Synt. hist. Deor. I. p. m. 28.* est *fides* symbolum. Add. *Val. Maxim. Lib. 1. cap. 1. num. 15. Candida*

*cur atri canis ingressus malus?*

*atra infausta,*

*alba auspicata,*

*probatur exemplis.*

*dida vestis* apud Veteres *regia* pariter ac *sacerdotalis* erat. Quis igitur mysterium factum à Providentia divina non agnoscat, quòd *Christus*, verus *Rex & Sacerdos*, à suis irrisoribus *candidâ* amictus fuerit *veste? Marc. XXIII. 11.* Vid. *Casaub. exercit. XVI. ad Baron. Annal.* Gentiles ad Christum conversi, Dominica *Quasimodogeniti* in Ecclesia per Baptismum recepti, & dicti *qs. modo geniti, i. e.* ut *Petrus* ait *I. epist. II. 2.* ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη, *per integrum octiduum albis incedebant vestimentis*, quia *purgati* erant à peccatis, *Eph. V. 20.* & ut admonerentur, se inposterum in *novitate vitæ ambulare* debere, *Rom. VI. 4.* & sollicitos esse de *reparanda ac retinenda veste innocentia & stolis albis. Apoc. VI. 11.* Eja! suspirabimus etiam, ut fiamus *Candidati æternitatis, verbô Tertull. L. II. adv. Marcion.* i. e. cogitabimus τὰ ἄνω. Coloss. III. 1. Pluscula de *albo colore* studiosè collegit *D. Henric. Müller. in Jesu patiente n. 30. ac Phosphorus Curiosor. Gammarol. L. I. c. XVI. §. 15.* & ex eo *Vogtius disp. de nive S. II. c. 2. ist. 2. §. 2.* Sed redibimus ad *ululatum.* Quænam genuina istius causa? respondet *Franz. Hist. anim. P. I. c. 21. p. m. 224.* quòd *terreantur à Luna & spectris nocturnis. Lunam* timere, vetus dictitat adagium: *canis Hecatæ etiam terretur.* Sed & nocte *illuni*, iisq; in locis, ubi ne suspicari posses *spectra*, ululant. Rectiùs dixero: *frigus nocturnum*, frequentius tamen *lapillos, & vermes renales* causas esse. E cognatis D. D. *Reiselii* (uti nuper mihi scripsit *Wormatiâ*) aliquis nutrivit *canem*, qui subito doloribus infestatus *ejulatû continuô* dies aliquot consumsit, finitisque cum vitâ doloribus *lapillos in renibus* reliquit aliquot, quos instar *bezoardici* lapidis æstimavit *D. Kieferus, Pract. Argentorat.* celeberrimus. Et novissimè idem confirmavit *Cl. D. Scheffer. Med. Francf. Curiosor. Perseus II. Amicus integerrimus.* Conf. *analect. ad Eph. Cur. Germ. ann. IV. & V. pag. 304.*

*candida vestis regia & sacerdotalis*

*qs modo genitus.*

*causa ululatus canini.*

§. 10. *Dentes canum* sunt partim *acuti*, partim *lati*, in toto rictu seu ore 40. Putant alii, *canibus* non excidere *dentem*, alii *caninos* saltem mutari rentur. At ego & *caninos* & alios ipsis defuisse novi. *Dentes oculares* in homine, (quorum quatuor, in qualibet maxilla duo,) κυνόδοντες; gemini supernè in dextra parte *Agrippinæ, Neronis* matri, fortunæ blandimenta spondebant, *Zwinger. Th. V. H. T. II. p. 1431.* Malè autem *Plin.* hos *dentes caninos* non renasci putat. Vid. tu *Leonsden. de animal. & metall. p. m. 154.* Mirum vero, quòd *canes* ossibus vescentes firmos servent *dentes.* Num quia dulcibus nimisq; calidis abstinent? etenim juxta V. V.

*Dentes.*

*canini gemini.*

*an renascantur?*

*Pultes ferventes faciunt corrumpere* dentes.

Cumque pascantur *ossibus*, maxilla inferior validissimè ad superiorem trahi debet. Hoc autem præstant musculi, qui in inferiorem implantantur. Sunt enim musculi *canis* amplissimi. *Canis* quippe animal est mordax, & mordendo se defendit, aliaq; animalia invadit.

*maxillæ Canis.*



§. 11. Re-

*canes fine collo.* §. 11. Refert *Joh. Euseb. Nierenb. L. VII. c. 4.* in America *canes* fine *collo* esse. Apud Indos occidentales in Provincia *portûs Veteris*, homines *homines fine capite.* *cervice* carere, autor est *Cardan. L. VIII. Var. rer. c. 43. p. m. 415.* De fœmina fine *capite* monstrosam historiã ex *Laur. Beierling. Th. V. H.* recitat *Masenius in spec. Imag. occult. Verit. c. 10. & 3. p. m. 113.* Ceterùm verum est, homines vixisse fine *hepate*, *liene*, *renibus*, *pene*, *lingua*, *pulmonibus*, imô fine *cerebro*, *capite* & *corde*, qoud *Contin. V I. fat. Med. Excell. D. D. Francus* solidè *cur canis in orbem urvat?* probavit. *Canes gibbosos* describit *Nierenb. L. VII. c. 6.* Antequam cubant, in orbem currere solent, Sunt, qui hujus rei causam quærunt in *venula dorsi*, quæ non ita facilè, nec fine dolore, fle cti potest,

*Cor.* §. 12. *Cor canis* satis *magnum*, ipse tamen non timidus semper. Corruit itaq; *Arist.* dogma putantis; animalia *parvi cordis* esse audaciora, qua de controversia latè *J. B. Sylvat. controv. 2 p. m. 17. seqq.* Rectiùs *Cephalus* noster *in Elaphogr. S. I. c. 2. p. m. 43. Sperling. Inst. Phys.* L. VIII. c. 7. *qu. 1. p. m. 1278.* & CL. *Bartholin. C. IV. h. 6. & C. II. h. 6.* quos vide.

*cor canis pilosum.* §. 13. *Cor canis* Alexandri *pilosum* vid. apud *Zwinger. Th. V. T. I. p. m. 295.* Idem de *Aristomene Val. Max.* L. I. c. 8. *ext. n. 15. Plin.* L. XI. cap. 37. *Ludov. Casanova in Hieroglyph. & Med. embl. p. m. 67. Cæl. Rhodig.* L. IV. c. 16. *Muret.* L. XII. *V. L.* c. 10. *Beniven. de abdit.* c. 83. *Amat.* C. *VI.* cap. 65. & *Sachs. Gammarol. L. II. Sect. 2. c. 7. p. m. 777.* referunt.

§ 14. In *cane venatico* vidi cum *Zephyro* nostro & *Autore Colleg. nat. qui valvula cordis claudantur?* *privat. Amstel. P. I. p. m. 23.* quô pactô *valvulæ cordis* claudantur. Si enim abscissâ *auriculâ dextra* inflatio fiat cordis per arteriam pulmonalem, statim nempe clauduntur mirabili figurâ; si verò abscissâ *auriculâ finistrâ* inflatio fiat per arteriam aortam, valvulæ venæ pulmonalis ita attolluntur, ut una fit suprà aliam, non uti in ventriculo dextro, ubi eâdem altitudine ad clausuram istam efficiendam coëunt.

*Victima fine corde respirant & clamant, & canis quoq;.* §. 15. Victimam sæpius, *corde ereptô araq; impositô*, respirâsse ac clamâsse, confirmat *Galen. L. II. de placit. Hipp. & Plat. c. 4.* Addit *Caspar. à Reyes Camp. Elys. jucund. qq. 32. n. 4.* ex *Columb. anatom. L. X IV. c. fin.* si *cani cor* subtiliter extrahatur, vulnusq; probè consuatur & ligetur, illum tandem vinculis solutum *latrare* & *currere*. Conf. *Laurent. anatom. L. I. qu. 7. Zach. L. IV. t. 2. q. 2. num. 22. Ephem. Cur. Germ. ann. VI I I. obs 10. & Bonet. Med. Septentr. L. II. S. XIX. c. 18.* Cùm *Henric. ab Heers in obs. med. rar. X I. p. m. 136. Monspelii* commoraretur, quidam Medicin. Candid. arteriarum motui curiosè noscendo addictus, *cani vivo* thoracem aperuit, Motûq; diu spectatô, rasorio decussatim *cordis conum* fidit ad duorum & amplius digitorum altitudinem, deinde *canem* scalæ alligatum vinculis expedivit,

qui

qui solutus cum *insano latratu* adherilem domum recurrit, tanquam nihil passus. *Catulos* etiam, *corculis ereptis*, membra movere & sonô *vagitum* quodammodo referre ad quadrantem horæ, asserunt *Curios. Germ. in Miscell. ann. III. obs. 263*. *Ranam* post ablatum *cor*, factâ ad jugulum, ubi est, apertione, integram adhuc horam vixisse & in aquis discursâsse, *Bartholin. C. IV. epist. 92. p. 521*. experientiâ *Boyles* testatur. *Conf. autor observ. select. Colleg. privat. Amstelod. p. 30*. Latro Hafnienſis *corde evulsô* adhuc caput motitavit, *corq;* rejectum attentiùs aspexit. *Barthol. C. III. hist. 15*. Alius exenteratus & per rotam dissectus aliquo post tempore locutus est, *corde exemtô*, & partibus à toto sejunctis. *Verulam. hist. Vit. & mort. art. XV. th. 32. p. 559. G. Horn. L. II. hist. nat. c. 19*. Sed *annon cor aliquando penitus abfuit in Victimis, vivente tamen animali* apud *Val. Max. L. I. c. 6. n. 13. Plin. XI. 37. Jul. obseq. de prodigiis?* Impossibile judicat *Cæl. Rhod. L. IV. c. 16*. alii à Diabolo ablatum putant. *Th. Bartholin. Anat. ref. L. II. c. 6. & Rupert. ad Val. Max. Diss. 2. p. 37*. Alii adhuc in extis latuisse suspicantur, ut *Spigel.* apud *Rolfinc. L. de corde c. 1. p. 6*. Asteriscum tamen meretur *Cl. Lindan.* censura in *Med. physiol. c. VI. art. 12. §. 66*. Conf. Nobilissimi mei *Franci Satyr. med. Contin. 6. p. 15. seqq.*

*& catuli.* *& Latro* *an cor abfuerit in Victimis Gentile animali?*

§. 16. Retulit mihi amicus, sibi olim in evisceratione *molossi duo corda* fuisse ostensa, raræ curiositatis gratiâ. Ego autem puto, dextri Ventriculi minùs commodam agglutinationem *bicipitis* vel geminos apices habentis *cordis* speciem præbuisse, uti Excell. *Lindan.* contrà *Athen. L. IX. c. 10. bina corda in perdicibus Paphlagoniis* affirmantem, catè docet *l. cit. pag. 164*. Elephantum *duo corda* habere, ut *Dietericus in analys. Evang. Domin. P. II. p. 511*. ex *Gesnero* scribit, unum quod *furore accensus* excreat, alterum, quod in *clementiam propendeat*, quid nisi fabula? scio tamen, quosdam *bina corda* notâsse. Vid. *Zac. Lusit. L. II. M. P. H. c. 38*. quæ in *gallo* etiam deprehendit *Galen. L. VII. anat. admin.* & in *gallina Rudbeck obs. anat. 18. p. m. 331*. In *cane* vivo venam cavam in abdominis spatio sic vidimus moveri, ut turgendo impleretur, & concidendo, aut potius constringendo, depleretur. *Auricula cordis dextra* ultimò quoq; huic *cani* movebatur. Diaphragma carnosâ suâ substantia undiq; costis adhærebat, unde semper difficilem respirationem habuit.

*duo corda in cane.* *in perdicibus.* *elephanto.* *gallo & gallina.* *Observatio.*

§. 17. Nonnunquam singularem *costarum* cum *sterno* connexionem observavit *Bartholin. C. II. hist. anat. 82*. nec non *costarum* extrema *sterno* jungebantur, more consuetô, sed superponebantur. Sunt autem *costæ* numerô XIII. Claviculis enim caret.

*sternum & costæ.*

§. 18. *Musculi intercostales* in *cane* semper duplices habentur, externi & interni; at in multis *canibus* hæc duplicitas non observatur. Totô enim eô spatiô, quod est inter sternum & locum eum, ubi costæ pars ossea car-

*Musculi intercostales.*

tilaginosæ parti unitur, non nisi unicus musculus occurrit, internus sc. hic adeoq; intercostalem locum, à Vertebrarum corpore ad sternum usq; qui datur, solus occupat, omne autem reliqvum, quod costarum osseâ substantiâ determinatur, duplici musculo gaudet, qui cruciali modo sibi invicem incumbunt, succumbuntq;.

*Pulmones.* §. 19. *Pulmonem* omninò purulentum & fœtidum in dissectô *cane venatico* vidi olim in *Reg. & Equestri Acad. Sorana.* In alio *lapidem* in pulmone, *& vermem erucæ haud absimilem*, pulmonem avidè devorentem.

*Pancreas.* §. 20. *Pancreas* (ut in variis animalibus) & per transversum se extendit ventriculo culcitræ instar substratus, & deorsim extensus intestino duodeno adhæret.

*Ventriculus* §. 21. *Ventriculum canis* habet *arctiorem humano similem*, ait *Arist. I. H. A. c. 16.* At humanus satis amplus est uti *caninus*, ut quivis novit, qui modo vidit. Add. *J. Fabri Lyncei, exposition. animal. nov. Hispan. Nard. Anton. Rechi p. m. 475.* Interdum ramus biliaris abit ad eum, at raro. *Walaus*, præclarus Medicus, in *centenis*, & *pluribus canibus*, quos hanc ob causam vivos secuit, invenit tantùm in duobus *bilem in ventriculum* confluxisse, quorum unus inediam passus erat per triduum, & in ejus ventriculo (mirum visû!) biliosa spuma ita erat densata ac bulliens, qualem in lixivio lavantibus lotricibus videmus innatare: *Vid. epist. prim. Walei ad Th.*

*observatio.* *Bartholin.* Oesophagus *caninus* coctus fibras habet spirales, & sibi invicem occurrentes, instar duarum cochlearum, sic quidem, ut principium unius sit in uno latere, alterius in altero, priori directè opposito, & eo loci, ubi concurrunt (quod in duobus lateribus, adeoq; crebriùs contingit,) decussatim sibi invicem imponantur. Adeoq; sic duo qs. ligamenta concursus iste repræsentat, à Ventriculo ad fauces ascendentia, & è regione sibi invicem opposita. Inter illas fibras & tunicam internam glandulosam etiam vidi substantiam, qualis ferè in intima tunica ventriculi reperitur, nisi quòd hæc cavum Ventriculi spectet, illa verò tunicâ, Oesophagi dictâ, sit obducta. Idem notat *Autor Colleg. Anat. priv. Amstel. P. I. p. m. 32.*

*Intestinum cæcum flatulentum.* §. 22. *Intestinum canis cæcum* flatibus aliquando valde distentum, ut nunc demum cum *Excell. D. Sim. Paulli Bot. quadrip. Class. II. p. m. 88.* facilè credam, istud *intestinum*, quod Magnus *Hoffmannus Instit. Med. L. II. c. 21. p. m. 84.* ἐμφύσεως χάριν finxit, esse *naturale flatuum receptaculum.* Intestinorum angusta *canibus* difficiles facit secessus. *Lumbricos* in *intestinis* & *Ven-*

*lumbrici in intestinis.* *triculo* sæpiùs offendimus. De lumbrico lato XII. fermè ulnarum longitud. *usu argenti vivi a catello meditao* excreto, Vid. *T. I V. Miscell. Curios. Germ. obs 120. Zephyrus* noster infusum *Vitri antimonii* cum vino factum ad unciam ferè unam per venâ cruralem lanceolâ apertâ nuper infudit *cani.*

Is malè.

Is malè ab initio se habebat; graviter enim decumbentium instar sonora ducebat suspiria, & inter singultus ac salivationes oris, tertiâ ab infusione horâ, humores partim tenues & biliosos, partim lentos & pituitosos ἄνω ϰαὶ ϰάτω rejecit: valde inquietus interea, & ex uno angulo in alterum prorepens. Sequente nocte dormienti similis jacebat, mane autem, præter spem omnium, alacris erat, ciboséq; oblatos avide vorabat.

§. 23. Domestica *canicula* Magni nostri Amici, *D. D. Daniel. Ludovici, Archiatri Gothani*, cùm A. C. 1666. *Gothæ* epidemicè grassaretur *dysenteria* correpta est eâdem, fortè quòd excrementis (à tanta consulentium copia clam interdum depositis) assederat, cum procidentia ani. Sed oleô amygdal. cum theriac. in fusô, subortôq; largissimô sudore in angulo, brevî convaluit. *canis dysenterica.*

§. 24. Cùm *Rinthelii* ad *Visurgim* adhuc viveret Doctor olim noster J. *Cortnummi. Reg. ac Equestr. Acad. Soranæ Prof. Primar. ejusdemq; Decanus*, *catellum* aluit, qui omnem cibum assumtum post paucas horas vomitu rejiciebat, per podicem verò nihil excernebat. Unam atque alteram cum hoc malo septimanam conflictatus & emaciatus miserandum domesticis præbebat spectaculum. Ut causam rei indagaret, vivi abdomen secuit, & ingentem in *mesenterio* invenit *scirrhum* induratum, ut cultri aciem ferè respueret. Hic tenuia intestina ad coli valvulam usq; complexus ita ea comprimebat, ut nil quicquam posset pertransire. Et *Zephyrus* noster in *cane macilento* dissecto totum *mesenterium* planè *scirrhosum* observavit. *scirrhus mesenterii.*

§. 25. *Glandula mesenterii major*, quam *Pancreas Asellianum* vocant, notabilior longè in *cane*, proportione habitâ corporis, quàm in homine, in quo quod deest hujus magnitudini, reliquarum vagarum, per mesenterium totum incertô ordine distributarum, numero compensatur. Convenientius adeoq; *pancreatis* nomen glandulæ mesenterii mediæ in *canes*, quàm in homine tribuitur. *Glandula mesenterii major.*

§. 26 *Hepar canis* in quinq; vel sex nonnunquam, etiam in quatuor partes seu fibras, solarum venarum interventû, invicem continuas disjunctum occurrit. *Vesal. L. V. anat. c. 7.* Et hîc domicilia sua struunt *Vermiculi*. Hirsutum notavit *Borell. C. III. obs. 33.* *Canis venaticus* ab apro in Venatione fauciabatur, ut *hepatis* pars ex vulnere promineret. *Canis* portionem illius, dum Vulnus lamberet, demorsum devoravit, quem tamen sanatum. Vidit *Plater. L. III. observ.* *Hepar.* *Vermes in eo.* *hepatis portio sine noxa vorata*

§. 27. *Felleam vesicam* in *canibus* eâ parte, quâ hepatis parenchymati unitur, nonnisi unicâ constare tunicâ, at verò eam, quæ ab illa connexione libera est, insuper vestiri membranâ eâ, quæ hepatis corpus exterius ambit; cum multis Anatomicis hactenus credidi. Sed errorem hunc *Observ. anatomica.*

In *canis* cujusdam anatome correxi, utraq; enim tunica totam vesicam ambit, nec ulla hîc in crassitie disparitas: quòd autem pressa vesica faciliùs atq; uberiùs bilem eâ parte emittat; quâ fuerat hepati juncta, vix aliâ, ramulorum bilariorum parte hâc vesicam intrantium, jam ruptorum, copiæ atq; apertioni adscribi debere censeo.

*porus choledochus.* §. 28. *Porum choledochum* in *cane* ita distentum vidit *Barthelin*, *C. I I. hist. 8 2. magnum labascentis Anatomes Statumen* & *præcipitantis veritatis Atlas*, censurâ *Rolfincii in epist. Barthol. C. III. p. m. 99.* ut cum intestinis amplitudine comparari potuerit. In aperto poro observatus callus cartilagineus circa intestini ingressum, quo impeditus fuit ad intestina fellis transitus, unde intumuit, & in homine *icterum* procreâsset.

*Lien. triangularis.* §. 29. *Lien canis* prolixus & nigrior. Magnum in *cane* melancholico notavit *Pollux* noster: *triangularem* obtulit Cl. *Bartholin. J. Theod. Alke*, *olim Med. D. nunc è Societ. J E S U*, *Amicus meus*. *Vol. I- Act. Hafn. p. 2 7 9.* Elegans etiam observatio Curiosissimi *Borrichii*, *Præceptoris quondam mei in Reg. Hafniensi dilectissimi*, *C. IV. epist. Barthol. p. m. 75.*

*observ. anatomica.* Scilicet in *cane* valido celeri manû enectô observavit, inflatâ arteriâ cœliacâ; (ligaturâ tamen prius injectâ, quâ cor spectat,) primò intumescere *lienem*, inque eo & venas & arterias, hinc hepar unà cum portæ tùm cavæ ramis, imo & trunco cavæ universo, demum lymphatica ex hepate egredientia, tandem reliqua lymphatica ad receptaculum chyli tendentia, denique ipsum ductum thoracicum manifestè distendi. Substantiam *lienis* parenchymaticam fibrillas varias, reticulari qs. plexû, in *canibus* pererrare observavimus semper. Putant alii Anatomici, in *cane* & homine, in quibus vena splenica totum *lienem* transit, fibras, si non omnes, saltem præcipuas, venæ dictæ esse propagines, ex eo, quòd, siquidem in excarnato *liene* flatus in eam immittatur, plurimæ earum aere distendi, imò quovis modo elevatæ, inseparabiliter cum ea ejusque ramulis cohærere notentur. Verùm ego fibras has *lienis* in homine & *cane corpora solida*, seu *stamina filosa* & *nervosa* existimo, quæ tamen poris non carent. Et hæ enascuntur ab interiori *lienis* membrana, & per transversum producuntur in oppositam dictæ membranæ partem, seu ad capsulam quandam, sive commune vasorum involucrum, per medium lienis perreptans. Non idem servant planum, sed identidem sibi occurrentes subdivisæ propriæ substantiæ, vel fibrularum, seu capillarium partium dimidiatâ portione consimilibus inosculantur, ita ut mirus fiat nexus & rete, & dum membranæ accedunt, bifurcantur, unde multiplicibus veluti ramis in ipsam inseruntur. Componuntur hæ fibræ ex filamentis, seu minoribus aliis fibris per longum ductis. Etenim scissæ, filamentorum elegantem implicationem ramorumq; productionem exhibent, extremis autem finibus

per la-

per latum extensis, in membranam desinunt. Unde satius videtur credendum, fibras hasce productiones esse membranæ propriæ *lienis*, ejusque capsulæ propriis staminibus consarcinatas, ut vasa sanguifera molleque lienis parenchyma conserventur, eumque locum habere, qualem in ædificiis ferrea illa vincula, quæ arcubus ad robur subtenduntur. Consule sîs *Highmor. Disquisit. anatom. L. I. P. 3. c. 8. Dimerbroeck, Lib. I. Anat. c 15. Deusing. de F. C. H. P. I. c. 6. Tiling. Anat. lien. Sect. I. c. 10. Canes* apud fabros ferrarios enutriti, ob aquæ potum, in qua pluries *ignitum ferrum extinctum* est, *exiguos* habent *lienes. J. Cas. Barscell. in hort. genial. p. m. 170.* Laudatus *Tillingius* non semel in *canibus ramulos chyliferos*, tùm à ventriculo, tùm à pancreate ad *lienem* porrectos, vidit. Chylus, quem hæc vasa vehebant, solùm aqueus & tenuis erat, ut adeo ex hujus distributione minus oculos incurrerent. Madent namque omnia vivi corporis tenui quodam & aqueo humido, ita difficile quoq; est, ruptis venis dignoscere hunc chylum ab alio sero. Tenue porrò per fibras ac venulas non ita transparet, ut lacteum quid aut sanguineum. *ramuli chyliferi ad lienem.*

§. 30. *Canibus* sæpè *lienem*, salvâ vitâ, exsectum fuisse, testantur *Bartholin. C. IV. ep. 14. p. m. 55. & ep. 92. p. m. 537. C. II. ep. 77. p. 648. Deusing. exercit. de sanguific. §. 79. seqq. Warthon. Adenogr. c. 4 p. 13. D. Major Anat. I. Kilon. c. 2. §. 21. Barbett. L. I V. prax c. 10. & Cl. Decker. not. ad Eund.* Hic & *Elsnerus, Practicus Uratislav. Amicus & Collega Curiosus*, observavit in *cane famella, liene jam destitutâ & curatâ*, nempe quòd post annum circiter à dissectione *catulire* incipiẽs, cumq; *aliis canibus bis terve congressa, nunquam conceperit, nec catulos produxerit. Ephem. Germ. Cur. ann. I. obs. 118. p. m. 274.* Anglus vero etiam *cani famellæ lienem exscindi* curavit, quæ sanata cùm esset, ut paulò post *catuliret*, admissô *cane, non semel, sed bis aut ter, concepit, & aliquot catulos enixa fuit. Eph. Cur. l. c. & in append. ad h. ann. p. m. 30. Add. T. IV. obs 164. p. m. 209.* *lien cani tutò exscinditur.*

§. 31. Sed num *homini* etiam *tutò* & sine vitæ jactura eximi potest? *num etiam homini?* Credat, qui volet. Ego cum Excellentibus Viris *Th. Bartholino, C. IV. h. 51. & L. I. anat. ref. c. 16. p. m. 98. Moeb. Med. Physiol. c. XVI. p. m. 404. Andr. Vesal. H. C. F. L. V. c. 9. p. m. 629 Knobloch. inst. anat. disp. VI. qu. 2. Higmor. L. I. Anat. P. III. c. 3. p. m. 65. Tiling. in digress. de vase brevi lienis. ejusq; usu p. m. 47. seqq. C. Hofmann. de usu lien. c. 2. p. m. 16. Sebiz.* L. III. *de fac. alim. c. 5. p. m. 725. Sennert.* L. III. *prax. S. IV. c. 7. p. m. 494. Bernh. Suevo tr. de inspect. vuln. lethal.* P. II. c. 13. *p. m. 97. J. Matthiæ quæst. med. 2.* & compluribus aliis, quos studiosè citat Amicissimus meus *Francus, Heydelberg. nostraq; Curiosi. Acad. Ornamentum, in Continuat. VI. Sat. Med. p. m. 5.* constanter nego. *Neg.* Etenim (1) affirmantium argumenta *fracto arundini* innituntur, quem e- *(1) ratio.* mendicant ab *Erasistrato* & *Democrito*, docentibus: lienem *frustra* esse fa-

ctum,

ctum, ut videre est ex *Galeno* IV. P. II. 15. L. II. *de nat. fac. c. 9. L. de atrabile c. 7. Comm. 3. in Hipp. L. de alim.* Huic errori affinem se reddidit *Ruff. Ephes.* L. II. c. 7. Hinc *Plin.* L. II. c. 37. credit: *lienem tuto* eximi posse *cursoribus*, queîs, *Plautinô* verbo, *in Merc. a. I. S. 2. ỳ. 14. Seditionem facit.* At nimium spissus est hic error, ut etiam ferè dubitet *Dn. van der Linden Med. physiol. c. 5. a. 3. §. 34.* fueritne sententia ista tanti Viri, nisi scivisset ex *Senec. L. de tranquillit. anim. c. 15.* nullum *magnum* ingenium sine *mixtura dementiæ unquam* fuisse. Immotus *Arist.* canon. I. *de P. A. 1. & II. Phys. 8. Natura nihil facit* frustrà. Et si *Galen.* sententia L. VI. *admin. Anat. 10.* vera esset, asserentis cum *Parisan.* L. VI. *Nob. exercit. 2. & Deusing. exercit. de sanguif. §. 58. omnia* animalia, (sanguinea) etiam *minutissima, lienem* habere, quærerem ego: *cui bono?* si tamen *frustra* factus est. Sed illis cum *Endæo in Apolog. pro circulat. sangu. §. 33.* heic pollicem premere recuso. Satius

(II) ratio. erit *Arist.* sententiam L. II. *H. A. 15.* & L. III. *P. A. c. 7.* tueri. (II) Si isti *vix* ad *sanitatem* perveniunt, queis *lien vulneratur*, experientiâ *Tulpii* L. II.

(III) ratio. *obs. 29.* quantò magis si *prorsus auferatur?* (III) Maximus *lienis usus.* Quis autem ille, Eridis pomum hactenus fuit in schola nostra. Elegantissimus *Lindanus lib. cit. p. m. 72. seqq.* diversorum sententias operosè congessit. Nos cum *Cl. Mœbio* L. II. *Inst. med. c. 12. p. m. 61. & D. Fromanno, Doctore olim nostro in inclyto Gymnasio Casimiriano, de Consens. part. corp. hum. §. 42.* judicamus: *lienis* usum esse *sanguinem arteriosum crassiorem, per peculiarem arteriæ ramulum, supra cœliacam ortum, recipere, ulterius coquere & ita disponere, ut recrementa serosa, tartarea & melancholica postea in aliis locis, e. g. renibus, pancreate &c. eò melius evacuari queant.* Vel, ut ingeniosissimus *Willis* loquitur de *Ferment. c. 5. p. m. 28. & L. de febr. c. 1 p. 104. Terrestris & limosa sanguinis pars, quæ cruoris* velut fex & caput mortuum *est, lienem subit, & quia succus hic ob sal fixum fermentescibilis natura est, ulterius in liene coquitur, & exaltatus in fermentū abit, quod denuo sanguini commissum ejus motum & volatilisatione promovet.* Ergo *Galen.* L. III. *de loc. aff. & IV. aph. 21.* non ineptè com-

(IV) ratio. parat *fecibus vini in dolio subsidentibus.* (IV) Observationem meretur, lienem *quintuplò* plures habere *arterias* quàm *Venas*, quibus rescissis, quan-

(V) ratio. tum sanguinis diluvium? quæ ἰλιὰς κακῶν? (V) Tam *arctè* per membranas peritonæi, & valorum commercium partibus annectitur, ut sine in-

(VI) ratio. flammatione & vicinorum damno eximi nequeat. (VI) *Fioravanti Empirici* veritatem scribentis, L. II. c. 8. *Thess. Vit. hum. &* L. II. c. 53. se (& alium) *lienem* pendentem 32. libr. tutò extraxisse, *Rod. à Fonseca C. II. Con-*

(VII) ratio. *sult. Medic.* merito suspectam habet. (VII) *Plinio* respondet *Cæl. Aurel.* L. III. *Chronic. pass. c. 4.* inquiens. *Voce* quidem id esse dictum, sed *officio* non completum. In *canibus* equidem & suibus res faustè succedit, teste αὐτοψία, homini verò *sine insigni læsione* nunquam arte eximi poterit, ut ut quidam

quidam in *Eph. Germ. Curios. Ann. I. obs. 29.* affirmet, & *Clarke, Reg. Soc. in Anglia Collega*, recente historiâ *T. IV. Eph. Cur. obs. 165.* fusiùs testetur. Scio, tonsorem vulnerato *lienem* propendentem per ignorantiam abscidisse, superstite & reconvalescente ægro. *Ballon. L. II. ephem. p. 251. Th. Bartolin. C. IV. hist. 51. Zac. II. hist. med. Princ. p. 63. & Cl. Kerckring. obs. 11.* docent: posse abesse, ipseque *Arist. IV. de Gen. anim. c. 4. Laurent. Lib. VI. Anat. qu. 25. Becker in cultri voro p. 83. ac Schenk. III. obs. 7.* exemplis confirmant. Optandum quidem, ut aliquando cum pecoribus propè *Cortynam in Creta* (de quibus *Cæl. Rhodig. in L. IV. c. 18.*) *splene* careremus: at vix sine *discrimine* sperandum. *defectus lienis.*

§. 32. *Renes canis* habet ordinariè duos: *tres* tamen vidit Cl. *Bartho. C. II. hist. 82.* Et heîc sœpè latitant *vermes*, teste eôdem *l. d. Vermem cochleæ instar in canis dextro rene*, ut, præter externam renis tunicam, nihil superesset ex carne, idem annotavit *L. I. Anat. reform. c. 17. p. 116.* Vidit eosdem *Cortnummius* & *Zephyrus* noster *Conf. Eph. Germ. Curios. ann. III. obs. 261. p. 473. T. VI. obs. 215. & Sennert. L. III. Prax. P. VII. S. I. c. 7. p. 816. Decur. II. Miscell. cur. ann. I. obs. 104. & T. V. Act. Med. Hafn. obs. 106.* *Renes.* *Vermes in iis.*

§. 33. Putat *Arist. probl. 42.* solum *hominem* fieri *calculosum*. Nolo veterum hîc colligere testimonia contrarium probantia, sufficiunt enim domestica. Ministri cujusdam aulici *canis* fœminini generis ex eorum specie, qui simos habent nasos, nec aliorum magnitudinem communiter assequuntur, malè habens, ejulando quiritandoq; solitamq; hilaritatem commutando, non obscurè corporis indispositionem prodidit. Solliciti hospites observant, ipsum in angulo cum dolore mingere, & hinc melius habere; dum igitur illîc eunt, inveniunt *calculum* unà excretum *Pisi magnitudine*. Propinant oleum lini, quô effectum est, ut, plures variæ magnitudinis fuerint subsecuti, quos in Muséo suo custodit *Hercules* noster *Acad. Salanæ Decus & gloria. Vid. T. III. Eph. Cur. Germ. obs. 23.* Alia *catella*, vetula tamen, per plures annos *lapides Gothæ* excrevit, sœpe unâ vice plusculos, notante *D. Ludovici*. Et *Galli* non ita pridem in *equo* castrato singularem viderunt *lapidem*, IV. libr. & IV. Unc. cum dimidia pendentem, figurâ rotundum & aliquantulum planum, *Vid. T. IV. Ephem. Erudit. à Cl. Nitschio latinit. donat. p. m. 47.* Conf. *Libav. in cist. med. Hornung. ep. 78. Phosphorum* nostrum *de mir. lapid. nat. p. m. 95. & Th. I V. Eph. Cur. Germ. obs. 167. & T. III. obs. 246.* In Augusta *Norimb.* Bibliotheca adhuc servatur *calculus* miræ formæ & magnitudinis è *canis vesica* exemptus, quo de etiam *J. Jac. Leibniz. in laudat. Biblioth. memorabilib. pag. 16.* Cùm *D. D. Winckler, Archiater Brandenb. Amicus Curiosus, Heydelbergæ* commoraretur, Illustr. DD. Barones à *Schwarzenburg*, Commensales sui, *canem* alebant egregium, qui magno cum dolore moriebatur. Suspicio erat de *canis calculosus.* *& equus.* *Vesica canis calculosa.*

 exhi-

exhibito veneno. Apertô autem cadavere *tota vesica calculis repleta, &* *collum* ipsius *totum* ab iis *obstructum* erat, ut ex literis Ejus didici. Vide etiam de *canis vesica Lugdun. Gothofr. Hegenitii Itin. Holland. p. 108.*

Ureteres. §. 34. *Ureteres canum* cùm sint longitudine pares, dexter tamen superius vesicæ committitur; sinister verò inferiùs paulò suprà cervicem: adeò quantùm depressus est ren sinister, tanto inferius inseritur urinæ canalis in vesicam. *Severin. Zool. P. IV. p. m. 305.*

Via urinæ nova. §. 35. Bellæ & subtiles *Anonymi Curiosi* conjecturæ *de nova via seri ad renes* delabentis, in *Eph. Germ. Cur. ann. II. obs. 157.* & appositæ sunt notæ ad hanc *obs. p. m. 401.* Vidimus etiam manifestè in *renibus*, quomodo à pelvi, per glandulosam substantiam, usq; in carnosam renum partem, fibræ quædam albæ deducerentur, per quas serum colaretur. Ipsa autem glandulosa substantia si premeretur, nil nisi serum emisit, carnosa vero simul sanguinem.

Vasa spermatica. §. 36. In masculo *cane* vidit *Wepfer. Eph. Cur. Germ. Ann. III. obs. 167. p. m. 315.* post vesicam vasa deferentia ampliora facta, ut *pennam anserinam* admiserint. Illorum tunica externa nervea, interna laxa circulis nerveis, sed humilibus, prœdita erat, obliterabantur vasa, antequam urethram rubram attingebant in corpore glanduloso, in postica vesicæ parte circa collum sito, hoc *prostatas* dixerim: eratq; magnitudine & formâ castaneæ majoris, apice deorsum protenso, crassitie unciæ dimidiæ, pulposum, tegebatur membranâ musculosâ fibris rectis prædita: in parte ejus sinistra invenit cavitatem nucis avellanæ capacem, in dextra verò parte hæc cavitas aberat, at substantia ejus spongiosa fuerat, tùm sinus sinistræ partis, tùm substantia spongiosa profuderant liquorem turbidum lacteum. *Urethra* rubra triplò amplior & rubicundior urethra peni subtensa: circùmdabatur musculo robusto à monticulo ad Isthmum, musculô fibris circularibus præditô Valvula in Isthmo aberat. Nullum vestigium vel vesicularum seminaliuṁ, vel prostatarum aliarum, reperire potuit.

Testes. §. 37. *Testes* habet *canis* propendulos ordinariè *binos*, interdum coalitos. *Eph. Cur. Germ. ann. III. obs. 110.* Exsectis fit ingeniosior. *Spiritus enim vitales in materiam seminis, qui absumebantur, cerebro ad imaginationis & ingenii celeritatem in castrato famulantur. Rolfinc. de Part. generat. dicat. P. I. c. 1. §. 8.*

Vasa pampiniformia. § 38. Vasa *pampiniformia* in *canibus* ubi testam attingunt, non intrant substantiam ejus ullo ramo visibili, sed se diffundunt per tunicam solam propriam, albugineam, præcipuò ramô, ab uno extremo ad aliud procedente, ubi disparet.

Penis. §. 39. Substantia *penis ossea* est, uti etiam in lupo, vulpe, balæna, & quibusdam aliis brutis. Hinc crura attollit inter mingendum adultior

*canis.*

*canis. Catuli* verò, cùm membrum *molle* habeant, (*incurvum & concavum* delineat *Hesperus noster in Anat. Kilon. c.2.§.24.p.m.11.*) ut versùs terram flecti queat, non elevant pedem. Cùm, sublatô crure, mingunt, apti sunt ad Venerem. Fœmellæ considentes lotium emittunt, quædam tamen elatô etiam crure. *Arist. L. VI. H. A. c. 20. Vincent. in specul. Nat. L. XIX. c. 15.* Cur autem plerumq; *secus parietes* mingunt? quatuor incedunt pedibus, unô igitur elevatô, casum timerent, nisi essent penes aliquid, quô se possent sustinere. *cur plerumq; secus parietes mingunt?*

§.40. *Tuba uterina*, seu vas seminale deferens, sui lateris cornu non rectô ductû, sed magis tortuosô, intrat, imò non adeò cornu hoc ingreditur, quàm quòd ab eo procedat, sicq; ejusdem continuatio sit. Procedens autem ab utero, antequam testem attingat extremo altero, circulariter eum ambit, Attingens testem haud videtur eidem uniri, licèt ita senserint Anatomici. Continuatio enim hæc non potest demonstrari. Idem hîc quod in ovibus, vitulis, aliisq; locum habere censeo, apertam nempe tubam eo extremo esse, quod testi proximum. Conf. sîs *exercit. anat. de Tuba Uteri* Suavissimi *Zephyri* mei. Dissectô uterô inveniuntur involuti fœtus. Placentam uterinam, quæ in muliere utplurimùm *unica* tantùm habetur, licèt embryones plures occurrerint, in *canibus* totuplicem semper vidi, quotuplex fœtus ipse. Singuli hîc suam habent placentam singularem. Formatur hæc in cingulum aliquod, quod fœtum ambit. Vid. quæ hâc de re fusiùs proposuit *Zephyrus* meus in *sua disquisit. anat. de Placenta uteri.* Membranas fœtum ambientes quatuor etiam in *canibus* semper observavimus, quarum tres priores ipsis cum mulieribus communes sunt, ultima propria, inde & *canina* dicta, Prima est *chorion*, omnium extima, duplex hæc videtur, in se una eò quòd placenta, cinguli formam hîc habens, fœtum medium qs. dividat; unde ex utroq; ejus latere *chorion* quærendum. Hanc membranam matres subitò devorant, & sic etiam obstetricis munere funguntur, & mordicus umbilicum, cùm nullo hîc ipsis amplius usui esse queat, abscindunt. Secunda *Alantois* est, urinæ conceptaculum, in placentiferis animalibus, qualia mulieres, *canes*, feles &c. *urinaria* vocanda. *Chorio* hæc subtensa est, fœtum totum cum *amnio* in se continens, propè divaricationem funiculi duplicaturâ sui (quod in muliere non obtinet) cavitatem inter se & cingulum constituens, membranæ quartæ seu *caninæ* destinatam. Tertia *amnios* est, nutritium humorem fœtumq; integrum continens, adeoq; inter humorem hunc & urinam, membranâ præcedente urinariâ detentam, residens. Quarta *Alantoidem* quidem repræsentat figurâ, usui tamen longè diverso destinatur. Occurrit hæc in *cane* & fele, sub cingulo sita, propè funiculi umbilicalis divaricationes, ubi vasa ab invicem discedere incipiunt, *Observ. anatom.*

 & ver-

& versùs placentam pergere. In longum extenditur, in cavitate quadam cum prorsus in finem à membranis aliis, illâc coëuntibus, factâ, & utrinq; ligamento cartilagineo, albissimo, & qs. fibula, iisdem in sui extremitatibus alligatur. Quoad ceteras partes nunquam cavitatis suæ parietibus arctè adhæret, sed ferè libera pendet. In gestationis initio magna est, & humoris plena, ut multò copiosiùs hîc quàm in ceteris membranis simul sumtis conspiciatur. Venis & arteriis frequentissimè spargitur, quibus peculiaribus ex mesenterio oriundis donatur. Progressu autem temporis decrescit paulatim, donec, succô omni absumtô, membranulam choroidem in cerebro adeò accuratè imitatur, ut exemta incautis imponere queat. Succus hîc reservatus minimè *urina* est, sed *nobile quid*, quod fœtui prioribus septimanis impenditur, idq; per vasa peculiara. De membranis hisce bellè etiam discurrit *Needham. L. de fœtu formato c. 3.* ubi plura huc facientia videri possunt. Innumeros *lacteos ramos* per uteri ligamenta, ad ipsa cornua totumq; uteri corpus, decurrentia in *catella* fœta vidit Amicissimus meus *Zephyrus*.

*Lactei rami ad uterum.*

*catelli ore apertâ latent in amnio.*

§. 41. In *amnii* liquore *catelli* latent *ore apertô* & linguâ nonnihil exsertâ. *Bartholin. C. II. h. 82.* Extra dubium aluntur *per os*, ut embryo, quod licèt multi negent, sic tamen est. Vid. *Deusing. Genes. Microcosm. in cur. secund. P. II. S. IV. p. m. 310. seqq. Harvej. exercit. de gen anim. 58. p. m. 262. Barbat. de Sangvin. & sero p. m. 35. Bartholin. de lact. thoracic. c. 10. p. m. 31. Sager in orthod. nutrit.*

*Observ. anatom.*

§. 42. Sanguinis periodum monstraturus, *canis* ventrem infimum aperi, venasq; (uterinas, ut in mea sectione feci,) liga, quæ ligatæ uterum versùs maximè intumescent, versùs cor autem detumescent. Idem fac in arteriis, & contrarium notabis. Quæ verò multi hactenus de tubulis in uteri substantiam exsculptis (vid. *Riolan. animadv. ad Bauhin. p. m. 123.*) disceptârunt, meâ equidem censurâ Cl. *Lindanus Med. Physiol. c. VII. art. 10. §. 105 p. m. 302.* optimè composuit. Et hanc sententiam experimentô quodam anatomicô illustrat Eruditus Juvenis *Bernh. Barnstorf*, *in disp. inaugur. de morb. Virgineo, habit. Rostoch. ann. 1670. d. 15. Sept. c. 3. §. 5.*

*tubuli uterini.*

*canis hermaphroditus.*

§. 43. *Canem* & *equam hermaphroditos* Antverpiæ vidit *Cardanus L. VII de rer. variet. c. 33. p. m. 343.* Refert *Casp. à Reys camp. elys. juc. qq. n. 13. ex Cal. Calcag.* duos *catellos* à *cane mare* fuisse lactatos, ita ut magnâ omnium admiratione matris vice perfunctus sit masculus. Add. *H. Salmut. in repert. nov. tit. 10. p. m. 215.* Sic in *viris* lac notârunt *Borell. C. I. obs. 49. Bartholin. L. II. Anat reform. c. 1. p. m. 213. & C. III. epist. 38. Laurenb. C. III. Acerr. Philol. h. 82. Arist. L. I. c. 12. & L. III. de Gen. anim. c. 20. Vesal. L. V. de C. H. F. c. 18. Marcell. Donat. de variol. & morbill. c. 8. C. à Reys Camp. elys. juc. qq. 47. n. 9. Schenck. II. obs. 290. Jonston. Thaumat. nat. Cl. X. c. 5. a. 2. Eph. Cur.*

*lac virile.*

*Germ, ann. II. observ.* 135. *cum schol. & ann. VIII. obs.* 86. *Andr. Laurent.* L. II. *Anat. qu.* 2. *Alex. Bened.* L. III. c. 4. Et licèt *Knobloch. Inst. anat. disp. IX. c. 1. §. 1.* lac istud ad alendum planè ineptum censeat, ipsâ experientiâ tamen confutatur. *Hirci* quoq; lac habuêre, teste *Aristot.* L. III. *Hist. c.* 20. *Matthiol.* L. III. *Fr. Xaverio epist.* 3. *Nierenb.* L. IX. *H. N. c.* 68. *Aldrovand. in Bisulc. c.* 9. Nequaquam igitur ἀδύνατον, *hircos mulgere*, ut cecinit *altera Natura*, *Ecl. III.* ℣. 90. quô encomiô *Maronem* mactat *Scalig.* L. III. *Poet. c.* 4. Vidit *Nierenberg. Lib. IX. c.* 68. sterilem *mulam* aliam copiosô lacte nutrientem. Lac immediata *chyli* soboles est, quod *Deusing. in dissert. de lacte*, *Mœbius Fund. Med. Phys. c.* 20. *p. m.* 567. *& L. I. Inst. med. c.* 4 *p. m.* 13. cum *Endio in Apolog. pro circulat. sanguin. digress.* 5. *p. m.* 186. *seqq.* Solidè probârunt, quicquid etiam contradicat Multiscius *Lindanus dissert. de lacte habit. Franequer.* 1649. In *cane virgine* lac observavit *Libavius.* Vid. *Cist. med. Hornung. ep.* 47. & alii in *puellis* idem *Bartholin.* L. II. *Anat. Ref. c.* 1. *p. m.* 215. *Salmuth. C. I. obs.* 92. *Sebitz.* L. III. *de alim. p. m.* 753. *C. Reys. camp. elys. juc. qq.* 47. *n.* 3. etiam *recens natis*, *Cardan.* L. XII. *de subtilit*, quod nuper Cl. *Schmidius*, *Phys. Gedanens.* exemplô nobilis puellæ *duarum septimanarum* denuò confirmavit. *Eph. Cur. Germ. ann. VIII. obs.* 86. Nec est, quòd putes cum plebe, *lac virginum* amissæ Virginitatis esse τεκμήριον. Vid. *Sennert.* L. IV. *Prax. P. II. S.* 3. *c.* 1. *qu.* 4. Adde memorabilem Optimi nostri *Garmanni* historiam de *mirac. mort.* L. I. *tit.* 3. §. 12. & *Joh. Henr. Lots disp. de Juribus obstetric. habit. Jen.* 1671. *thes.* 13. *sequ.*

*Lac hircorum.* *Et mulæ sterilis.* *Lac chyli soboles.* *Lac in cane virgine.* *in puellis.* *& recens natis.* *error plebejus.*

§. 44. Æquè mares & fœminæ *canes anniculæ* magna ex parte coëunt. Utriusque ætas adæquari debet, si bonos cupias *catulos*. Vidi fæmellam *(septimô à nativitate mense)* unum peperisse *catulum* mortuum, omni tamen numerô perfectum. Ita *impuberes* generâsse ac peperisse, non unû testatur exemplû apud *Coel. Rhodig.* L. XIV. L. A. c. 8. *Danæum* L. II. *Ethic. c.* 14. *Savanarol. Tr.* VI. *c.* 21. *rubr.* 6. *Plin.* L. VII. *c.* 2. *Donat.* L. IV. *H. M. c.* 14. *Olear.* L. II. *Itin. Persic. c.* 12. *p. m.* 126. *Mandelsloh* L. I. *Itin. orient. c.* 39. *& in epist. ad Olear. scripta Slesvici An.* 1645. *edit. p. m.* XI. *Bartholin.* C. V. *h.* 17. *Busbequ. epist.* 3. *Aloys. Cardamust. navigat. c.* 73. Conf. *Sat. Med. contin.* 3. Celeberrimi nostri *Franci.*

*quando coeunt canes?* *Impuberes generant & pariunt.*

§. 45. *Coitum* nusquam aversantur *canes*, nec tempus observant. Conf. quæ diximus suprà *cap. I.* §. 5. Mens. *Jan.* ac *Febr.* summâ diligentiâ pariq; studiô pasci necesse est, ac omni labore solvi, ut eas coeundi libido incesset cum optimis quibusque *canibus*, ut ita genus per bonos usque conservetur. Postquam autem amore percita fuerit fæmella, & requisiverit maritum, contineto eam dies plus minus decem, deinde aliquando admittito, & semen statim continebit. Ceterùm, interea dum coeunt,

*canes ubiq; coeunt.* *quando potissimum debeant?* *Regula œconomica.*

coeunt. facito *canem* cum mare in cellulam aliquò concludas, nec prorsus committas, ut quisquam coeuntes intueatur. Namq; si tum videantur, *canes* venationi inutiles parient. Et hoc venatores longâ experientiâ, edocti memoriæ tradiderunt. Post coitum verò *canis fœmina* gravida in venationem ne producatur, ut ne, aut cupiditate cursûs nimiâ, catulos corrumpat, aut, si abortum faciat, ipsa pereat, infit *Demetr. Constant. Libr. de cura canum c. 1.* Cavendum etiam, ne ex *eâdem matre* prognati simul misceantur in coitu. Rectè igitur *Donadilla*, Scotorum Rex, venationis studiosissimus, *canum venaticorum* misturam vetuit cum suis *genitricibus. Zvvinger. Th. V. H. T. IV. p. m. 3636.* Cùm *caviunt*, mares è longinquo odorantur. Prominens genitale fæminarum certum *catulitionis* signum. Implentur unô initû, non nunquam plures accedunt. Coeunt usque ad annum octavum vel decimum. Tunc enim pariendi generandique vim senectus sensim exhaurit. Si mas, ex quo concepit fæmella, occiditur, *gravida abortit*, dicit *Mizald. C. IX. h. 16.* At nugæ sunt, & nihil amplius.

*pro venatore.*

*& quomodo?*

*signum catulitionis.*

*quamdiu coeant?*

*somnium Mizaldi.*

*cur à coitu cohæreant?*

§. 46. A coitu (quem *Clitomachus* nunquam aspexit *Zvvinger, Th. V. H. T. II p. m. 2256.* & à cujus adspectû ego primarium *Benedictinæ* familiæ Cœnobitam insolitos paroxysmos epilepticos sustinuisse, non semel vidi) ordinariè *cohærent.* Causam putat esse *Sperling. L. III Zool. c. 19. qu. 3.* cum *Ol. Wormio L. III. Musei c. 23. p. 321. ossiculum in medio penis* positum, circa quod spiritus & humores aggregantur. Causa in *mare* est. Scilicet *intumescentia partis pudendi postersoris*, quæ ventrem spectat. Hæc enim semine & spiritû impletur, nec detumescit penis, donec semen planè emissum sit. Itaque turgidus exire nequitè vulva fæminæ. *Schutz. L. III. de alim. fac. p. m. 625. 7. Faber, Lynceus l. d. p. 477 mares in coitu cohærentes.* Ita *Gallus* quidam in coitu, *canum* instar, junctus re[illegible]fit, quod à nimio ardore partium genitalium provenisse putat *Borell. C. II obs. 31.* vel, quod à *Zibetho*, quô, voluptatis augendæ gratiâ, balanum inunxerat, partes hæ calefactæ & irritatæ fuerint. Oportuit igitur clysteribus partes illas emollire, ut separaretur. Similem historiam de cive *Jenensi* mihi retulit *Godofr. Hoffmann.* U. J. C. Amicus antiquus. Talemq; observavit Excell. D. D. *Ludovici*, Archiater *Gothanus.* Sponsus, qui tale quid primâ nocte passus, id postmodum falsus est laudato Medico, non *glandem* solùm, sed *& anticam penis partem arctissimè* fuisse strictam, liberaveratq; se post horas aliquot ridiculâ ratione, quam *Pers.* aliô sensû Sat. ni fallor, ultimâ posuit. Et tamen sponsa, cui superindormiverat, menstrualis fuit, at annosa Virgo. Idem de *Rugianis* refert *Zvvinger. Th. V. H. T. I. p. m. 412. & Mizald. C. VIII. Mem. §. 99.* *Tigrides* etiam, felinæ conformationi propinquiores, cohærere, quidam adhuc dum sustinere

ſtinere volunt. In *natum* copulatarum ſeparatione pariter obſervamus quandam vehementiam, ſed hic protuberat aliquantum extremitas, *canis* non, vel parùm.

§. 47. Prudenter autem Ægyptii *canes* ſuos ad coitum pigros *ſalſamentis* excitabant. *Boosch.* Lib. II. *Hiſt. med. c. 29. Cl. Clauder. in diſp. de Sale habit. Jen. 1650. c. 5.* quam reperies in *Otio Jenenſi* D. D. J. *Chriſtfrid. Sagittar, olim Hiſt.* & *Poeſ. Ibid. PP. poſtea Superintend. Altenb. p. m. 532. ſeqq. Sal* ſc. cos amoris. Non tantùm *individui duratio*, *ſed & ſpeciei propagatio à principio ſalino dependet. Willis de ferment. c. 2. p. m. 8. Animalium fœcundationi*, ait *Heſperus* noſter de *Cancr. & ſerpent. petref. §. 23. maximè omnium inſervit* Sal: *& ſine* ſalis *activitate nulla fit ſeminum fabrica, nulla in utero conceptio. nulla eorundem in utero ſuſcitatio, atq; ad formam partium perfectiorem reductio.* Conf. *Mizald. Memorab. C.* III. *§. 55 & 71.* Hinc *Ægyptii ſacerdotes* ſale *abſtinebant* obſervandam caſtitatem. *Plut.* III. *Symp. probl. 10. Mures* propter fœcunditatem *ſalis* cupidiſſimi *Plin.* L. XX. c. 25. *Sebiz. de alim. fac.* L. II. *p. 542. & Lemn.* L. II. *de O. N. c. 36.* Catè igitur *Venus* è ſalſa *maris* ſpuma procreata fingitur. *Camphoram* verò æſtus venereos extinguere, experientiâ *Scalig. exercit.* 104. *S.* VIII. & noſtrâ, ſi quæ eſt *T. VII. Ephem. Cur. Germ. p. m. 743.* refellitur.

*Sal acuit Venerem.*

*Camphora Venerem non extinguit.*

§. 48. Coeunt autem *canes*, cùm mares tùm fœminæ, cum lupis etiam, vulpibus, leænis & aliis brutis. Sunt enim libidinoſiſſimæ beſtiæ. Quare etiam non rarò ſuperfœtant, notante *Straussio de fœt. Muſſipont. p. m. 6. Fernel.* L. VII. *Phyſiol. c. 12. Zacch.* L. I. *t. 3. qu. 3.*

*Canes cum aliis brutis coeunt.*

*Superfœtatio eorum.*

§. 49. Uterum gerit *canis* fœmina 60 dies aut ad ſummum 63. Quæ in anatome *canis* partui vicinæ non ita pridem notavit *Sampſonius*, Med. Londin. pulcra ſunt & publica. *Eph. Cur. Germ. ann. III. obſ. 172.* Inſtante partu angulum ſeligunt, ſtruunt cubile, & præparant ſe. Quandam *cervum* inſequentem diverſos perperiſſe *catulos*, ſcimus ex *Nierenb.* L. IX. *H. N. c. 40.* magis tamen admirabile, quod *Harveus exercit. de partu p. m. 380.* de muliere recenſet.

*Anatome canis gravidæ?*

*Canis in fuga pariens.*

§. 50. *Crocus* in *δυςτοκία* optimus; quod experimentô ſuo in *cane* etiam nuper me certiorem fecit Amicus. Curioſus *Herodius canis* trium ſeu quatuor ſeptimanarum gravidæ toto geſtationis tempore tàm cibum quàm potum *crocô* tinctum exhibuit, donec octo forſan dies ad partum ſupereſſent, ubi ultimis tribus diebus etiam ad duas drachm. & tres croci juſculis addidit, hocq; effecit, ut *catelli* de *nigro* ad *albedinem variegati coloris* hinc inde volutantes *albidiores* cutis particulas plenariè *croceô* colore tinctas habuerint *Eph. Cur. Germ. ann. I. obſ. 60.*

*Crocus in δυςτοκία obſervatio.*

§. 51. Vidi nobilis matronæ *caniculam*, cujus vulvam (ne à maſculo imprægnaretur,) Domina argenteô annulô infibulârat. *Canis* tamen peperit.

*Canis ſubulata uterû pariens.*

*& equa,* perit *gemellos.* Similem historiam de *equa infibulata* refert. Summus *Harveus exercit. de Partu p. m. 269.* D. D. *Henr. à Moinichen, Reg. in* *& puella.* *Dania Medicus*, vidit Romæ *puellam*, quæ à nativitate *vulvam* habuit *clausam*, reliĉtô saltem exiguô foramine, per quod urina & menses fluebant; ipsa tamen impraegnata statô tempore peperit filium, *vulvâ* antè ferrô apertâ. *Vid. obs. 13. à laudat. Moinichenio Th. Barthol.* transmiss.

*quot pariat canes.* §. 52. Communiter sex aut quinque pariunt, plures tamen etiam, ut XVIII. & XIX. ex observatione *Alberti. Melitenses* plerunq; unum seu duos. Mens. *Maj.* nati optimi habentur: utq; nobiliores, eò studiosiùs educandi, ceteros, qui mali characteris sunt, abjicimus in amnem. *Ir-* *Historia notabilis.* *mentruda, Isenhardi*, Comitis *Altorfini* in *Suevia*, conjux bis senos enixa filios, unô retentô, omnes in aquam conjici jussit. Maritus autem fortè vetulam, cui opus demandatum, offendens rogabat: quid occuleret portaretvè? regessit ista, *canes:* Cedò igitur, ait Comes, si qui ad venationem apti, servabimus. Sic dolô deteĉtô pusiones servati. *Zeiler. Theat. Tragic. hist. 24. p. m. 989.* Idem de *Gebhard. I.* Comitis *Querfurtensis*, conjuge recitat *Spangenberg.* L. II. *Chronic. Querfurt. c. XI. p. m. 134. seqq.*

*purgatio à partu.* §. 53. A partu per aliquot dies rejiciunt crassum & humidum phlegma ac macrescunt. Quintô vel sextô demum mense fœmina marem rur- *experimenta Vulgi.* sus admittit, etiam citiùs. Vulgi experimenta, queîs probare conatur, quisnam præstantissimus *catulorum*, vid. sîs apud *Gesner. hist. anim. p. m. 87. in* Κυνοτρόφ. *Phæmon. c. 2. Petr. Angelin. L. V. Cynaget. p. m. 145.* Est & alia proba *catuli* melioris. In libram imponito omnes, & *graviorem* eligito. Quos verò tute retinere volueris, fac sis *ab ipsa matre* alan- *catuli à matre alendi.* tur, & non ab altera quavis etiam. Τὸ γὰρ τῆς μητρὸς γάλα πάνυ ὠφέλιμον ἐςὶν. *Lac namq; matris utilissimum.* Utinam & terq; quaterq; ô utinam! *de Votum pro mulierculis* hoc nostræ intelligerent mulierculæ, & legem istam à *Cl. Scheurlio diss. IV. Polit. th. 16.* conditam sobriè expenderent, næ infinita Reip. mala *Matres sint nutrices, non meretrices.* averterentur. Vid. in hanc sententiam fusiùs *Arist. VII. Polit. 17. Danæum* L. II. *Pol. c. ult. Rittershus. ad* L. I. *Oppian. cynaget. ¶. 453. p. m. 40. Keckermann. Curs. Phil. disp.* XXVIII. *qu. 18. G. Horn.* L. III. *H. N. c. 20. Knipschild. de Jur. Civit. Imp. L. V. c. 18. n. 8. seqq. Reys in camp. elys. jucund. qq. 47. Heider. Polit. c. 1. f. m. 124. Gellium* L. XII. *c. 1. Savedram. Symb. Polit. 1. Macrob. L. V. c. 11. Higmor. disqu. anat.* L. II. P. I. *c. 2. p. m. 122. Liebenthal. Colleg. Polit. exerc. 1 v. Coroll. 5. p. m. 147. Balduin.* L. IV. *c. 14. cas. conscient. 3. p. m. 1223. seqq. Plut. de puer. inst. Canonher. in I. liber. Hipp. aph. Vol. I. p. m. 446. seqq. Harprecht. P. I. disqu. 1. th. 44. Scheurl. l. cit. Bernegger. qq. miscell. ex Tacito n. 115. Arnis. L. I. Polit. c. 18. p. m. 561. Speidel. in speculo sub voce* Säug-Amm *p. m. 1108.*

Et sicul-

Et ficulneæ sunt *Gallegi de la Serna* ratiunculæ in contrarium allatæ. *L. de alend. fœt. ration. c. 8.* Nemesis autem divina est, quâ de ex relationibus publ. ann. 1671. *Sachs.* noster in *Eph. Cur. ann. II. obs. 155. in schol. p. m. 245.* *Serna delirans. Nemesis divina.*

§. 54. Sicuti autem monstra portentaq; passim fiunt, & *mulieres* insolita pariunt, putà *elephantum*, *Plin. L. VII. c. 3. Th. Europ. T. VII. p. m. 115.* *draconem Th. Europ. T. VII. p. m. 703. leonem Abb. Ursperg. in chron. p. m. 351.* *mures*, *Borell. C. III. obs. 73. & C. IV. obs. 100. glirem*, *Bartholin. C. I. obs. 10.* quod & *Isennaci* factum esse refert *Weinrich. L. de monstris c. 17. p. m. 161.* *canem & felem*, teste *Jacob. Philipp. Bergomensi*, *Ord. Eremit. S. August. in supplem. Chron. impress. Venetiis A. C. 1483.* & quidem *L. XV. p. m. 175. c. p.* Add. *Schenck IV. obs. 731. & Eph. Curios. Germ. Decur. II. ann. I. obs. 1. in schol.* nec non *Schott. L. V. Phys. Curios. c. 5.* Ita *brutorum* natura haud rarò à destinato legitimi fœtûs opere variè aberrat. Apud *Val. Maxim. L. I. c. 6. ext. n. 1.* equa peperit *leporem*. & apud *Cæl. Rhodig. L. XIII. A. L. c. 14.* ovis *leonem*, bos *agnum Gobel. Person. Cosmodr. æt. vi. c. 4.* An. 1631. Mens. Jun. enixa est *felis* in Austria duos *canes* & unum felem, qui S. C. Maj. oblati sunt. *Th. Europ. T. II. p. m. 415.* An. 1676. Mens. Jul. *Hüxariæ* ad Visurgim *canis* unà cum tribus *catulis* peperit *felem*, sed quæ aures habuit *caninas*, & brevi mortua est. De lupo *canem* pariente vid. *hist. monstror. Schenck. p. m. 112.* *Partus insoliti.*

Nuper in Dania *vacca* unà cum *vitulo* etiam XXX. *catulos caninos* in vulva habuit. Omnes erant vivi, quorum singuli in sua membrana suoque loco latebant. An *canes pastorales* aut villatici vaccam conscenderint, an aliunde *canis* forma inducta, vel an cotyledones astantibus imposuerint, dubitat, hoc qui scribit, ὁ θαυμάσιος *Bartholin. Vol. II. Act. Hafniens. obs. 2.* Scripsi nuper Venerando seni, penitiùs indagaturus inauditæ hujus historiæ fidem. Ad nihil exinde rescivit amplius. Retur *Pollux* noster, *molas* fuisse *caninam* figuram præ se ferentes, quod cunprimis ex numero fœtuum *caninorum* colligit, nec vixisse repugnat, si quis vitam molarum in quadam *vasorum palpitatione* & *pulsu* consistere, cum eodem asserat. Nec inanem tamen Magni *Bartolini* conjecturam de *cotyledonibus* (de quibus nervosè & prolixè *Lindan. Med. Phys. c. VII. art. 11. Fabric. ab Aquapend. L. de form. fœt P. I. c. 4. & Highmor. disquis. anat. L. I. P. IV. c. 6.*) æstimat. Certè si in *ovis vaccinis* (ut ex Neotericorum hypothesi loquimur,) non nisi *bovini* aut *vaccini* corporis latet delineatio, quomodo illa licèt *caninum*, aut humanum, superveniat sperma, extingui, & alius corporis idea introduci poterit, cùm saltem ad *idearum evolutionem* masculum semen suum conferat symbolum? Dixerim ergo: *Vacca peperit canes.*

*Nil spernat auris, nec tamen* credat *statim.*

§. 55. At si omnia, secundùm *Harvëum exercit. degener. animal. 43.* ex *canis ex ovo, &c.*

*ovo*, quidnî etiam *canis*, homo &c. Vid. *Stenonij* mei obferv. 88. *T. II. Act. Med. Haf. p. m.* 210. *Casp. Bartolin. Th. F. epist. anat. Rom. an. 1676. edit. aut. T. V. Act. Med. Hafn. obf.* 14. *& 15. Paul. Brand. differt. de ovo humano Hafn. edit. in 4. an. 1677. & Virdung. in Eph. Germ. Curiof. ann. III. obf. 68.* ac *Kerckringii Anthropogen. Ichnogr.* Conf. *Garmanni* noftri auream differt. de *ovo humano. D. de Graaf L. de mulier. Organ. c. XII. p. 176. feqq.* & Excell. mei *Francis Satyr. Med. Contin. IV. c. f. ac T. VI. Eph. Cur. Germ. obf. 196. feqq.*

canis oviparus. §. 56. Hoc etiam mirabile, quod *Jungius*, Collega Curiofus, in *Ephem. noftris T. II. obf 250.* de *cane oviparo* habet; qui cùm efcam quandam à ruftica, fingulari artificiô pro galinis fuis, ut *ova copiofiora* & *majora* parerent, præparatam devoraret, dominum fuum in itinere infequens aliquot *ova, unum poft alterum*, pluribus confpicientibus, per *alvum* excludere vifus eft, unde multùm debilitatus, efcâ illâ excretâ, priftino vigori reftitutus fuit. Conf. *Thef. Pract. adauct. Befoldi p. m 389. B.* Idem

& rufticus. prorfus de *ruftico* bonâ fide mihi narravit Amicus. Idem de alio *cane* in Weftphalia, *ova per os* excludente, audivimus. *Vera ova* fuiffe, quis cre-

& mulier. det? *Mulierem* tamen *Norwagicam*, loco fœtûs humani, *duo ova gallinaceis fimillima* exclufiffe, quorum unum fractum vitellum habuit & albumen, teftatur *Bartholin.* Decus Boreale, *C. I. h. 4.* & in agro *Vincentino* idem obfervavit *Rhod. C. III. obf. 57.* Add. *Virdung. obf. in Eph. Curiof. ann. III. p. m. 214. Hafniæ* quoq; *uxor* poft multos dolores peperit *ovum*, fed teftâ molliufculâ, quô ftatim apprehensô, ut quid rei effet, preffiùs intueretur, compreſsâ manû imprudentiùs fregit, nec, præter flatus, quicquam invenit, putamina verò mollia putrida abjecit in fterquilinium. *Barthol.*

& bos. *C. III. ep. 27. p. m. 101.* De *ovo* in *bovis* ventriculo invento vid. *Schenck. hift.*

& gallus. *de monftr. p. m. 129.* De *gallo oviparo* Hafnienfi Idem *Bartholin.* C. III. *ep. 52. & C. I. hift. anat. 99.* de alio *Eph. Germ. Curiof. ann. II. obf. 177. & ann. IV. in analect. p. m. 301. Decur. II. Mifcell. Cur. ann. I. obf. 145 J. Faber. Lynceus, in expofit. nov. Hifpan. anim. p. m. 773. Lemn. L. IV. O. N. c. 12.* & Cl. *Kirchmayer* in differt. de *Bafilifco c. 3. §. 2.* At *fimile* non eft *idem*. Maffam *oviformem* (qualem in muliere *Lipf.* obfervavit *Salmut* C. II. *obf. 7.*) *gallus* poteft

an bafilifcus ex ovo galli? rejicere, fed *bafilifcum* inde generari, ne jurantibus credo cum *Aldrovand. L. IV. Ornith. c. 1. p. m. 104.* Vid. abfurdam & fictitiam hanc genefin fufiùs damnatam à *Sebiz. L. III. de fac. alim. c. 12. p. m. 954. Kirchmayer. loc. cit. Borell. C. IV. obf. 10. Sennert. de Conf. & diffenf.* Ergo, fi bafilifci funt, (quidam enim cum *Matthiol. in L. VI. Diofc. c. ult. Hermol. Barbaro* L. II. *Coroll. c. 219. in Diof. Cardan. L. I. de venen. c. 16. Varro* L. II. *de fafcin. c. p. m. 114.*) negant, nullam aliunde habent originem, nifi è *fuo femmine*. *Canis* generat *canem*; homo hominem; bafilifcus bafilifcum &c. Fabulofam iftam, & tàm Scripturæ, quàm Naturæ adverfam generationem *æqui vocam* omninò explodimus & averfamur. *Mifcell. Cur. ann. III. obf. 128.*

§. 57.

§. 57. Absurdum nobis est, ait *Sperling.* L. III. *Zool. c. 6. q. 3. & L. I. Inst. Phys. c. 9. qu. 15.* cum *Nierenb. L. V. Hist. nat. c. 6.* ex *hominis* & *bruti* congressu *verum* edi posse hominem. Sed Excell. *Bartholino C. V. h. 87.* pro vero narratum est, in aula Ducis cujusdam Gallici ex *cane* filiam natam esse cuidam fœminæ eleganti formâ, & *matri* similiorem, quàm patri. Nam nihil *caninum* præ se ferebat, nisi quòd in lecto se volutârit. *Conf. Ælian. L. VII. de anim. c. 19. & Cardan. de variet. rer.* L. VII. *c. 31. p. m. 239.* Venustè *Paulus Macias* apud *Aldrovand.* L. III. *de quadrup. c. 1. p. m. 486. in Philocynam, canis* amore flagrantem. *Attilam* Hunnorum Regem, ex muliere à *cane* constuprata ortum tradunt Historici. *C. à Reys in camp. elys. juc. qq. 45. n. 34.* Sed figmentum videtur. Nam apud *Jordanum* (vulgò *Jornandem*) *Nauclerum*, & *Callimachum*, Attilæ pater *Mundizucus*, seu *Mundiuchus*, vel *Mundizius*, aut *Mazuchus* nominatur. Quòd verò *Licet. l. a. p. m. 182.* memorat, exemplum est sine exemplo, de muliere sc. quæ sub imperio Ducis *Lotharii* A. C. 854. partum edidit specie hominis & *canis*, corporibus integerrimè conjunctis, dorso connexis ac dorsi spina solidissimè conglutinatis. Hoc verò abominabile, quod apud *Olear.* L. III. *Itin. Persic. p. m. 481.* legimus de quodam in universali contractura, jussû Medicorum, cum *magna cane* coeunte. Constans etiam traditio, *Pegusianus* & *Siniatos*, Indiæ gentes, originem duxisse à *cane*, qui cum puella naufraga corpus miscuerat. *Schott.* L. III. *Phys. Curios. c. 5. §. 2. Joh. de Barres*, *citante Delrio disqu. magic. p. 380.* Suecicam virginem ex *urso* gravidam filium peperisse, cui à parente *ursi* nomen impositum, scimus ex *Sax. Grammat. L. X. Hist. Dan. & Ol. Magno.* L. XVIII. c. 30. *Damoni* id imputat *Del Rio* L. II. *disquis. magic. qu. 14. Cent. Magdenb. C. X. c. 13. p. m. 639.* historiam hanc inter *Ovidii metamorphoses* reponunt, addunt tamen: raptorem istum fuisse hominem, nomine *Biorn*, ut in Borea vocant *ursum*, Quæ sententia etiam est nostra, & *Cl. Stephanii in not. ad Sax. Grammat. p. m. 210.* Credibile tamen, ex *urso* imprægnari posse virginem. Sunt enim sequioris sexûs amantissimi. De pueris ex *equa* natis vid. *Höpfner.* apud *Horst. S. IV. ep. med p. m. 379.* Fuit in Belgio nefarius quidam, qui *vaccæ* se commiscuit, quæ perfectum & pulchrum *puerum* postea peperit, qui *baptizatus pietati se addixit*, & seriâ pœnitentiâ patris sui crimina expiavit. *Delrio l. c. p. m. 382.* Sensit tamen in animo propensiones *vaccinas pascendi prata*, & *herbas ruminandi.* Sed à *vacca* natum abnuit, & vaccæ parturienti vento gravidæ à diabolo suppositum fingit *Del-Rio l. cit.* Quod *voluntarium assertum nullâ comprobatione munitum* vocat *Licet.* L. II. *de monstr. c. 68. p. m. 219.* De infantibus ex fœmina & *simio* natis vid. *Licet. l. c. & J. Walter. Temp. Historic. n. 15.* Heîc promptiùs dabimus causam, cur à *brutis masculis fœmina*

*canis generat hominem.*

*Hominus ex cane.*

*monstrosa historia.*

*execrandus coitus.*

*ex urso homo*

*ex equa.*

*ex Vacca.*

*cur à brutis fœtus humanâ formâ generentur?*

*mina impraegnata* formâ humanâ *in lucem edant faetus?* Scilicet humana in *ovo* latent lineamenta, quae si absq; *inordinata turbatione* & *impetu* à superveniente spermate explicantur, verus, *quoad faciem* (an quoad rationem, & cetera perfectum hominem spectantia requisita, non edico, quia secundùm *August.* L. XVI. *de C. D. c. 8.* ex *Adam* qui sunt, *homines* sunt) foetus humanus luci donabitur: quod si autem *impetuosè* fiat idearum evolutio, perturbabuntur, emergetq; *monstrum.*

*Canis in Viro natus.* §. 58. Sed magis miranda narrabo. A. C. 1666. opifex in *Frisia orientali* propè *Embdam* in pago *Riesum*, qui aliquoties in *Grönlandiam* ad capiendas balaenas unà profectus erat, in epigastrio dolores & tumores sensit, tandem nihil valentibus remediis extinguitur. Apertô cadavere *faetus monstrosus*, figurâ externâ *cani similis* & pilis refertus, in ventriculo ejus, & quidem lateri ipsius fundi firmiter ac nimis arctè annatus, repertus est, teste *Zephyro* nostro de *Tubauteri Sect. II. p. m. 90.* Alia peperit *cattum*, notante *Pegaso l. in Eph. Cur. Germ. ann. I. obs. 109.* An. 1590 sartor Hanoveranus, *Albert. Hencke*, duos *catulos albos, vivos, repentes & nondum videntes* evomuit, qui in patina figulina in templo *S. Georg.* expositi fuerunt, ut ab omnibus viderentur. *Meibom. in Chron. Brunsv. Magdeb.* An. 1620. *impr.* P. III. *p. m. 548.* *Zeiler.* C. III. *epist. pag. 640.* Ancilla *Schvvabstedtensis* in Ducatu Schlesvicensi à *cane* Anglico impraegnata peperit *tres catulos.* Vid. *Helvvaderi Sylv. Chronol. circul. Balthici ad ann. 1600.* Et An. 1677. M. Octobr. in vico trans-Danubiano Raickendorf duobus milliaribus *Posoniô* distante, puer quinquennis torminibus ventris correptus alvum deposuit. Accurrens mater inspectura excrementa, annon aliquid disenterici subesset, nihil quidem tale, sed *frustum* invenit *carnis membranosum*, *albicans*, illud ut quid contineat videret, dissecans, *faetum caninum* bene formatum cum stupore extraxit. Consternata mater rem novam & insolitam statim ad Dominum illius loci Dn. Comitem *Adamum Forgatsch* detulit; Hic misit D. *Schiltpachero.* Vid. *Eph. Germ. Curios. ann.* VIII. *obs. 58.* Puella quaedam *Duacensis* cùm insolito quôdam & prorsus exoticô tumore, qui tergo ejus insederat, diu conflictata esset, nilque proficientibus medicamentis in summam atrophiam incideret, tumor iste tandem ruptus virulentum exclusit *bufonem.* *Kirch. de Peste S.* III. *c. 3. p. m. 308.* Similem historiam habet *D. de Sorbait in Eph. Germ. Curios. ann.* II. *obs. 103.* Scilicet excrementa *semine* turgida ubiq; latitant. Excrementis autem *faecundam inesse materiam & principium vitale*, rectè docet *Arist.* L. III. *de generat. anim. c. 3.* Arbor *Guajaba* ex avium *excrementis* in infinitum crevit, ut jam nullum plantarium reperiatur in Brasilia, ubi non extet. *Margraf. in Hist. plantar. Brasil.* L. III. *c. 7.* Quis nescit, ex majorum muscarum excrementis *vermes* enasci?

[Margin notes: *Cattus ex muliere. Catuli ex Viro.* — *ex puero.* — *Bufo ex puella.* — *Et Viro.* — *excrementis inest semen.*]

§. 59.

§ 59. Corpus *canis* hirrum est. *Pedes* in digitos fissi, & quidem anteriores *quinis* distincti, ut lupi, posteriores *quaternis*. Interdum *tribus* incedit pedibus, quia siccæ est temperiei, inprimis quoad partes posteriores: hinc fit, ut hæ sæpius contrahantur. In nova *Zembla* adeò aspera tellus est, ut intra horæ quadrantem *canum* pedes miserè atterantur. In Dania *pes anterior* frangitur *canibus villaticis*, ne feras insequantur. Quæ de pago Weinlöhs in Seelandia, tempore *Christiani IV.* ibidem facta, mihi narrârunt incolæ, supprimo. Apud nos portant fustem seu baculum in collo ob eandem causam. Dextrum *canis* pedem anteriorem sphacelatum sine ullo dolore spontè decidentem vidi. Similia habet *Barthol. C. I. hist. 69 Tulp. IV. obs. 50. Borell. obs. 14. communic p. m. 47. Canem* cum *sex* tibiis idem nobis sistit *Borell. C. II. obs. 83.* *Corpus posterius & anterius canis. tribus cur incedat? canes novæ Zemblæ, in Dania pes sphacelatus decidens. canis multipes.*

§. 60. *Medius* inter primarios *canum* morbos est *podagra*, soboles immodicæ Veneris, *judicio Alsted.* L. VII. *Phys.* P. VI. c. 5. *p. m.* 591. At ego *juvenculum* vidi hâc pedum torturâ miserè excruciatum. Rectè igitur contra *Hippocr.* L. VI. *aphor.* 30. docet *Laurentius, Med. Lubecens, exercit. IX. p. m.* 137. *seqq.* pueros *ante Veneris usum* etiam fieri podagricos. Exempla dabunt *Eph. Cur. Germ. ann.* VIII. *obs.* 12. *Salmut.* C. III. *obs.* 57. & 74. Materiam podagræ à *capite* derivat *Fernel. L. V. Pathol. VI. p. m.* 529. & *L.* VI. *c.* 18. *p.* 636. *ac Mart. Pansa.* L. I. *de podagra c.* 5. Sed merito solidèq; refutantur à *Löselio tr. de podagra* S. I *Theoric, membr. I art* 4 *subsect.* 2. *p.* 71. *seqq.* *podagra canis. pueri podagrici. lapsus Fernelii.*

§. 61. *Caudâ canis* blanditur maximè. *Tob. XI. 9.* Convoluta & intorta singulare ducitur ornamentum. Degeneres sub alvum eam flectunt; in fuga etiam intra crura demissam habent. In venatione si indagatores caudam sæpius motitant, & accuratius vestigiis inhærentes huc illucque se vertentes, subsistentesq; eodem reversi, iterum aliò atq; aliò se flectentes singula rimantur, significant: *leporem esse in propinquo*. *Syllogismo* qs. colligunt, aut hûc divertisse aut illuc: si neque hûc neq; illûc, necesse est igitur, ut isthâc diverterit, ut ex *Heresbach* notat *Camer.* C. II. *hist. c.* 100. Rectè igitur nominantur *Dialectici*, *Plut.* T. III. *Moral. L. de anim. solert. p* 64. Hodie multis amputatur *cauda* ut equis, quem morem minùs probo. *Ornatus & robur* inest *caudæ*. Hinc apud *Varron.* Lib. II. *R. R. c.* 7. equi generosi formam commendat *longa cauda*. Robur verò inesse, aurigis notum est, qui ex locis uliginosis currum extracturi *cauda equinæ* alligant, ut fortiùs trahant. Habuit Alcibiades *canem*, magnitudine & formâ mirabili, emtum LXX. minis. Huic *caudam* etiam oppidò elegantem amputabat. Inde familiaribus culpantibus referentibusq;, eum *canis* causâ ab omnibus Atheniensibus convitiis proscindi, subridens respondit: *hoc est, quod volebam. Hunc enim volo sermonem Athenienses habeant, ne quid de me deterius loquantur.* Somnia autem, de quibus *Plinius* *Cauda. canis est Logicus. caudæ amputatio improbatur. canis Alcibiadis. Somnia.*

*nius* & *Columella* dicentes: *caudas catulorum post diem 40, quam sunt editi, castrandas esse. Sic enim tutos fieri à rabie.* Modum hujus castrationis docet *Mizald. C. IV. h. 90.*

*sanguis ater. experimenta.* §. 62. De *sanguine canis atro* adusto vid. *Severin. Zool. P. IV. p. m. 308.* Elegans experimentum Excell. *Borrichy* vid. in *epist. Bartholinian. de hepate defuncto p. m. 83.* qui sanguini *canis* arteriosi, in quinq; diversis vasculis posito, quinq; diversos liquores miscuit, Aceti destillati, Olei Salis Tartari, solut. alumin. Spiritus Vini & Spiritus Salis Armoniaci, & accuratè inde

*nova syncopes causa.* productos effectus annotavit. Certum est, ait *Hercules noster* (*Curiosus in Eph. Germ. ann. II. obs. 197.*) *à subeuntibus sanguinem humoribus variè alterari in corpore ipsius crasin, variosq; inde resultare morbos.* Et inter alia producta non leve est *grumescentia sanguinis*, quæ si contingat, accedente nimirum sanguini concentrante fixanteq; tali liquore vel vapore, certissimū est, turbari œconomiam ipsius & dari *lipothymiæ* & *syncopes*; si in gradu majori id fiat: Sin minori, expultrix cordis ad motum illegitimum irritatur, *palpitationem tremoremve* inducit.

*temperamentum canis.* §. 63. *Temperamentum canis calidum* est & *siccum*. *Gal. L. I. de temp. c. 5 p. m. 229.* (*media* temperiei dicit alibi *l. c. c. 6 p. m. 235*) Ab hoc ingenium ejus deducit *Faber L. V. Panchym. S. I. c 9. p. m. 602* Rectiùs enim cùm *Huarto*, Med. Hisp. diversitatem *canum*, iisdem parentibus progenitorum, ad *cerebrum* (& temperamentum) referes, quàm ad educationem solam. Alii *frigidum* & *siccum* temperamentum cani tribuunt, *Do-*

*ira ejus.* *nat. L. VI. H. M. c. 1. p. m. 584.* at male. In iram valdè proclivis est, inprimis *famella*. Hinc *Maro* L. VII. *aeneid. ℣. 493 seqq.*

> *Hunc procul errantem* rabidæ *venantis Juli*
> *commovêre* canes.

Rectè, est scholion *Taubmanni*, quia in *fœminis* plus iracundiæ est. Alii tamen legunt *rapidæ*. Boni temperamenti Indicium est, si pilos *mediocriter longos* habent. *Gesner de quadr. L. I. p. m. 160.* pulsus *caprizans canibus* ad-

*Pulsus.* modum familiaris. De *luce nativa* legi meretur *Bartholin.* L. II. *de luce*

*lux innata.* *anim. c. 7.* De *pilis* verò *incalescentium canum* notat Parens ipsius *Casp. Bartholin. L. de Meteor. ignit. c. 6.* si manû pertrectentur, adversa & crebra attritione demulceantur, *igneum* splendorem reddere.

*Cibus canum. panis caninus.* §. 64. Fercula *canis* sunt *panis, offa, caro, cadavera* &c. Inde *panis caninus*, quem *sordidum* vocat *Plaut. Asin. a. I. S. 2. ℣. 15. Lambin. panem cibarium*, qui servis dabatur. Sed putat *Colerus* viliorem fuisse, nimirum illum, quem *Jusculô superfusô canibus præberi solitum* scribit Vetus *Scholiastes Juvenal.* ad istud *Sal. V.*

> - - - - - & *farris mordere* canini.

Nam & *Terent, in Eun, a, V, S. 4. panem sordidum sordes* videtur vocare, ubi & *atrum*

*atrum panem* nominat ῥυπαρὸν. *Martial. L. XI. ep. 57. nigrum* dicit, *Horat.* L. II. *epist. secundum*, *Lamprid.* sequentem, *Cicer. Tusc. V. & Apulej. L. VI. cibarium.* Et opponitur καθαρὸς *mundus*, *Lamprid. in Alex. Severo*, *quem Horat. I. Sat. 5. pulcherrimum* vocat. Quid autem sibi volunt *caninæ bucca improbi panis* apud *Martial. L. X. ep. 5.* Conf. *Barth.* L. XLIV. *Adv. c. 28. & ossa Hircani II. ad Ptolom. Epiph. Alexandriam missi?* vid. *Joseph.* LXIV. *Antiqu. c. 4. Gobelin. Person. Cosmodr. p. m. 111.* *Dentes* tamen non comedunt canes, quamvis etiam *ossa* sint *suæ speciei. Moeb. Fund. Med. Physiol. c. IX. p. m. 111.* *Recentia* gallinarum *ova* quidam voravit avidissimè. *Schott. Phys. Curios.* L. VIII. *c. 19. p. m. 839. de Tepeytz cuitli, cane montano*, etiam refert *Nierenb. Hist. de mirac. terr. promiss. c. 37. & Franc. Fernandez. in hist. quadrup. novæ Hispan. tract. I. c. 21.* A *luporum* carnibus, etiam fumô & sale conditis, siccatis, coctisque omninò adhorrent. *Canes* sanè, ob carnes *ovium* à *lupis* semiesarum devoratas, *lupinam* induêre naturam, ut in commissum sibi gregem irruerint, maximam illius partem occiderint, carnesq; lupinâ aviditate vorârint. *J. Faber Lynceus in animal. nov. Hispan. explic. c. 1. p. 488.* *Carnem caninam* non tangunt, quibuscunq; etiam oderibus ac saporibus transformetur. *Sperling. Zool.* L. III. *c. 19. qu. 1. Jonston. Thaum. Nat.* Cl. VII. *c. 10. p. m. 300. Ælian.* L. III. *c. 9.* Inde vetus proverbium: *canis caninam non est.* Quâ fronte igitur *Fioravanta* asserit: se *canem* per duos menses solâ *carne caninâ* aluisse, qui postea plenus dolorum & pustularum factus fuit, pilosque amisit. *Sennert.* L. VI. *prax. P. IV. c. 4. p. m. 139.* In regno *Pegu* incolæ quotidie diabolo sacrificantes, ne ipsos vexet, lautas epulas in viis exponunt. Sed cùm *canes* ad ipsas vorandas accedere conspiciantur, à diabolo missos credunt. *Balbus in Itin. Indic. orient. c. X.* *Cadaveribus* libenter vescuntur, abstinent verò iis, quæ à *fulmine* tacta sunt. His enim inest *virulenta* quædam & *pestilens lues*, ex qua *spiritus venenatus in contacta diffunditur. Mizald. C. I. Mem. & 69.* Quidam in Saxonia *polentam* vorabat, ut *Halberstadii* audivi. Carnem à *feris* discerptam *canibus* projici mandat Deus *Exod.* XXII. 31.

*Ossa Hircani.*

*Lapsus Fioravanta.*

*Barbaror. dementia.*

§. 65. Apud *Homerum Iliad. N.* *Hector* jactans se interfecturum *Ajacem* inquit:

> *Ac Trojanorum saturabis* canes *& aves pinguedine ac carnibus, prostratus apud naves Græcorum*

> - - - - - - canibus *data præda latinis*
> alitibusq; *jaces.* - - - - *Virgil.* L. IX. *æneid.* ℣. 485.

Et enim *avibus cœli* & *bestiis agri* in escam tradi, significat honestâ sepulturâ caruisse. *Gen.* XL. 19. *Deut.* XXVIII. 26. I. *Sam.* XVII. 44. 46. I. *Reg.* XIV. 11. XV. 4. XXI. 23. & 24. & c. XXII. 38. II *Reg.* IX. 36. *Ps.* LXXIX. 2. *Jer.* VII. 33. XVI. 4. *Ezech.* XXIX. 5. XXXII. 4. XXXIII. 27. XXXIX. 4. 17. 18.

*Avibus & bestiis in escam tradi, maxima pœna.*

4. 17. 18. *seqq.* II. *Sam.* XXI. *Esa.* LVI. 9. Mos olim erat, ut hostium interfectorum cadavera *canibus* devoranda linquerêtur, ut colligitur ex comminatione *Davidis I. Sam.* XVII. 46. *Auferam caput tuum & reliquum truncum* canibus *tui similibus lacerandum relinquam* interpretatur *Joseph.* L. VI. *A. J. c.* 10. *Hercules* apud *Euripid. in Hercule furente* ajebat: *Se abscissurum impium caput Lyci & objecturum* canibus. Maxima certè pœna, si Deus permitteret, ut peccatores à *canibus* devorentur. I. *Reg.* XIV. 11 XV. 4. XXI. 23. *seqq.* II. *Reg.* IX. 10. 34. *seqq. Jerem.* XV. 3. *Joseph.* L. VII. *de B. J. c.* 14. vel ut *lingant eorum sanguinem. I. Reg* XXII. 38. Famelici evadunt truculenti, & non solùm pecora, sed etiam homines invadunt & occidunt. In Insula *Delo* itaq; non alebantur, ut ab omni cæde & inquinamentis esset libera. *Peucer. de divinat. gen. p. m.* 237.

*Opium non nocet cani.* §. 66. Illustris *Boylæus*, teste *D. Borrichio* apud *Bartholin.* C. *IV. epist.* 92. *p. m.* 522. *cani* propinavit *opij dosin*, ex qua homo subitò obiisset, nec ullum *evidens* attulit corpori detrimentum. Eadem *felis* propinata *biliosum* animal egit in rabiem. Alius *canis* in arteriam *opii* tincturâ infusâ mox in vertiginem, & paulò post in soporem incidebat, paulatimque ex eo tempore mirum in modum cœpit pinguescere. In alterius *molossi* arteriam infusus *crocus metallorum* minuta quantitate nil invexit damni, cùm autem dosis ad uncias tres adaugeretur, miser animam & omnia simul evomuit.

*historia singularis.* §. 67. *Canis* Junior *famelicus* nuper musculosam carnem *leænæ* morbô extinctæ flaccidam & *putredini* obnoxiam devorabat, & sequenti die *ἄνω καὶ κάτω meros excrevit vermes*, notante *D. Greiselio, Anatomico Viennensi, in Ephem. Curios. Germ. ann. II. obs.* 5. *p. m.* 7. Hoc est, quod *Kircherus, Promptuarium istud reconditæ eruditionis, Fautor & Amicus olim noster selectus* toties, inprimis *Lib. de peste S. I. c.* 7. & 2. *p. m.* 69. seriò inculcat: *omnia putrida esse verminosa.* Quod & ipse nunquam credidisset, nisi frequenti multorum annorum experimento comprobâsset. Legas velim, Curiose Lector, *secretioris naturæ istud amusium*, & victas dabis manus.

*Canes Viperas Vorant sine noxa.* §. 68. Ego cum *Franc. Redi Nob. Aretino, Academico Furfur. tract. de Viper. p. m.* 13. *c. f. Zvvölfero Pharm. Aug. reformat. p. m.* 377. & *Boylæo apud Th. Bartholin. C. IV. epist.* 92. *canibus* non semel *crudas viperas*, & jamjam occisas, unà cum *capitibus, visceribus, caudis, vesiculaq; fellea* devorandas objeci, sine omni vitæ discrimine, sine ullo manifesto veneni periculo. Quid? quod ipsas *viperas* & *serpentes* ab omni homine *securè* & in cibo comedi posse, laudatissimus *Redus l. a. p. m.* 24. *c. f.* seriò attestatur. Sic alii *busones Borell.* C. II. *obs.* 37. *scorpiones Ephem. Cur. Germ. T.* II. *obs.* 205. *araneas Borell.* C. III. *obs.* 19. *serpentes Idem* C. II. *obs.* 37. & C. IV. *obs.* 95. innoxiè devorârunt. Hinc *Lynceus* ille *Faber in Anim.*

*in Anim. nov. Hispan. Nard. Anton. Rechi not. p. m. 781.* apertè dicit! nullum venenum *absolute* dari, sed *relatione solummodò habita ad objectum.* Ne temnas autem, quæso, curiosas observationes *Cl. Raygeri in Eph. Cur. Germ. ann. IV. n. 2.* quæ omninò legi merentur. *an detur venenum?*

§. 69. *Canem levem* in India solô *aere* nutriri, ut *Zach. L. IV. qu. med. legal. 7. p. m. 217.* scribit, rectè negatur à *Liceto L. II. de spont. viv. ort. c. 32.* Fabula etiam, quicquid de *Chamæleontis* pabulo aereo nugatur *Plin.* Lib. VIII. c. 33. Vid. *Vogtii Cursof. Physic. c. 5. Bellon. L. II. obs. 25. O. Dapper. descript. Ægypti p. m. 118. Sennert. L. III. Pr P. I. S. 2. c. 2 p. m. 86. Santorell. Ante-prax. med. L. XVI. c. 4. Bartholin. C. II. hist 62. & Lib. III. de luce anim. c. VI. probl. 2. J. Faber Lynceus de animal. nov. Hispan. p. 723 Sachs. Gammarol. L. I. §. 11. Brod. L. VI. Miscellan. c. 21. Zacut. L. II. Med. hist. p. m. 519. Sebiz. L. V. de aliment. fac probl. 23. p. m. 1261.* Erroneum etiam, quod *Scalig. exerc. 229.* de *manucodiata* aurivora refert. Vid. Cl. *Bartholin. C. VI. hist. 56. Kirchmayer,* Prof. Wittenb. Amic. nostri, *dissert. de ave Paradisi, & singular. tract. D. Frider. Lachmund. Medici Hildesiens*, de hac ave. Nec *Garmanni* nostri experimentum meo respondit. Aër si *alimentosis* halitibus sit perfusus, utcunque alere potest; purus autem & *ratione sui* spectatus nequaquam. Et *illô*, non *hoc* modô araneas *aere* fuisse nutritas credimus. *Vid. Eph. Cur. Germ. T. I. obs. 120.* Adde *Paul. Marquard. Schlegel. disp. habit. Altorfi* An. 16 7. d. 31. Octobr. qui pulchrè de *aereo spirituum nutrimento vano & nullo* discu rit. *An aer nutriat?*

§. 70. Dixit mihi quondam Nobilis fide dignus, è Comitatu *Lippiensi*, se vidisse *canem* lapillos, etiam *duriores*, & majusculos, cupidè vorantem; & fine omni noxâ certo tempore eosdem evomentem. At similes ei miraberis convictores apud *Bartholin. C. I. h. 44. Borell. C. I. obs. 69. Eph. Germ. Cur. T. I. obs. 83 p. m. 199.* Magna Sym- & antipathiæ vis, quam prolixiùs enarrare non unius diei studium foret. Jucunda historia de *Scholtzii cane*, qu, quando in testudine fides nervi intendebantur, miserrimè ululabat, qs. verbera magnosque cruciatus sentiret. At idem, cùm numerosè sonarent, non tacebat tantùm, sed gestiebat etiam, quod eidem ad campanarum pulsum vehementiorem accidi, *Weinrich. de monstr. c. 8. p. m. 65.* Add. *Ulyss. Aldrovand. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 490.* Et adhuc amicissimo nostro *D. D. Petri*, Dno. ab Hartenfels / *Prof. Erfurtin. & Medic. Mogunt. canis* domesticus gallinis insidias, ad catenam, propter ædium custodiem, damnatus, qui quàmprimùm campanarum in vicina turri sonitum audit, horendum in modum ululat. *Canis saxivorus. Vis antipathia.*

§. 71. Quî autem *canis* ossa concoquit? De vera chyloseos causâ variè disputant eruditi. Collegit multorum opiniones *Cl. Moeb. in fund. Med. Physiol. c. X. p. m. 167. seqq.* Mihi cum *Kergero*, Physico Lignicensi, *qui canis ossa concoquat?*

 fer-

*& equa.* perit *gemellos.* Similem historiam de *equa infibulata* refert Summus *Harveus exercit. de Partu p. m. 269. D. D. Henr. à Moinichen, Reg. in*
*& puella.* *Dania Medicus*, vidit Romæ *puellam*, quæ à nativitate *vulvam* habuit *clausam*, relictô saltem exiguô foramine, per quod urina & menses fluebant; ipsa tamen imprægnata statô tempore peperit filium, *vulvâ* antè ferrô apertâ. *Vid. obs. 13. à laudat. Moinichenio Th. Barthol.* transmiss.

*quot pariat canis.* §. 52. Communiter sex aut quinque pariunt, plures tamen etiam, ut XVIII. & XIX. ex observatione *Alberti. Melitenses* plerunq; unum seu duos, Mens. *Maj.* nati optimi habentur: utq; nobiliores, eò studiosiùs educandi, ceteros, qui mali characteris sunt, abjicimus in amnem. *Ir-*
*Historia notabilis.* *mentruda, Isenhardi*, Comitis *Altorfini* in *Suevia*, conjux bis senos enixa filios, unô retentô, omnes in aquam conjici jussit. Maritus autem fortè vetulam, cui opus demandatum, offendens rogabat: quid occuleret portaretvé? regessit ista, *canes:* Cedò igitur, ait Comes, si qui ad venationem apti, servabimus. Sic dolô detectô pusiones servati. *Zeiler. Theat. Tragic. hist. 24. p. m. 989.* Idem de *Gebhard. I.* Comitis *Querfurtensis*, conjuge recitat *Spangenberg.* L. II. *Chronic. Querfurt. c. XI. p. m. 134. seqq.*

*purgatio à partu.* §. 53. A partu per aliquot dies rejiciunt crassum & humidum phlegma ac macrescunt. Quintô vel sextô demum mense fœmina marem rur-
*experimenta Vulgi.* sus admittit, etiam citiùs. Vulgi experimenta, queîs probare conatur, quisnam præstantissimus *catulorum*, vid. sîs apud *Gesner. hist. anim. p. m. 87. in* Κυνοτρόφ. *Phæmon. c. 2. Petr. Angelin. L. V. Cynaget. p. m. 145.* Est & alia proba *catuli* melioris. In libram impositio omnes, & *gravio-*
*catuli à matre alendi* *rem* eligito. Quos verò tute retinere volueris, fac sis *ab ipsa matre* alantur, & non ab altera quavis etiam. Τὸ γὰρ τῆς μητρὸς γάλα πάνυ ὠφέλιμον ἐςὶν. *Lac namq; matris utilissimum.* Utinam & terq; quaterq; ô utinam!
*Gestum pro mulierculis* hoc nostræ intelligerent mulierculæ, & legem istam à *Cl. Scheurlio diss. IV. Polit. th. 16.* conditam sobriè expenderent, næ infinita Reip. mala
*Matres sint nutrices, non meretrices.* averterentur. Vid. in hanc sententiam fusiùs *Arist. VII. Polit. 17. Danæum* L. II. *Pol. c. ult. Rittershus. ad* L. I. *Oppian. cynaget. v. 453. p. m. 40. Keckermann. Curs. Phil. disp.* XXVIII. *qu. 18. G. Horn.* L. III. *H. N. c. 20. Knipschild. de Jur. Civit. Imp. L. V. c. 18. n. 8. seqq. Reys in camp. elys. jucund. qq. 47. Heider. Polit. c. 1. f. m. 124. Gellium* L. XII. *c. 1. Savedram. Symb. Polit. 1. Macrob. L. V. c. 11. Higmor. disqu. anat.* L. II. P. I. *c. 2. p. m. 122. Liebenthal. Colleg. Polit. exerc. 1 v. Coroll. 5. p. m. 147. Balduin.* L. IV. *c. 14. cas. conscient. 3. p. m. 1223. seqq. Plut. de puer. inst. Canonher. in I. liber. Hipp. aph. Vol. I. p. m. 446. seqq. Harprecht. P. I. disqu. 1. th. 44. Scheurl. l. cit. Bernegger. qq. miscell. ex Tacito n. 115. Arnis. L. I. Polit. c. 18. p. m. 561. Speidel. in speculo sub voce* Säug=Amm *p. m. 1108.*

Et sicul-

Et ficulneæ ſunt *Gallegi de la Serna* ratiunculæ in contrarium allatæ. *L. de alend. fœt. ration. c. 8.* Nemeſis autem divina eſt, quâ de ex relationibus publ. ann. 1671. *Sachs.* noſter in *Eph. Cur. ann. II, obſ. 155. in ſchol. p. m. 245.*

*Serna delirans.*

*Nemeſis divina.*

§. 54. Sicuti autem monſtra portentaq; paſſim fiunt, & *mulieres* inſolita pariunt, putâ *elephantum*, *Plin. L. VII. c. 3. Th. Europ. T. VII. p. m. 115. draconem Th. Europ. T. VII. p. m. 703. leonem Abb. Urſperg. in chron. p. m. 351. mures, Borell. C. III. obſ. 73. & C. IV. obſ. 100. glirem, Bartholin. C. I. obſ. 10.* quod & *Iſennaci* factum eſſe refert *Wesmrich. L. de monſtris c. 17. p. m. 161. canem & felem*, teſte *Jacob. Philipp. Bergomenſi, Ord. Eremit. S. Auguſt. in ſupplem. Chron. impreſſ. Venetiis A. C. 1483.* & quidem *L. XV. p. m. 175. c. p.* Add. *Schenck IV. obſ. 731. & Eph. Curioſ. Germ. Decur. II. ann. I obſ. 1. in ſchol.* nec non *Schott. L. V. Phyſ. Curios. c. 5.* Ita *brutorum* natura haud rarò à deſtinato legitimi fœtûs opere variè aberrat. Apud *Val. Maxim. L. I. c. 6. ext. n. 1.* equa peperit *leporem*. & apud *Cæl. Rhodig. L. XIII. A. L. c. 14.* ovis *leonem*, bos *agnum Gobel. Perſon. Cosmodr. æt. VI. c. 4.* An. 1631. Mens. Jun. enixa eſt *felis* in Auſtria duos *canes* & unum felem, qui S. C. Maj. oblati ſunt. *Th. Europ. T. II. p. m. 415.* An. 1676. Mens. Jul. *Hüxariæ* ad Viſurgium *canis* unà cum tribus *catulis* peperit *felem*, ſed quæ aures habuit *caninas*, & brevi mortua eſt. De lupo *canem* pariente vid. *hiſt. monſtror. Schenck. p. m. 112.* Nuper in Dania *vacca* unà cum *vitulo* etiam XXX. *catulos caninos* in vulva habuit. Omnes erant vivi, quorum ſinguli in ſua membrana ſuoque loco latebant. An *canes paſtorales* aut villatici vaccam conſcenderint, an aliunde *canis* forma inducta, vel an cotyledones aſtantibus impoſuerint, dubitat, hoc qui ſcribit, ὁ θαυμάσιος *Bartholin. Vol. II. Act. Hafniens. obſ. 2.* Scripſi nuper Venerando ſeni, penitiùs indagaturus inauditæ hujus hiſtoriæ fidem. Ad nihil exinde reſcivit amplius. Retür *Pollux* noſter, *molas* fuiſſe *caninam* figuram præ ſe ferentes, quod cunprimis ex numero fœtuum *caninorum* colligit, nec vixiſſe repugnat, ſi quis vitam molarum in quadam *vaſorum palpitatione* & *pulſu* conſiſtere, cum eodem aſſerat. Nec inanem tamen Magni *Bartolini* conjecturam de *cotyledonibus* (de quibus nervosè & prolixè *Lindan. Med. Phyſ. c. VII. art. 11. Fabric. ab Aquapend. L. de form. fœt P. I. c. 4. & Highmor. diſquis. anat. L. I. P. IV. c. 6.*) æſtimat. Certè ſi in *ovis vaccinis* (ut ex Neotericorum hypotheſi loquimur,) non niſi *bovini* aut *vaccini* corporis latet delineatio, quomodo illa licèt *caninum*, aut humanum, ſuperveniat ſperma, extingui, & alius corporis idea introduci poterit, cùm ſaltem ad *idearum evolutionem* maſculum ſemen ſuum conferat ſymbolum? Dixerim ergo:

*Partus insoliti.*

*Vacca peperit canes.*

*Nil ſpernat auris, nec tamen* credat *ſtatim.*

§. 55. At ſi omnia, ſecundùm *Harvéum exercit. degener. animal. 43.* ex

*canis ex ovo, &c.*

*ovo*, quidni etiam *canis*, homo &c. Vid. *Stenonij* mei observ. 88. *T. II. Act. Med. Haf. p. m. 210. Casp. Bartolin. Th. F. epist. anat. Rom. an. 1676. edit. aut. T. V. Act. Med. Hafn. obs. 14. & 15. Paul. Brand. dissert. de ovo humano Hafn. edit. in 4. an. 1677. & Virdung. in Eph. Germ. Curios. ann. III. obs. 68.* ac *Kerckringii Anthropogen. Ichnogr.* Conf. *Garmanni* nostri auream dissert. de *ovo humano*. *D. de Graaf L. de mulier. Organ. c. XII. p. 176. seqq.* & Excell. mei *Francs Satyr. Med. Contin. IV. c. f. ac T. VI. Eph. Cur. Germ. obs. 196. seqq.*

*canis oviparus.* §. 56. Hoc etiam mirabile, quod *Jungius*, Collega Curiosus, in *Ephem. nostris T. II. obs 250.* de *cane oviparo* habet; qui cùm escam quandam à rustica, singulari artificiô pro galinis suis, ut *ova copiosiora* & *majora* parerent, præparatam devoraret, dominum suum in itinere insequens aliquot *ova*, *unum post alterum*, pluribus conspicientibus, per *alvum* excludere visus est, unde multùm debilitatus, escâ illâ excretâ, pristino vigori restitutus fuit. Conf. *Thes. Pract. adauct. Besoldi p. m. 389. B.* Idem

*& rusticus.* prorsus de *rustico* bonâ fide mihi narravit Amicus. Idem de alio *cane* in Westphalia, *ova per os* excludente, audivimus. *Vera ova* fuisse, quis cre-

*& mulier.* det? *Mulierem* tamen *Norwagicam*, loco fœtûs humani, *duo ova gallinaceis simillima* exclusisse, quorum unum fractum vitellum habuit & album, testatur *Bartholin.* Decus Boreale, *C. I. h. 4.* & in agro *Vincentino* idem observavit *Rhod. C. III. obs. 57.* Add. *Virdung. obs. in Eph. Curios. ann. III. p. m. 214. Hafniæ* quoq; *uxor* post multos dolores peperit *ovum*, sed testâ molliusculâ, quô statim apprehensô, ut quid rei esset, pressiùs intueretur, compressâ manû imprudentiùs fregit, nec, præter flatus, quicquam invenit., putamina verò mollia putrida abjecit in sterquilinium. *Barthol.*

*& bos.* *C. III. ep. 27. p. m. 101.* De *ovo* in *bovis* ventriculo invento vid. *Schenk. hist.*

*& gallus.* *de monstr. p. m. 129.* De *gallo ovi paro* Hafniensi Idem *Bartholin.* C. III. *ep. 52. & C. I. hist. anat. 99.* de alio *Eph. Germ. Curios. ann. II. obs. 177. & ann. IV. in analect. p. m. 301. Decur. II. Miscell. Cur. ann. I. obs. 145. J. Faber. Lynceus, in exposit. nov. Hispan. anim. p. m. 773. Lemn. L. IV. O. N. c. 12.* & Cl. *Kirchmayer* in dissert. de *Basilisco c. 3. §. 2.* At *simile* non est *idem*. Massam *oviformem* (qualem in muliere *Lips.* observavit *Salmut* C. II. *obs. 7.*) *gallus* potest

*an basiliscus ex ovo galli?* rejicere, sed *basiliscum* inde generari, ne jurantibus credo cum *Aldrovand. L. IV. Ornith. c. 1. p. m. 104.* Vid. absurdam & fictitiam hanc genesin fusiùs damnatam à *Sebiz. L. III. de fac. alim. c. 12. p. m. 954. Kirchmayer. loc. cit. Borell. C. IV. obs. 10. Sennert. de Cons. & dissens.* Ergo, si basilisci sunt, (quidam enim cum *Matthiol. in L. VI. Diosc. c. ult. Hermol. Barbaro* L. II. *Coroll. c. 219. in Diosc. Cardan.* L. I. *de venen. c. 16. Varro* L. II. *de fascin. c. p. m. 114.*) negant, nullam aliunde habent originem, nisi è *suo semine*. *Canis* generat *canem*; homo hominem; basiliscus basiliscum &c. Fabulosam istam, & tàm Scripturæ, quàm Naturæ adversam generationem *æqui vocam* omninò explodimus & aversamur. *Miscell. Cur. ann.* III. *obs. 128.*

§. 57.

§. 57. Absurdum nobis est, ait *Sperling*. L. III. *Zool. c. 6. q. 3. & L. I. Inst. Phys. c. 9. qu. 15.* cum *Nierenb. L. V. Hist. nat. c. 6.* ex *hominis* & *brutis* congressu *verum* edi posse hominem. Sed Excell. *Bartholino C. V. h. 87.* pro vero narratum est, in aula Ducis cujusdam Gallici ex *cane* filiam natam esse cuidam fœminæ eleganti formâ, & *matri* similiorem, quàm patri. Nam nihil *caninum* præ se ferebat, nisi quòd in lecto se volutârit. *Conf. Ælian. L. VII. de anim. c. 19. & Cardan. de variet. rer. L. VII. c. 31. p. m. 239.* Venustè *Paulus Macias* apud *Aldrovand. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 486. in Philocynam, canis* amore flagrantem. *Attilam* Hunnorum Regem, ex muliere à *cane* constuprata ortum tradunt Historici. *C. à Reys in camp. elys. juc. qq. 45. n. 34.* Sed figmentum videtur. Nam apud *Jordanum* (vulgò *Jornandem*) *Nauclerum*, & *Callimachum*, Attilæ pater *Mundizucus*, seu *Mundiuchus*, vel *Mundzius*, aut *Mazuchus* nominatur. Quòd verò *Licet. l. c. p. m. 182.* memorat, exemplum est sine exemplo, de muliere sc. quæ sub imperio Ducis *Lotharii* A. C. 854. partum edidit specie hominis & *canis*, corporibus integerrimè conjunctis, dorso connexis ac dorsi spina solidissimè conglutinatis. Hoc verò abominabile, quod apud *Olear. L. III. Itin. Persic. p. m. 481.* legimus de quodam in universali contractura, jussû Medicorum, cum *magna cane* coeunte. Constans etiam traditio, *Pegusianus* & *Siniatos*, Indiæ gentes, originem duxisse à *cane*, qui cum puella naufraga corpus miscuerat. *Schott. L. III. Phys. Curios. c. 5. §. 2. Joh. de Barres, citante Delrio disqu. magic. p. 380.* Suecicam virginem ex *urso* gravidam filium peperisse, cui à parente *ursi* nomen impositum, scimus ex *Sax. Grammat. L. X. Hist. Dan. & Ol. Magno. L. XVIII. c. 30. Dæmoni* id imputat *Del Rio L. II. disquis. magic. qu. 14. Cent. Magdenb. C. X. c. 13. p. m. 639.* historiam hanc inter *Ovidii metamorphoses* reponunt, addunt tamen: raptorem istum fuisse hominem, nomine *Biorn*, ut in Borea vocant *ursum*, Quæ sententia etiam est nostra, & *Cl. Stephanij in not. ad Sax. Grammat. p. m. 210.* Credibile tamen, ex *urso* impraegnari posse virginem. Sunt enim sequioris sexûs amantissimi. De pueris ex *equa* natis vid. *Höpfner.* apud *Horst. S. IV. ep. med p. m. 379.* Fuit in Belgio nefarius quidam, qui *vacca* se commiscuit, quæ perfectum & pulchrum *puerum* postea peperit, qui *baptizatus pietati se addixit*, & seriâ pœnitentiâ patris sui crimina expiavit. *Delrio l. c. p. m. 382.* Sensit tamen in animo propensiones *vaccinas pascendi prata*, & *herbas ruminandi*. Sed à *vacca* natum abnuit, & vaccæ parturienti vento gravidæ à diabolo suppositum fingit *Del-Rio l. cit.* Quod *voluntarium assertum nullâ comprobatione munitum* vocat *Licet. L. II. de monstr. c. 68. p. m. 219.* De infantibus ex fœmina & *simio* natis vid. *Licet. l. c. & J. Walter. Temp. Historic. n. 15.* Heîc promptiùs dabimus causam, cur à *brutis masculis fœmina*

*canis generat hominem.*

*Hominus ex cane.*

*monstrosa historia.*

*execrandus coitus.*

*ex ursa homo*

*ex equa.*

*ex Vacca.*

*cur à brutis fœtus humanâ formâ generentur?*

*mina impraegnatae* formâ humanâ *in lucem edant fœtus?* Scilicet humana in *ovo* latent lineamenta, quæ si absq; *inordinata turbatione* & *impetu* à superveniente spermate explicantur, verus, *quoad faciem* (an quoad rationem, & cetera perfectum hominem spectantia requisita, non edico, quia secundùm *August.* L. XVI. *de C. D. c. 8.* ex *Adam* qui sunt, *homines* sunt) fœtus humanus luci donabitur: quod si autem *impetuosè* fiat idearum evolutio, perturbabuntur, emergetq; *monstrum.*

*canis in Viro natus.* §. 58. Sed magis miranda narrabo. A. C. 1666. opifex in *Frisia orientali* propè *Embdam* in pago *Riesum*, qui aliquoties in *Grönlandiam* ad capiendas balænas unà profectus erat, in epigastrio dolores & tumores sensit, tandem nihil valentibus remediis extinguitur. Apertô cadavere *fœtus monstrosus*, figurâ externâ *cani similis* & pilis refertus, in ventriculo ejus, & quidem lateri ipsius fundi firmiter ac nimis arctè annatus, repertus est, teste *Zephyro* nostro de *Tubauteri Sect. II. p. m. 90.* Alia peperit *cattum*, notante *Pegaso l. in Eph. Cur. Germ. ann. I. obs. 109.* *cattus ex muliere.* *catuli ex Viro.* An. 1590 sartor Hanoveranus, *Albert. Hencke*, duos *catulos albos, vivos, repentes & nondum videntes*, evomuit, qui in patina figulina in templo *S. Georg.* expositi fuerunt, ut ab omnibus viderentur. *Meibom. in Chron. Brunsv. Magdeb.* An. 1620. *impr.* P. III. *p. m. 548.* *Zeiler.* C. III. *epist. pag. 640.* Ancilla *Schvvabstedtensis* in Ducatu Schlesvicensi à *cane* Anglico imprægnata peperit *tres catulos.* Vid. *Helvvaderi Sylv. Chronol. circul. Balthici ad ann. 1600.* Et An. 1677. M. Octobr. in vico trans-Danubiano *ex puero.* Raickendorf duobus milliaribus *Posoniô* distante, puer quinquennis torminibus ventris correptus alvum deposuit. Accurrens mater inspectura excrementa, annon aliquid disenterici subesset, nihil quidem tale, sed *frustum* invenit *carnis membranosum, albicans*, illud ut quid contineat videret, dissecans, *fœtum caninum* bene formatum cum stupore extraxit. Consternata mater rem novam & insolitam statim ad Dominum illius loci Dn. Comitem *Adamum Forgatsch* detulit; Hic misit D. *bufo ex puella.* *Schiltpachero.* Vid. *Eph. Germ. Curios. ann.* VIII. *obs. 58.* Puella quædam *Duacensis* cùm insolito quôdam & prorsus exoticô tumore, qui tergo ejus insederat, diu conflictata esset, nilque proficientibus medicamentis in summam atrophiam incideret, tumor iste tandem ruptus virulentum *& Viro.* exclusit *bufonem.* *Kirch. de Peste S.* III, *c. 3. p. m. 308.* Similem historiam habet *D. de Sorbait in Eph. Germ. Curios. ann.* II. *obs. 103.* Scilicet excre- *excrementis inest semen.* menta *semine* turgida ubiq; latitant. Excrementis autem *fœcundam inesse materiam & principium vitale*, rectè docet *Arist.* L. III. *de generat. anim. c. 3.* Arbor *Guajaba* ex avium *excrementis* in infinitum crevit, ut jam nullum plantarium reperiatur in Brasilia, ubi non extet. *Margraf. in Hist. plantar. Brasil.* L. III, *c. 7.* Quis nescit, ex majorum muscarum excrementis *vermes* enasci?

§. 59.

§ 59. Corpus *canis* hirtum est. *Pedes* in digitos fissi, & quidem anteriores *quinis* distincti, ut lupi, posteriores *quaternis*. Interdum *tribus* incedit pedibus, quia siccæ est temperiei, inprimis quoad partes posteriores: hinc fit, ut hæ sæpius contrahantur. In nova *Zembla* adeò aspera tellus est, ut intra horæ quadrantem *canum* pedes miserè atterantur. In *Dania pes anterior* frangitur *canibus villaticis*, ne feras insequantur. Quæ de pago Beinlöhs in Seelandia, tempore *Christiani IV.* ibidem facta, mihi narrârunt incolæ, supprimo. Apud nos portant fustem seu baculum in collo ob eandem causam. Dextrum *canis* pedem anteriorem sphacelatum sine ullo dolore spontè decidentem vidi. Similia habet *Barthol. C. I. hist. 69. Tulp. IV. obs. 50. Borell. obs. 14. communic p. m. 47.* Canem cum *sex* tibiis idem nobis sistit *Borell. C. II. obs. 83.* *Corpus pedesq; canis. tribus cur incedat? canes nova Zembla, in Dania pes sphacelatus decidens. canis multipes.*

§. 60. *Medius* inter primarios *canum* morbos est *podagra*, soboles immodicæ Veneris, *judicio Alsted. L. VII. Phys. P. VI. c. 5. p. m. 591.* At ego *juvenculum* vidi hâc pedum torturâ miserè excruciatum. Rectè igitur contra *Hippocr. L. VI. aphor. 30.* docet *Laurentius, Med. Lubecens, exercit. IX. p. m. 137. seqq.* pueros *ante Veneris usum* etiam fieri podagricos. Exempla dabunt *Eph. Cur. Germ. ann. VIII. obs. 12. Salmut. C. III. obs. 57. & 74.* Materiam podagræ à *capite* derivat *Fernel. L. V. Pathol. VI. p. m. 529. & L. VI. c. 18. p. 636. ac Mart. Pansa. L. I. de podagra c. 5.* Sed meritò solidèq; refutantur à *Löselio tr. de podagra S. I Theoric. membr. I art 4 subsect. 2. p. 71. seqq.* *podagra canis. pueri podagrici. lapsus Fernelii.*

§. 61. *Caudâ canis* blanditur maximè. *Tob. XI. 9.* Convoluta & intorta singulare ducitur ornamentum. Degeneres sub alvum eam flectunt; in fuga etiam intra crura demissam habent. In venatione si indagatores caudam sæpius motitant, & accuratius vestigiis inhærentes huc illucque se vertentes, subsistentesq; eodem reversi, iterum aliò atq; aliò se flectentes singula rimantur, significant: *leporem esse in propinquo*, *Syllogismo* qs. colligunt, aut hûc divertisse aut illuc: si neque hûc neq; illûc, necesse est igitur, ut isthâc diverterit, ut ex *Heresbach* notat *Camer. C. II. hist. c. 100.* Rectè igitur nominantur *Dialectici*, *Plut. T. III. Moral. L. de anim. solert. p 64.* Hodie multis amputatur *cauda* ut equis, quem morem minùs probo. *Ornatus & robur* inest *caudæ*. Hinc apud *Varron. Lib. II. R. R. c. 7.* equi generosi formam commendat *longa cauda*. Robur verò inesse, aurigis notum est, qui ex locis uliginosis currum extracturi *cauda equina* alligant, ut fortiùs trahant. Habuit Alcibiades *canem*, magnitudine & formâ mirabili, emtum L X X. minis. Huic *caudam* etiam oppidò elegantem amputabat. Inde familiaribus culpantibus referentibusq;, eum *canis* causâ ab omnibus Atheniensibus convitiis proscindi, subridens respondit: *hoc est, quod volebam. Hunc enim volo sermonem Athenienses habeant, ne quid de me deterius loquantur.* Somnia autem, de quibus Plinius *Cauda. canis est Logicus. caudæ amputatio improbatur. canis Alcibiadis. Somnia.*

 nius.

*nius* & *Columella* dicentes: *caudas catulorum post diem 40, quam sunt editi, castrandas esse. Sic enim tutos fieri à rabie.* Modum hujus castrationis docet *Mizald. C. IV. h. 90.*

*Sanguis ater. experimenta.* §. 62. De *sanguine canis atro* adusto vid. *Severin. Zool. P. IV. p. m. 308.* Elegans experimentum Excell. *Borrichij* vid. in *epist. Bartholinian. de hepate defuncto p. m. 83.* qui sanguini *canis* arteriosi, in quinq; diversis vasculis posito, quinq; diversos liquores miscuit, Aceti destillati, Olei Salis Tartari, solut. alumin. Spiritus Vini & Spiritus Salis Armoniaci, & accuratè inde productos effectus annotavit. Certum est, ait *Hercules noster (Ursinus in Eph. Germ. ann. II. obs. 197. à subeuntibus sanguinem humoribus variè alterari in corpore ipsius crasin, variosq; inde resultare morbos.* Et inter alia producta non leve est *grumescentia sanguinis*, quæ si contingat, accedente nimirum sanguini concentrante fixanteq; tali liquore vel vapore, certissimũ est, turbari œconomiam ipsius & dari *lipothymias* & *syncopes*; si in gradu majori id fiat: Sin minori, expultrix cordis ad motum illegitimum irritatur, *palpitationem tremoremve* inducit.

*nova syncopes causa.*

*temperamentum canis.* §. 63. *Temperamentum canis calidum* est & *siccum. Gal. L. I. de temp. c. 5. p. m. 229.* (*media* temperiei dicit alibi *l. c. c. 6 p. m. 235*) Ab hoc ingenium ejus deducit *Faber L. V. Panchym. S. I. c. 9. p. m. 602* Rectiùs enim cùm *Huarto*, Med. Hisp. diversitatem *canum*, iisdem parentibus progenitorum, ad *cerebrum* (& temperamentum) referes, quàm ad educationem solam. Alii *frigidum* & *siccum* temperamentum cani tribuunt, *Donat. L. VI. H. M. c. 1. p. m. 584.* at male. In iram valdè proclivis est, inprimis *faemella*. Hinc *Maro* L. VII. *aeneid. v. 493. seqq.*

*ira ejus.*

*Hunc procul errantem* rabidæ *venantis Juli*
*commovêre* canes.

Rectè, est scholion *Taubmanni*, quia in *fœminis* plus iracundiæ est. Alii tamen legunt *rapidæ*. Boni temperamenti indicium est, si pilos *mediocriter longos* habent. *Gesner de quadr. L. I. p. m. 160.* pulsus *caprizans canibus* admodum familiaris. De *luce nativa* legi meretur *Bartholin. L. II. de luce anim. c. 7.* De *pilis* verò *incalescentium canum* notat Parens ipsius *Casp. Bartholin. L. de Meteor. ignit. c. 6.* si manũ pertrectentur, adversa & crebra attritione demulceantur, *igneum* splendorem reddere.

*Pulsus. lux innata.*

*Cibus canum. panis caninus.* §. 64. Fercula *canis* sunt *panis, ossa, caro, cadavera* &c. Inde *panis caninus*, quem *sordidum* vocat *Plaut. Asin. a. I. S. 2. v. 15. Lambin. panem cibarium*, qui servis dabatur. Sed putat *Colerus* viliorem fuisse, nimirum illum, quem *Jusculô superfusô canibus praeberi solitum* scribit Vetus *Scholiastes Juvenal.* ad istud *Sat. V.*

- - - - - - & *farris mordere* canini.

Nam & *Terent. in Eun. a. V. S. 4. panem sordidum sordes* videtur vocare, ubi & *atrum*

*atrum panem* nominat ῥυπαρὸν. *Martial. L. XI. ep. 57. nigrum* dicit, *Horat. L. II. epist secundum. Lamprid.* sequentem, *Cicer. Tusc. V. & Apulej. L. VI. cibarium.* Et opponitur καθαρὸς *mundus, Lamprid. in Alex. Severo, quem Horat. I. Sat. 5. pulcherrimum* vocat. Quid autem sibi volunt *caninæ buccæ improbi panis* apud *Martial. L. X. ep. 5.* Conf. *Barth. L. XLIV. Adv. c. 28. & offa Hircani II. ad Ptolom. Epiph. Alexandriam missi?* vid. *Joseph. L. XIV. Antiqv. c. 4. Gobelin. Person. Cosmodr. p. m. 111.* *Dentes* tamen non comedunt canes, quamvis etiam *offa* sint *suæ speciei. Moeb. Fund. Med. Physiol. c. IX. p. m. 111. Recentia* gallinarum *ova* quidam voravit avidissimè. *Schott. Phys. Curios. L. VIII. c. 19. p. m. 839. de Tepeytz cuitli, cane montano,* etiam refert *Nierenb. Hist. de mirac. terr. promiss. c. 37. & Franc. Fernandez. in hist. quadrup. novæ Hispan. tract. I. c. 21.* A *luporum* carnibus, etiam fumô & sale conditis, siccatis, coctisque omninò adhorrent. *Canes* sanè, ob carnes *ovium* à *lupis* semiesarum devoratas, *lupinam* induêre naturam, ut in commissum sibi gregem irruerint, maximam illius partem occiderint, carnesq; lupinâ aviditate vorârint. *J. Faber Lynceus in animal. nov. Hispan. explic. c. 1. p. 488.* *Carnem caninam* non tangunt, quibuscunq; etiam odoribus ac saporibus transformetur. *Sperling. Zool. L. III. c. 19. qu. 1. Jonston. Thaum. Nat. Cl. VII. c. 10. p. m. 300. Ælian. L. III. c. 9.* Inde vetus proverbium: *canis caninam non est.* Quâ fronte igitur *Fioravanta* asserit: se *canem* per duos menses solâ *carne caninâ* aluisse, qui postea plenus dolorum & pustularum factus fuit, pilosque amisit. *Sennert. L. VI. prax. P. IV. c. 4. p. m. 139.* In regno *Pegu* incolæ quotidie diabolo sacrificantes, ne ipsos vexet, lautas epulas in viis exponunt. Sed cùm *canes* ad ipsas vorandas accedere conspiciantur, à diabolo missos credunt. *Balbus in Itin. Indic. orient. c. X. Cadaveribus* libenter vescuntur, abstinent verò iis, quæ à *fulmine* tacta sunt. His enim inest *virulenta* quædam & *pestilens lues*, ex qua *spiritus venenatus in contacta diffunditur. Mizald. C. I. Mem. & 69.* Quidam in Saxonia *polentam* vorabat, ut *Halberstadii* audivi. Carnem à *feris* discerptam *canibus* projici mandat Deus *Exod. XXII. 31.*

*offa Hircani.* — *Lapsus Fioravanta.* — *Barbaror. dementia.*

§. 65. Apud *Homerum Iliad. N. Hector* jactans se interfecturum *Ajacem* inquit:

> *Ac Trojanorum saturabis* canes *& aves pinguedine ac carnibus, prostratus apud naves Græcorum*
> - - - - - - - canibus *data præda latinis*
> alitibusq; *jaces.* - - - - *Virgil. L. IX. æneid. v. 485.*

Et enim *avibus cœli* & *bestiis agri* in escam tradi, significat honestâ sepulturâ caruisse. *Gen. XL. 19. Deut. XXVIII. 26. I. Sam. XVII. 44. 46. I. Reg. XIV. 11. XVI. 4. XXI. 23. & 24. & c. XXII. 38. II Reg. IX. 36. Ps. LXXIX. 2. 4. Jer. VII. 33. XVI. 14. Ezech. XXIX. 5. XXXII. 4. XXXIII. 27. XXXIX. 4. 17. 18.*

*Avibus & bestiis in escam tradi, maxima pœna.*

*in Anim. nov. Hispan. Nard. Anton. Rechi not. p. m. 781.* apertè dicit! nullum venenum *absolute* dari, sed *relatione solummodò habita ad objectum.* Ne temnas autem, quæso, curiosas observationes *Cl. Raygeri in Eph. Cur. Germ. ann. IV. n. 2.* quæ omninò legi merentur. *An detur Venenum?*

§. 69. *Canem levem* in India solô *aere* nutriri, ut *Zach. L. IV. qu. med. legal. 7. p. m. 217.* scribit, rectè negatur à *Liceto L. II. de spont. viv. ort. c. 32.* Fabula etiam, quicquid de *Chamaeleontis* pabulo aereo nugatur *Plin.* Lib. VIII. c. 33. Vid. *Vogtii Curios. Physic. c. 5. Bellon. L. II. obs. 25. O. Dapper. descript. Ægypti p. m. 118. Sennert. L. III. Pr P. I. S. 2. c. 2 p. m. 86. Santorell. Antiprax. med. L. XVI. c. 4. Bartholin. C. II. hist 62. & Lib. III. de luce animal. c. VI. probl. 2. J. Faber Lynceus de animal. nov. Hispan. p. 723. Sachs. Gammarol. L. I. §. 11. Brod. L. VI. Miscellan. c. 21. Zacut. L. II. Med. hist. p. m. 519. Sebiz L. V. de aliment. fac probl. 23. p. m. 1261.* Erroneum etiam, quod *Scalig. exerc. 229.* de *manucodiata* aurivora refert. Vid. Cl. *Bartholin. C. VI. hist. 56. Kirchmayer,* Prof. Wittenb. Amic. nostri, *dissert. de ave Paradisi, & singular. tract. D. Frider. Lachmund. Medici Hildesiens*, de hac ave. Nec *Garmanni* nostri experimentum meo respondit. Aër si *alimentosis* halitibus sit perfusus, utcunque alere potest; purus autem & *ratione sui* spectatus nequaquam. Et *illô*, non *hoc* modô araneas *aere* fuisse nutritas credimus. *Vid. Eph. Cur. Germ. T. I. obs. 120.* Adde *Paul. Marquard. Schlegel. disp. habit. Altorfl* An. 1637. d. 31. Octobr. qui pulchrè de *aereo spirituum nutrimento vano & nullo* discu rit. *An aer nutriat?*

§. 70. Dixit mihi quondam Nobilis fide dignus, è Comitatu *Lippiensi*, se vidisse *canem* lapillos, etiam *duriores*, & majusculos, cupidè vorantem; & sine omni noxâ certo tempore eosdem evomentem. At similes ei miraberis convictores apud *Bartholin. C. I. h. 44. Borell. C. I. obs. 69. Eph. Germ. Cur. T. I. obs. 83 p. m. 199.* Magna Sym- & antipathiæ vis, quam prolixiùs enarrare non unius diei studium foret. Jucunda historia de *Scholtzii cane*, qu, quando in testudine fides nervi intendebantur, miserrimè ulubabat, qs. verbera magnosque cruciatus sentiret. At idem, cùm numerosè sonarent, non tacebat tantùm, sed gestiebat etiam, quod eidem ad campanarum pulsum vehementiorem accidi, *Weinrich. de monstr. c. 8. p. m. 65.* Add. *Ulyss. Aldrovand. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 490.* Et adhuc amicissimo nostro *D. D. Petri*, Dno. ab Hartenfels / *Prof. Erfurtin. & Medic. Mogunt;* *canis* domesticus gallinis insidias, ad catenam, propter ædium custodiem, damnatus, qui quàmprimùm campanarum in vicina turri sonitum audit, horendum in modum ululat. *Canis saxivorus.* *Vis antipathia.*

§. 71. Quî autem *canis* ossa concoquit? De vera chyloseos causâ variè disputant eruditi. Collegit multorum opiniones *Cl. Moeb. in fund. Med. Physiol. c. X. p. m. 167. seqq.* Mihi cum *Kergero*, Physico Lignicensi, *Qui canis ossa concoquat?*

I fer-

*fermentatio* placet. *L. de Ferment. S. III. c. 2. p. m. 189.* Subtilia quidem *Mæbiana* argumenta in Contrarium allata, verùm fobriè trutinantur à *Kergero.* Quòd autem *anseres*, *gallina* &c. lapillos arenulasque ingerant ac imminuant, fit, *ut ventriculum & intestina iis mundificent*, *Highmor. L. I. Anat. P. II. c. 3.* vel, ut *operâ eorum cibum comminuant*, *& ceu dentibus utantur. Harvej. exercit. VII. de generat. animal.* Suspicari quoque posses cum insigni *Mæbio Med. Physiol. C. XI. p. m. 164.* *arenulas deglutitas* & *consumtas* putaminibus *principium coagulativum largiri.* Cumque *salia* à fermento ventriculi eliciantur, & massæ sanguineæ communicentur, quorsum miraberis imminutos lapides?

*Cur anseres &c. lapillos devorent?*

*Potus canum.*

§. 72. *Potus canum* ordinarius *aqua* & *sanguis.* Hinc *Ps. LXVII. 34. canum nostrorum lingua dicitur cruentari sanguine fluente ab inimicis*, cùm, magnâ hostium strage à nobis editâ, *canes* nostri lingunt eorum sanguinem. *Humanô Sejanus* suos pascebat *canes. Zwing. Th. V. H. T. III. p. m. 2930. Lipsii Saphyrus* etiam bibebat *vinum*, teste eôdem *C. I. ep. ad Belg. 44. p. m. 700.*

*barbaries.*

*Gemma dedit nomen, sum verè gemma* catellum,
*quotquot terra habuit Belgica, habebit, habet.*
*Tale decus vultûs, talis Venus, adde lepores,*
*ingenium humanum qui sapiunt genium.*
*Et sanè est aliquid mî hominis, vis argumentum?*
vina, *bibo, &* vinô *nata me habet podagra.*

De pluribus bestiis *vinum* bibentibus vid *Sachs. Ampel. L. I. c. 3. §. 9.* Ex *vino* & *aqua ardente* temulentos *canes* vidit *Aldrov. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 489.* De urso ex cerevisia ebrio facetam historiam refert *Olear. Itin. persic. p. m. 120. edit. Slesvic. an. 1647.* Herbâ *Oenuttâ* eosdem inebriari, scribit *Fr. Patritius discurs. Peripat. T. I. L. VII. p. 81.* Vidi olim in aula Celsiss. Saxon. Ducissæ CHRISTINÆ, susceptricis ac Benefactricis meæ ad urnam aramq; usque subjectissimè veneranda, Nobiliss. Matronam, Aulæ Magistram, ex inclyta stirpe derer von Hund / quæ sanè *prandio canino* ab infantia usque ad excessum contenta vixerat. Etenim nec *vinum*, *cerevisiam*, &c. unquam gustaverat. Et Baro quidam Anglus, de *Waahl*, Amicus noster, temtâ cerevisiâ, ut plurimùm bibit aquam, rariùs vinum. Est autem *caninum prandium* abstemium, in quo nihil vini potatur. *Gell. L. XIII. c. 20. Pol. Vergil. C. I. adag. 59. p. 33. Cereris nuptias* vocat *Plaut. Aulular. III. S. 6. v. 6.* quæ *Romanis Plin. L. XV. c. 13. Alex. ab Alex. L. III. c. 11. Gell. L. X. c. 23. Milesiis*, *Athen. L. X. c. 9. Massalioticis*, *Cæl. Rhod. L. XV. L. A. c. 6.* & omnibus apud omnes gentes *fæminis* erant solennes, *Xenoph. L. de Spart. Rep.* quasque *Sarracenicis* pro lege injunxit *Mahomet in suo Alcorano.* Ideo cognatæ & propinquæ Romæ invicem se *osculabantur*, ut *scirent, an temetum olerent? Plin. L. XIV. c. 12. Conf. Casp. Finckii P. III. Schediasm.*

*Matrona nihil, præter aquam, bibens.*

*Prandium caninum.*

*quibus solenne?*

*diasm. 36. p. m. 147. seqq. & Cl. D. Mart. Kempji*, *Elect. Brandenb. Historiograph. Amici ac Collegæ nostri Carpophori*, aureolum libell. *de osculo*, nec non Eruditiss. *Hekelii*, Amici candidissimi, *discurs. philolog. de osculis c. 2. p. m. 23. & in supplem. p. 123. seqq.* Hinc etiam *claves cellarias* (de quibus bellè *Kirchmann. Lib. de annulis Veterum c. 3.*) mariti loculis condebant. Cur verò vinum *mulierculis* interdictum? num quòd quædam *Herculi* in agrum Crotoniatum venienti *vinum* denegârit? *Athen. L. X. c. 11.* non: sed potius ut *pudori muliebri consuleretur*. Mulier enim — *cur fœminis vinum interdictum*

- - - - - . - *multô madefacta Lyæô*,

*digna est concubitus quoslibet illa pati. Ovid. III. art. am. v. 769.*

Conf. *Ruperti* Prof. Norici *Differt. I. ad L. II. Val. Max. c. 1. exempl. 5. p. m. 105.* & optimi nostri *Hekelii Discurs. de oscul. c. 2. p. 23. & supplem. ejusd. p. 125. seqq.* Ceterùm *pueris* ante annum XVIII. etiam hæc *pranida* injunxit lex *Platonica* apud *Athen. L. X. c. 11.* O quàm prudenter! damna enim, queîs exponuntur pueri *vinum* bibentes, latiùs narrat *Primerosf. L. III. de error vulg. c. 16.* Quid enim *oleum flammæ adjicimus? quid ardenti corpusculo fomenta ignium subministramus? Hieron.* citante *Vicentio in Specul. L. XVII. c. 44.* In *Persia* solâ aquâ cogebantur esse contenti. *Xenoph. in Cyropæd. p. 6.* Eadem lex *novis* quoq; *maritatis* apud *Carthaginenses vinum* interdixit, ne fœtus labem inde conciperet, quod tamen *sobriè* accipias velim. Si *moderatè* bibatur, utique conducit generationi, præsertim ad ingenium partui conciliandum. Et *Magistratui* toto Imperii tempore *Carthaginenses* idem interdixisse, testatur *Arist. I. Oecon. 5.* Næ ebrius Princeps apud *Athenienses* morte mulctabatur. *Laert. in Solon.* Apud *Indos*, si *mulier* temulentum Regem occidisset, hôc donabatur prœmiô, ut *Successori nuberet. Alex. ab Alexandr. L. III. c. 11.* Et apud *Locros* sine Medici imperio si quis medicamenti causâ *vinum* bibisset, ex *Zeleuci* constitutione, *capitis* damnabatur. *Athen. L. X. c. 9.* Nos *modicam* vini mensuram concedimus, & *botrum voluptatis Laert. L. I. c. 9.* Verissimum enim Sp. Dei oraculum *Prov. XXXI. 4. 5.* & c. XXIII. 31. seqq. — *cur pueris & cur novis maritatis & aliis. Vinum bibere capitale.*

§. 73. *Cani* si post sectam venam siphone *vinum* injiciatur inebriabitur, titubabit, vometque, experimentô Comitis illius apud *Sachs. in Ocean. Macr. micr. §. 155.* Conf. D. *Möllenbroc. Pegasi Curiosor. I.* eximium tract. de *Varis. C. VIII. p. m. 112.* — *qui arte inebriandus canis?*

§. 74. *Voracissima* autem bestia nostra, ut etiam ὄρεξις κυνώδης adagio locum dederit & singulari morbo. Noli autem cum βουλίμῳ confundere, qui priscis πύλιμος, qs. πολύλιμος dicebatur, *Plut. VI. qq. Symp. 8.* Quænam genuina istius *appetentiæ caninæ* causa, explosis *Galeni* nugis, — *ὄρεξις κυνώδης. ejus causa.*

*L. I. de Sympt. cauf. c. 7.* fincerè exponit *Mœb. in fund. Med. phyf. c. 8. &* *L. I. Inft. Medic. cap. 7.* Vix enim quisquam alius folidiùs de humore fermentali *acri* ac *falino*, proximâ & immediata *appetitus canini* causâ, differit, quàm celebre iftud *Salanæ Acad.* Ornementum *in fund. cit. C. X. p. m. 189. feqq.* Cetera, ad hunc effectum pertinentia, omnes docent practici. Rectè autem *Com. II. aph. 21*, λιμον θώρηξις ὕδωρ θερμὸν juxta *Euftath.* eft οἰνοποσία καὶ ἀκρατοποσία *Heurn. ad h. l. Joel* tamen *L. IV. Pr. P. II. S. 2 p. m. 320. oleum*, alii *Sp. Vitriol.* præferunt. At mihi placet candida *Tackei* cenfura de *Sp. Vitriol.* quicquid etiam fumivenduli garriant, quam sîs vid. *in epift. ej. ad Cl. Major. de Chirurg. infufor. § 13.* Tu verò, quisquis bonus es, fuge φαγέδαιναν: fuge ἀσωτίαν. *Eph. V. 3.* fuge γαστριμαργίαν: *tene menfuram & refpice finem!* ama frugalitatem, *virtutum genitricem. Juftin. L. XX. c. 4.* Notanta etiam ἀνορεξία *canum*, quâ *aliquando* circa Lunæ quadraturas, præfertim inftante *plenilunio*, vel tempeftatum mutatione, vexantur, eôque tempore plerumque omnem faftidiunt cibum, & qs. febricitare videntur, torpent, vomituriunt &c. Dixi: *aliquando.* Experientia enim fallax. Non femper fit, nec omnibus accidit, quod crebriùs obfervavi. Adfcripferim influxui aftrali & auræ æthereæ, ftatô tempore humores infpirato fermento commoventi. Qui veriorem mihi dixerit rationem, ei victas dabo manus.

*Cenfura de Sp. Vitriol.*

*ἀνορεξία canis.*

§ 75. A paftu amant *quietem canes*, inprimis *meridianam.* Et hanc nobis commendat *Cafp. Hofmann. difp. de fomno meridian. habit. Altorf. 1625 d. 9. April. Pandiculatio* poft fomnum *canibus* nobisque folennis, additâ plerunq; voce, quam vulgò der Hunde Morgenfeegen dicunt. Notandum verò, *canes* pandiculationem perficere *apertione oris, & emiffione fpiritus* faltem: hominem verò *attractione ejus ore claufo primo* inchoare, deinde *emiffione* perficere. Caufam dat *M. Nicol. Zapffius difp. de pandiculat. habit. Wittenb. ann. 1627. d. 17. Sept. qu. 2.* Eidem *lateri* plerunque incubant, ὅτι ἔχουσι κιεσμίδι ὅμοιον, ut *Democrit.* ait.

*canis fomnus meridianus.*

*pandiculatio.*

§. 76. Stupenda autem hiftoria, quam refert *Stengel. L. de monftr. c. I. & 16.* & ex eo *Schottus L. VIII. Phyf. cur. c. 19. §. 5.* de duobus *canibus* intra *lapidum* undiquaque à natura *occluforum* cavernas *vivis* repertis. Ex *leporariorum* genere videbantur, at vultu truces, qs. ex *Cerberi* profapia, odore graves, qs. ex averno, pilorum expertes. Alter citò defecit; alterum ftupendæ edacitatis Epifcopus quidam aliquot diebus in delitiis habuit. Malum genium in petra viam aperuiffe, & *canes* tali carcere incluiffe aliunde allatos tunc primùm, cùm reperti fuêre, fufpicatur *Schott. l. d.* Conf. *Wilhelm. Neubringens. L. I. Hift.*

*canes vivi in lapide.*

*anglic.*

*anglic. cap. 28. Del-Rio Lib. II. disq. magic. qu. 14.* *Busonem* in medio saxo sine *ullo aditu* vel ingressu *vivum* repertum sistit *Weinrich. L. de monstr.* C. VII. *p. m. 58.* De *formica* & *vipera succino*, nec non *ape electro* inclusa eleganter *Martial. Lib. VI. epigr. 15.* De *rana* in *succino* Prussiaco & *lacerta* vid. *Dan. Hermann. discurs. philos. in fine Lib. IV. Consil. & epistol. Medicinal. Craton. Serpentem vivum marmori* inclusum vidit *J. Nardius Ann. I. noct. genial. 4. Add. Sachs. Respons. dissert. de miranda lapid. natura p. m. 92.* & *Gammarol. cap. VII. p. m. 146. seqq. Nierenberg.* Lib. VI. *H. N. cap. 13.* Propè *Coloniam* in arce montana *Schnellenberg*, Comiti *Fürstenbergio* parente, lapis detentus fuit, in quo *rana coaxans* & *Aristophanicum* suum κὸαξ βρεκεκὲξ non susurrans, sed planè strepens, audita fuit. Tandem, rupto lapide, exiliit. *Sachs. l. d.* De *cancro vivo* in monte, aliquot milliaribus à mari remoto, Vid. *Adam. Olear.* Amici Carpophori olim, *Itin. Persic. Lib. IV. cap. 21.*

*bufo in saxo. formica & c. in succino. serpens in marmore. rana in lapide. cancer in monte.*

§. 77. *Fulmine* verò frequentiùs infestatur *canis*, ac alia bruta. Hinc si in patente campo cum homine versetur, territus ejus implicatur pedibus. Ratio est in promtu, si dicamus, *canem imbecilliori* donatum *luce* evocanti fulmini *minus* resistere, cùm lux, quàm in homine suspicimus, impetum irruentis *fortiori nisu* elidat, præsertim si in lucem nostram debilius fulmen incurrat, residuam tanquam ex naufragio, quia tota evacuata non fuit, opere leviori resarcimus. Cl. *Bartholin. Lib. I. de luce anim. cap. 8. p. m. 51.* Conf. *Jonston. Thaumat. nat. Cl. III. cap. 5. p. m. 105. Keckermann. disp. extraord. de fulmine probl. 9.*

*cur canes frequentiùs fulmine infestentur?*

§. 78. *Chamæleon albus*, herba, qua de fusè agit *Fab. Columna Lynceus de min: cogn. stirp. P. I. c. I.* nec non alia edulia, quæ latiùs recenset *J. B. Porta Lib. XV. Mag. nat. cap. 9.* venenum ei sunt. *Squillam* comestam *cani* quoque mortem inferre, non ita pridem experientiâ suâ Pharmacopœus confirmavit. Cùm enim bulbum, ut solent, massæ panis involutum in clibano coxisset, & exemto eô, eandem *canibus* objecisset, omnes paulò post invenit mortuos, teste *Excell. Garmanno*, *Amico Curioso.*

*Canis venena quæ sint.*

§. 79. *Hostis* primaria *canis hyæna*, qua de *Gesner. Lib. I. de quadrup. pag 624. seqq. Schott.* Lib. VIII. *Physf. Curios. cap 41.* Umbram ejus ferre non potest. Hinc *Eccles.* XIII. 11. egenum ac divitem cum *cane* & *hyæna* comparat.

*Hostes canum.*

*Non sic ovilibus lupis*
canive hyæna, *non feris*

 *Libyssis*

*Libyssis ursa catulis*
*nobis ut hostis imminet*
*immanis ille, vipera*
*tortus jubata* Zabolus. *Fab. L. II. Ang. 8.*

*Zabolus.* Apud *Hilar. Phœbadium*. & quosdam alios Patres latinos diabolus scribitur *Zabulus*, vel *Zabolus*, nempe ex *Æolica* dialecto za dicente pro διά, aut, ut aliis placet, ex vitiosa vulgi pronunciatione, usurpante *zata* pro *dixta*, quomodo *Azabenicus* dicebant pro *Adiabenicus*, ait ex *Scalig. Ravanell. in addit. ad Bibliothec. sacr. p. m.* 1012. *B, c. m.* Conf. *Turneb. L.* *Ttzecujucvanj.* XXIV. *Adversf. c. 4.* Vulgaris Hispaniæ fera, *Ttzecujucvanj* dicta, noctu accedit oppidorum suburbia, *ululatuq;* ad se evocat *canes*, trucidat & *lupi odium.* vorat. *Nierenb.* Lib. IX. *H. N. cap. 41.* *Lupi* cum *cane* odium nun- *& amor erga canem.* quam reconciliatum. Quidam tamen cum *canibus* caulas defendit. *Schott. Lib.* VIII. *Phys. cur. cap. 48.* Et *Kircher.* noster *Lib.* III. *de Magnet. P.* VIII. *p. m. 753.* vidit *lupum* cum ovibus non secus ac *catellum* confidenter conversantem. Sic *canes* venatici damas persequentes cum hinnulo secum educato inimicitas non gerunt, sed & hinnulus, qui allàs ad conspectum *canis* tremuisset, nactus fiduciam ex hujus- *canis cum leone ludens.* modi educatione audacter cum iis ludit. In arce *Londinensi catulus* cum leone à teneris annis educatus summam contraxit familiaritatem, ut nonnunquam morderet leonem. *Digbæus Tr. I. nat. corp. cap. 38.* De leone, *canem* contubernalem suum contra ursum ulciscente, bellam narrat historiam. *Ælian.* Lib. IV. cap. 45. *Catulum* cum leone & tigride ludentem *Byzantii* vidit *Petr. della Valle P. I. Itin. epist. 2. pag. 17. edit. German. Adeò consuetudo potentior natura, Curt. Lib. V, cap. 5.*

*Musca & pulices.* §. 81. *Muscæ* etiam & *pulices* (quos cupidè captant,) vexant *canes* (contra quos remedia dicit *Columell.* L. VII. *R. R. c. 13.*) & *scabies*, cujus causam decantat *Petr. Angelius L. V. Cynæg. p. m. 154.* *Canis* contrà odium inprimis erga *felem.* *Scaligeri* tamen *juvenculæ feles* super jacente *cane*, ceu stragula, cubabant, *Exerc. 240. de subtil.* Quod atibi *causa odii canini cum cattis.* etiam passim videbis. Causam hujus odii cum *cattis* Persici interpretes *Alcorani* omninò ridiculam fingunt, quam, si deliria placent, vid. *Otis.* sis *in Itin. Persic. Olear. L. V. c. 8. p. m. 569.* *Otis* quoque avis maximè horret *canem* *Ælian.* L. III. c. 4. *Lepusculum* cum *canibus* ludentem, eosque mordentem vid. apud *Nierenb. L. I. H. N. c. 11. & Sachs. in Gammarol, L. I. c. 2. §. 6.* Verè itaque Vates *L. II. Fastor:*

*Sæpe* canes leporesq; *juna acuere sub umbra.*

§. 81. Prodiit nuper *opuscul. Germ. de canibus Mart. Bohemi.* quod A. C. 1591. cùm Mens. Septembr. à *rabidis canibus Laudanenses*

sœpius

sæpius infestarentur, multis annexis *scitu lectuque dignis*; conscripsit, cui editor hujus opuscul. *J. Casp. Crusius Dialog.* addidit, in qua pag. 8. hæc enarrat. An. 1662. hat zu Weißwasser in der Herrschafft Mußkau dieses Margrafthums Ober-Laußnitz / ein kleines weisses Löwgen / dem seine Jungen weggenommen worden / drey junge Häßgen / die der Haußwirth im Felde gefunden / und in seinen Garten gesetzt / freywillig angenommen und gesäuget. Wann sie ihre Vergnügung gehabt / ist er weggangen / wanns ihn aber Zeit gedaucht / hat er sich wieder zu ihnen verfügt / und sie eine Zeitlang also ernehret. Add. histor. *canis felem lactantis ap. Reg. de Graaf L. de org. Vir. gener. inserv. pag.* 126. Dn. *van de Velde*, in cujus ædibus domicilium *Delphis* sibi elegerat *Pollux* noster, *canem* habuit admodum pinguem, ex cujus mammis *felis* per aliquot annos lac exsuxit, ut inde ferè nutriretur. Gemellum huic ferè recitat Cl. *Keckring. Spicil. obs. anatom.* 22. *p. m.* 52. *Canicula lepusculos lactans.* *& felem.*

§. 82. Vivit masculus ad 10 fæmella ad XII. plerunque annos. Alii tamen ocyus alii citius extinguuntur. *Feminas* longæviores censent nonnulli, quòd minùs laborent. Indicium ætatis dentes. Juniores habent acutos & albos: seniores nigros & hebetes. Morbis obnoxius est plurimis, inprimis *rabiei*, *anginæ*, *podagræ*, *calculis*, *lui venereæ &c.* eorumque mentionem fecimus & faciemus suo loco. *Strumosum canem* vidit *Pechlin. de colorib. æthiop. c. 1. p. 6.* Nunc *Vita canis.* *morbi ejus.*

*Claudimus hos rivos, quoniam hic sat prata biberunt.*



SECTIO I.

# SECTIO II.

*EST*

## HISTORICA,

*cujus*

## MEMBRUM I.

Agit de usu Canis sacro.

### *CAPUT I.*

### De cane pro Deo culto.

§. 1.

SI ulli unquàm gentilium, abjectô vero Dei cultû, superstitionibus immersi fictitia coluêre numina, *Ægyptii* certè fuerunt. Audi *Juvenal. Sat. XV. ℣. 1. seqq.*

> \- - - - *quis nescit, qualia demens*
> Ægyptus *portenta colat?* crocodilon *adorat*
> *Pars hac: illa pavet saturam serpentibus* Ibin.
> *Effigies sacri nitet aurea* Cercopitheci,
> *dimidio Magicæ resonant ubi Memnone chordæ*,
> *atq; vetus Thebe centum jacet obruta portis.*
> *Illic cæruleos, hic* piscem *fluminis illic*
> *oppida tota* canem *Anubim venerantur, nemo Dianam;*
> Porrum *&* cepe *nefas violare ac frangere morsu.*
> *O* sanctas gentes, *quibus hæc nascuntur* in horto
> Numia! - - - - - - -

Conf. *Cicer. L. V. Tuscul. qq. Hug. Grot. in annotat. ad L. de verit. Relig. Christian. p. 303. & Athenagor. Athen. Philos. Christ. in apolog. seu legation.* pro *Christian. p. 41. edit. Stephanian.*

*§.* 2. Quæso, quid ineptius bruta, inque iis *canem* & *lupum*, quod de *Ægyptiis* ex *Æliano* refert Faber *Lynceus in exposit. anim. nov. Hi[illegible]an. p.m.* 491. & de *Lycopolitana* Thebaidos civitate *Macrob. in Saturnal.* religiosè

Anubis. colere? *Anubis Osyridis* [illegible] filius, qui *canem*, in [illegible] armorum, gestavit. Hinc *Ægyptii* ipsum *capite canino* repræsentabant, & *Numinis* instar vener[illegible]an-

nerabantur. Vid. *Cæl. Rhodigin. L. VI. L. A. c. 12. & Kircher. Oedip. Ægypt. T. I. p. m. 36.* A *Virgil. L. VIII. æneid.* ℣. *698.* dicitur *latrator.*

§. 3. Rectè itaque subridens *Apollonius* apud *Philostrat. de vit. Apollon. Thyanei L. II. c. 9.* ὦ ἄνθρωποι, exclamat, μεγάλα ὑμῖν ἀπολέλαυται, τῶν Αἰγυπτίων τε, καὶ Αἰθιόπων σοφίας, εἰ σεμνότερον ὑμῖν καὶ θεοειδέστερον κύων δόξει, καὶ ἶβις καὶ τράγος, (ταῦτα γὰρ Θεσπεσίωνος ἀκούω τοῦ σοφοῦ,) σεμνὸν δὲ, δὴ ἢ ἔμφοβον τι ἐν τούτοις· τοὺς γὰρ ἐπιόρκους καὶ τοὺς ἱεροσύλους, καὶ τὰ βωμολόχα ἔθνη, καταφρονεῖν τῶν τοιούτων ἱερῶν, εἰκὸς μᾶλλον, ἢ δεδιέναι αὐτά. *O viri, magnum profectò ex* Æthiopum Ægyptiorumq; *sapientia fructum accepistis: venerabilior vobis & Deorum imaginibus similior esse videbitur aut* Canis, *aut* ciconia, *aut* hircus, (*hæc enim sapientem* Thespesionem *audio dicere,*) *quam alia Deorum effigies. In illis enim quid venerationis aut terroris insit, non video. Perjuros enim & sacrilegos, & qui scurrilitate in Deos utuntur, contemnere magis, quam timere ejusmodi templa consentaneum est. Plutarch. de Isid. & Osyrid.* ait: Canem *divinos honores amisisse, quòd* Apidis *à Cambyse projecti cadaver voràsset.* Refert tamen *Herodot. L. V.* Apin *Cambyse inscio tumulatum, cùm is sauciatus femore in templo jacens contabuisset.* Conf. *Nierenb. L. VIII. c. 13.* qui fusiùs de *cane pro Deo* habito in *Sansa* corruptè nunc *Xauxa.*

*temnitur*

*cur canis divino honore exutus?*

§. 4. *Tullius* contrà *L. I. de nat. Deor. ait: Ipsi, qui irridentur* Ægyptii, *nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecrârunt. vel-ut* Ibes *maximam vim serpentium conficiunt, cumsint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneô procerôq; rostrô: avertunt pestem ab Ægypto, cùm volucres angues ex vastitate Libyæ ventô Africô invectas interficiunt & consumunt. Ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ.* Felem *adorant Ægyptii propter aspidas & serpentes venenatos utilem* Ichneumonem *propter crocodilos* &c. Apin *&* Mnevin, *quòd aranda terra inserviant, & quòd iis frugum inventio tribuatur.* Crocodilos, *quòd eorum metû Arabiæ latrones Libyæq; Nilum transmittere non audeant. Euseb. Pamphil. L. II. c. 12. præp. Evang.*

*Ægyptii excusantur.*

§. 5. Quid? quod latuisse *arcanum* quodam *politicum* in cultu bestiarum, divinant alii. Ita *Plutarch. L. de Isid. & Osirid. Sunt,* ait, *qui Regem quendam callidum & versutum narrant, quòd deprehendisset,* Ægyptios *naturâ leves, & ad novas res apprimè proclives esse, eosdemq; ob multitudinem viribus insuperabilibus & effrenibus præditos, ubi sanâ mente & communi consiliô rem vellent gerere: æternæ iis discordiæ occasionem, dispersâ in singulas gentes superstitione, obtulisse. Cùm enim aliis aliorum animalium cultum injunxisset, quæ inter se inimicitias exercerent, & unum ab alio cibi gratiâ expetitur, dum sua singuli defendunt animalia, & eorum injurias ægrè ferunt, factum esse, ut ob animalium inimicitias, ipsæ gentes re non observatâ, infestæ sibi invicemq; hostes redderentur.*

*arcanum politicum in cultu bestiarum,*

§. 6. Ceterùm *Cosdram* Persarum Regem, *gallum* & *Francos*, in Palæstinam militatum ituros, *anserem,* seu, ut alii tradunt, *capram* in nave


*gallus & anser pro ℣. S.*

sub titulo cultuque *Sp. S.* vexisse, refert *Sifrid. Presbyter Misnens. in epit. L. I.* Judæos verò *aureum asini caput* olim adorâsse, ut *Apion* scribit, aureum est mendacium. Fabula inde orta, quòd legisset fortè, in deserto olim eos *vituli caput* coluisse. *Exod. XXXII. 4.* Est *asinus*, quemcunque *asinum* sors aspera fecit, ut illi, *qui in pistrino laborant*, *Taubman. pref. ad Plaut. Amphit.* & nullâ *elegantiâ ac lepôre* tincti, *stulti & stupidi* sunt; *Terent. Evn. a. III. Sc. 5. ỳ. 20. Heaut. a. V. S. 1. ỳ. 3.* Conf. *Muret. L. XIV. V. L. c. 9. Turneb. L. XXVIII. c. 35. voraces* etiam ita dicti, ut *Erisychton* apud *Ælian. L. I. c. 27. Attali* iste *canis.*

*Fabula, quinam asini?*

*asinus pro Deo cultus.*

§. 7. *Ochus* tandem, Persarum Rex, quem *gladio* hieroglyphicè significabant ob crudelitatem, *Apim*, Deum *Ægyptiorum* interfectum, & ad epulandum appositum cum amicis absumsit, ac in ejus locum *asinum* consecratum ut colerent, imperavit. *Plut. de Iside.*



# CAPUT II.

## De usu canis in sacrificiis.

§. 1.

*canes canicula immolato.*

VAria superstitiosæ vetustatis *sacrificia* fecêre *canes.* Ad placandum *canicula* sidus, frugibus inimicum, immolârunt Romani *canes*, vocabant *canarium*, in quo non nisi *ruffa* adhibebantur *canes*, ut è *Festo* refert *Hildebrand. in Comp. Antiq Rom. p. m. 51.* Putabant sc. *fruges flavescentes ita ad maturitatem perduci.* Fiebat autem id M. *Julio. Rosin. L. II. A. R. c. XI. p. m. 632.* Inde *porta catularia* apud *Festum.* Et *Hecatæ* immolabantur *canes*, quòd, ut quidam rentur, *invisum sit animal istud, cujus latratu phantasmata ab Hecate, immissa dissolvantur. Nat. Com. L. III. Mythol. C. XV. p. m. 205. Cl. Rupert. Differt. II. ad Val. Max. L. II. c. 6.* Ideò dicta est *Canivora & Canidia.* Causam tibi dabit *Guilielm. Canterus.* Sicuti verò *Hecatæ Græci*, ita *Romani Genitæ canem* immolârunt pro domi nascentibus. *Zwinger. Th. Vit. Hum T. I. p. m. 178.*

*& Hecatæ,*

*& Genitæ.*

*& Lucinæ.*

§ 2. *Argivos* etiam *cane Lucinæ* rem sacram fecisse, *ob facilitatem pariendi*, testis est *Socrates.* Votum autem quid si non ad homines pertinet, domi nascentes, sed ad *canes?* ut hos optent non *bonos & placidos*, sed *iracundos* fieri ac *terribiles. Plut. L. II. qq. Rom.* *Lacones Marti Enyalio canem* mactâsse, scribit *Pausan.* Dicit enim, *Ephebos Lacones*, cùm pugnam inter se essent innituri, *Marti catulum canis* immolâsse, Deo sc. *validissimo* victimam *validissimam & cicurem* dicare se arbitrantes. Conf. *T. I. Cent. Magdenb. c. 15. p. m. 199.* Tradit idem, *catulos* non sacrificari à *Græcis*, *Colophoniis exceptis*, qui *catellum nigrum* nocturnô tempore immolabant *Triviæ.*

*& Marti.*

*Trivia.* *Sabæi* etiam & *Thraces canes* immolârunt, ut & *Romani in lupercalibus*, *Gyrald. Synt. hist. Deor.* C. *XVII. p. m.* 519. de quorum origine & celebratione fusè disputat *Alexand. ab Alex. L. IV. dier. gen. p. m.* 203. De *diversis* aliis *gentibus canem* immolantibus idem *Alex. ab Alex. L.* III. *p. m.* 137. De *canum* verò *festis*, seu de *canum diebus natalibus*, pulchrè *Symmach. L. II. epist.* 18. *S. Ambros. L. de Nabuth. c.* 13. ait: *Soletis* & canum *vestrorum origines sicut divitum recensere.* De festo *canicidio* vid. *Reines. L. I. Var. lect. c.* 15 *p.* 57. & *C. XVI. p.* 62. *& Triviæ.* *canum festa.*

§. 3. Veteres in *Dania* pagani *nonô* quôvis *annô canes* numero XCIX. Diis suis solenni pompâ, cum *totidem hominibus, totidemq; equis, gallis gallinaceis & accipitribus*, sacrificabant circa solstitii hyemalis tempus, quod nos Christi nativitati sacramus, idque propè *Lethram*, Regiam olim in *Selandia* sedem, à *Rolvone* conditam, postea vile oppidum, nunc splendidô ædificiô restauratam à fundi Domino *Thoma Finckio.* Conf. *Stephan. not. ad Sax. Grammat. L.* III. *hist. Dan. p.* 92. *Zeiler. in description. Dan. ac Norvvag. p. m.* 33. Est & aliud apud *Danos* prœdium, Hunds-Lund dictum, *lucus caninus*, ubi *canes* DIS offerebantur, uti quondam me edocuit *Th. Bartholinus*, cujus laudis & orbis idem erit finis. *Danorum sacrificium caninum.*

§. 4. Simili idololatriæ affines erant *Sveci.* Hi siquidem superstitioni suæ principem sedem *Upsaliam* dicârunt, ubi ædes illustris idolorum suorum, quæ quolibet *novenniô* totius Regni celebritate & conventu frequentabantur. Hûc donaria certatim missa, hîc sacrificia *novem* diebus peracta sunt, in quibus non solùm bruta, eg. *canes* &c, sed quoq; *humanæ* cadebant hostiæ, suspensæ in luco, ubi nunc rusticorum templum est. Velut autem præter *anniversaria* & *menstrua* sacra minùs solennia quolibet *novenniô* publicus *Upsaliæ* conventus institutus fuit, & *novem* dies duravit, ita *nonaginta novem* sortitò elegerunt, qui DIs immolarentur, in *novenario* numero mysticum quid ponentes. Auspicatissimum hoc Regno habitum, si sors *Regem* ipsum tetigisset. Hujus immolationem universa multitudo faustis vocibus & summô applausû prosequebatur. Rex *Domalder* sacris devotus & immolatus fertur ad *placandam famem* tunc grassantem, cùm holocausta taurorum & aliquot subditorum incassum adhibita fuissent; vel, ut alii volunt, ad *placandam Numinis offensam, cùm patrem Visburium occidisset.* *Ani*, Rex *Svecorum*, vel *Anni*, ut est in *Chron. Norvvag. novem* ordine filios idolo *Oden* immolâsse fertur, ex solutione voti nuncupati pro spe & promisso sibi facto de totidem decem annos vitam producendo, quot filios mactâsset. Unde ad seram ætatem devenit. Hinc proverbium ortum, Aune död/ i. e. *Auns mors*, si quis devectô admodum senio decedit. Vid. *Cl. Loccen. L. I. Antiq. Svec-Gothic. c.* 3. *Svecorum idololatria.* *Auni.*

§. 5. Sed *Diana* illis ipsis feriis suis, quæ *Idib. August.* celebrantur, *canes emeriti.*

tur, *emeritos canes*, quietosq; à venatione & immunes habere credebatur.

- - - - - - - *ipsa coronat*

emeritos *Diana* canes - - - - *Stat. Papin.* L. III. *Sylv.* I. *v. 57. Add. C. Barthii animadvers.* *Cella* etiam die natali *Dianæ canes* obtulêre *coronatos. Arrian. c. 37. de venation.*

*Laribus dicati canes.* §. 6. *Laribus* quoq; antiquitus dicabantur *canes*, quia *communes familiarum custodes* credebantur. *Nat. Com.* L. IV. *Mythol. c. 4. p. m. 252. Ulyss. Aldrovand.* L. III. c. 1. *de quadrup. p. m. 528. Zuvinger. Th. Vitæ hum.* T. IV. *p. m. 3115. Censorin L. d. die natali c. 2.* Et *Mercurio canem* comitem, seu adstitem, dederunt, quia, ut *Plato* ait, *sagax & ingeniosum hoc animal* conveniebat *facundissimo & promtissimo Deorum. Lips. C. I. ad Belg. ep. 44 p. m. 658.* Dicebatur autem *canis* iste *Ægyptiace.* Id fuit *Ciceron.* L. III. *de nat. Deor. & Lactant.* L. I. *de falsa religion. c. 6. Thoth* vel *Thoyt. Eusebio* L. II. *præp. Evang. c. 6. Taut*, facili & recepto transitu vocalium *A* in *O*. Ejus vocis vestigium etiam hodie *Ægyptii* retinent, ut *Pignorio* retulit *Alpinus. Ægyptii* enim, ut *canes* ad diripienda proposita cibaria provocent, inclamant: *Tao, tao.* Imò conjicere licet, hinc manâsse nostrum *To, To*, quô *canes* allicimus. *Pignor. in exposit. mens. Isiac. p. m. 41.*

*Et Mercurio.*

*nomē canis ☿.*

---

# CAPUT. III.

## De Periscylacismo Græcorum.

§. 1.

*Periscylacismus.* **M**Eminit hujus piaculi canini omnium primus, & ex antiquis, quod sciam, solus *Plut.* binis in locis. Alter extat in *Rom. qu. n. 83.* (ubi Chæronensis ita: Τῷ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, Ἕλληνες ἐχρῶντο καὶ χρῶνται καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμούς. Καὶ, τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρμῶν ἐκφέρουσι, καὶ περιμάττουσι σκυλακίοις τοὺς ἁγιασμοῦ δεομένους, περισκυλακισμὸν τὸ τοιοῦτο γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦντες. *Cane*, inquit, *omnes, ut ita loquar, Græci usi fuêre, & adhuc pro hostia nonnulli utuntur ad expiationes: Hecatæq; inter alia purgamenta catuli efferuntur expiandosq; catulis tangunt. Hanc expiationem* Periscylacismum *vocant.* Ita *Xylander* vertit, qui tamen à græco sermone longiùs recedit, ut postrema maximè sic vertenda putem. *Hecatæ inter alia piacula catulos quoq; efferunt, & circumcirca lustrant, sive abstergunt catulis expiatione indigentes* Alter deniq; locus in *Parallelis*, & quidem in *Romulo* habetur, ubi de Lupercis commemorans; *Proprium his*, ait, canem *immolari, pergitq;*: καὶ γὰρ Ἕλληνες ἐν τοῖς καθαρσίοις σκύλακας ἐκφέρουσι, καὶ πολλαχοῦ χρῶνται

χρῶνται τοῖς λεγομένοις περισκυλακισμοῖς. *Canem arbitror, si lustratio hac sacrificium est, immolari, quod eò utantur lustrati. Græci enim in sacrificiis lustralibus catulos efferunt, multumq; perisculacismo utuntur.*

§. 2. E quibus locis certa derivabimus porismata. (I) *Periscylacismus* non erat ipsum sacrificium, sed usitata quædam ad illud præparatio, sive hanc lustrationem, seu purgationem, seu februationem dixeris, ἡ θυσία, ἀλλ' ὁ πρὸ τὴν θυσίαν ἁγιασμός *Plut.* enim ut duo hæc distinguam, quæ abs aliis confunduntur, ipse facit, cùm anceps secum hæsitat, neq; ait, inter sacrificia lustrationem propriè referri. (II) Quare aliud à *Periscylacismo* fuit sacrificium *caninum*, seu *catulinum*. *Canes* enim *catulosq;* pro hostiis oblatos aut victimis, græca testatur historia, & *Plut.* antea liquidissimè probavit. Sic *Cares* Marti *canes* immolâsse, *Arnob.* tradit Lib. IV. eumq; καρικὸν θῦμα *Suidas* in Lexico vocat. Et Hecatæ *canes catulisq;* mactabantur & in Samothracia cluebat ἄντρον Κυνοσφαγὺ θεᾶς, i. e. *antrum Dea hujus Victimis caninis famosissimum*, quod *Bocchart. Hieroz. T. I. c. 56.* ex Lycophrone manifestat. Quin *Genita* Manæ, Deæ generationis Præsidi, è *canibus catulisq;* hostias destinatas, *Plin. l. XXIX. c. 4.* & *Plut. l. c.* commemorant. Sic Lacedæmonios ephebeo (ita corruptè legi *Meursius in Miscell. Laconic* probat, *L. I. c. 5.*) Phœbeo potius, seu loco Therapnes suburbanis proximo *caninum catulum* Marti Enyalio mactâsse, *Pausanias* in *Laconicis* refert, additque, sibi esse incognitum nec satis exploratum, an reliqui Græci, præter Colophonios, hæc teneant sacra. (III) Adeo per gravissimi hujus Autoris autoritatem dubium relinquitur, an universa Græcia hoc sacrificii genere usa sit? quod tamen à *Plut.* suprà assertum est. (IV) *Periscylacismus*, seu *canina*, ista expiatio, duabus constabat partibus, seu ritibus, nempè τῆ τῶν σκυλάκων ἐκφορᾷ, *catulorum elatione*, seu *exportatione*, (ut enim cum *Xylandro oblationem* vertam, vocis haud patitur significatio) & περιμάξει τῶν τῷ ἁγιασμῷ δεομένων, *abstersione eorum, seu lustratione hominum, expiationis indigentium.* Prior pars clarissimè liquet, posterior autem suas habet tricas, eò, quòd non pateat, an *rotatione canis circùm caput, an gyratione circa omne corpus, & in orbem ductù* ea constiterit. Nihil quidem *Plut.* pronunciat, neq; alius antiquorum Autor, quod sciam, seu interpres. De priori tamen suspicatur *Meibom. in epist.* sua, de posteriori Cl. *Reuskius noster*, Rector Guelferbytanus, qui in hoc ritu illustrando suam insigniter contulit operam, publicè deprædicandam. Movet eum *Theophrast. in suis morum characteribus*, & *Casaubon.* in elegantissimo ad eum Commentario. Cùm enim græcus Philosophus in eo, quo superstitionem perstringit, capite dixisset, quàm temerè superstitiosus, si quidpiam sinistri viderit aut somniârit, ἱερείας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεύειν αὑτὸν περικαθᾶραι, i. e. *piatrices advocans jubeat sese squilla aut canum circum-*

porismata. (I) (II) (III) (IV) ritus periscylacismi. dubium

*circumlatione purgari.* *Casaubonus p. 292* observat, priscos sese *catulo* lustrare solitos, eamq; lustrationem dixisse *Periscylacismum*. Nam περικαθᾶραι, ipsius judiciô, idem est quod applicare corpori quidquam expiândi causâ, idq; in *orbem ducere*. Huc refert etiam è *plutarcho* ejusdem significationis Vocabulum περίμαξιν, ex latinis vero auctoribus vocem *circumferendi*, seu *circumlationem*. Ita enim *Virgil.* de suo *Ænea L. VI. Æneid.* ℣. 22. *seq.*

*circumferre*

> *Idem ter socios purâ circumtulit undâ,*
> *spargens rore levi, & ramo frondentis olivæ;*
> *lustravitq; Viros.* - - - - - - -

Ubi *Servius:* circumtulit i. e. *purgavit.* Sic *Plautus: pro larvato te* circumferam, i. e. *purgabo.* Lustratio enim à *circumlatione* dicta est vel tædæ vel sulphuris. Græcis est περιαγνίζειν, περικαθαίρειν, περιμάττειν, quod quia res certæ certaq; februa circumferebantur ei, expiabatur. *Circumferre* latini vocârunt *circumlustrare & circumpurgare.* Vid. *Taubmann. Comment.* adistum *Virgil.* loc. Alibi *Plaut. in Amphit. a. II. S. 2.* ℣. 149.

- - - - *quæso, quin tu istanc jubes pro cerrita* circumferri? i. e. *perlustrari.* *Cerriti* autem & *larvati*, seu *larvati*, (est quadrisyllabum) *Id. in Menæch. a. V. Sc. IV.* ℣. 21. Sunt furiosi & mente moti, qs. larvis, seu spectris exterriti: vel Cereris irâ & larvarum incursione animo vexati. Ita *Horat. II. Sat. 3.*

*cerriti.*

> Cerritus *fuit? an commotæ crimine mentis*
> *absolves hominem?*

*Cicero Lib. VIII. 15. ad Attic. Nunquam* cerritior *fuit, quam in hoc negotio?* i. e. insanior.

*Lustratio Veterum.*

§. 3. Frequentissima ergo lustratio apud priscos per aquam, ignem & aera, rarior autem *catulo*, ejusq; *circùm corpus hominis ductû*, aut *circumlatione*, adhibitis quoq; *piatricibus mulierculis.* Unde quas *Theophrast.* vocat ἱερείας, ἀπομάκτειαι a *Polluce in Onomastico*, περιμάκτειαι a *Plutarch.* ἐκ τοῦ περιμάκτειαν dicuntur. Nec à *Casaubono* recedit *Joh. Lohmayer*, sed istam expiationem *canibus catulisq;* circùm corpora lustratis, seu circumlatis, explicat, & in libro *de lustrationibus Veterum ad sacra*, quæ vocat, *circumferranea* porcos quoq;, feles, *canes* & leones adhibitos docet. *c. XXIII. p. m. 116.* Distinguit deniq; inter κυνοσφαγίαν, quæ *canum* mactatio erat, & *Periscylacismum*, qui solâ *circumlatione* fiebat. Leviter itaq; aberrat *Cæl. Rhodig. L. VII. A. L. c. 27.* quando *Periscylacismum* cum *canina* victima commiscet, ac hujus solenne festum *Cynophantin* facit, quod lustrationis nihil continuit, sed apud Argivos cœde *canum* plurima per dies *caniculares* viguisse apud *Athen. Dipnos. III. Tom. ult.* legitur. Nec errorem effugiunt *Henr. Stephan. in Thes. græc. ling.* nec *Scapula.* qui exscripsit illum in *Lex.* suo, cum σκυλάκων περίμαξιν substituunt, ubi τῶν ἁγιαζομένων περίμαξις fuerat

*error Rhodigini.*

*Henr. Stephan. & Scapul.*

fuerat usurpanda. A *Periscylacismo* igitur aliena Bœotiorum, eaq; solennis, expiatio fuit, κυνὸς διχοτμηθέντος τῶν μερῶν διεξελθεῖν, i. e. *per canis in duo dissecti partes transire, ut Plut. l. a.* verba sunt. Alia quoq; fuit apud Macedones ea militum lustratio, qua de *Curt. L. X. c. 9. & Lip. L. X L. c. 6.*

*expiatio Bœotiorum.* *lustratio Macedonũ.*

§. 4. Diversissima deniq; agrorum & urbium lustratio, quam *circumlatis* hostiis, porco, fele, *cane*, aut vitulo constitisse *Taubmann. in Comm. Plaut. p. 66.* scribit. Sed à sacrificiis & piaculis, quæ Viri eruditissimi *Stuckius, Saubertus* & *Lohmeierus* in Germania, *Outramus* & *Godvvinus* in Britannia illustrârunt, hîc digrediemur.

*agrorum & urbium.*

§. 5. Non video autem, quî κυνοφορία, juxta aliorum opinionem, ἐκ τοῦ περισκυλακισμοῦ orta fuerit. Nihil huic affine cum illa, nisi elatio *catulorum*, & criminis alicujus expiatio ultronea & religiosa: ac *canum* probrosa gestatio, capitali proxima, & à principe indicta. Utraq; tamen adhuc differt maximè Περισκυλακισμὸς erat, ut dixi, expiatio criminis sacra, & ultrò à delinquentibus sine opprobrio suscepta, ut *Hecatem*, seu *Proserpinam*, placarent. Κυνοφορία verò Saxonibus, Suevis, Francis, Bohemis, Longobardis, Italisq; (uti vel unus *Arnulfus Mediolanensis* in *Chronico suo ad ann. 1008.* probat,) olim usitata, (Vid. præter nos infrà *Membr. II. P. I. c. 10.* *Brovver in annal Trevirens. L. XIV. Crus. in hist. Suevic. L. X. Jac. Andr Crus. tr. pecul. de h m. Lips. C. III. epist. 44. ad Belgas, & Carol. du Fresne* in *Glossario* suo,) fuit pœna militaris, probrosa, eaq; gravissima, invitis delinquentibus, ex veteri consuetudine, à summo Magistratu, æquè pacis ac belli tempore, irrogata, aliquando cum annexa alia pœna. *Militaris*, inquam, ideò quòd *militibus* solùm, i. e. nobilibus, inq; iis primariis, (qui in Dania adhuc vocantur Hærmänner/ græcis ἱππεῖς,) seu *comitibus*, & proximè ab his *Dynastis*, imò *magnis Imperii Principibus*, etiam Ecclesiasticis, non *Ministerialibus*, seu *colonis*, vel *rusticis*, indiceretur. *Probrosa*, dedecus putâ, seu ignominia & summi pudoris probrum. Quantum enim dedecus, si Illustres Viri *fœda tulêre canes generoso pondere collo*, aut *scapulis*, eosq; aliquando *scabiosos*, & quidem per aliquot mille passus, ex uno Comitatu, seu districtû, in alium, vel urbem regiam. Quò probrofior ergo, eò gravior: Invitis delinquentibus, maximè publicæ pacis turbatoribus, etiam aliis, ex veteri consuetudine, quæ legis vicem obtinuit, à summo Principe, seu Cæsare, inflicta, nonnunquàm cum alia pœna, sc. *barbæ resectione, relegatione, mulcta pecuniaria*, etiam *ultimo supplicio*. Maximè igitur distat Veterum κυνοφορία (sic enim scribo, ut græcæ analogiæ obsequar.) à *catulorum* ista ἐκφορᾷ Græcorum. Ἐκφορὰν dico, *elationem*, non *oblationem*, quod *Xylandri* somnium est.

*an κυνοφορία ex perisctylacismo? differentia utriusq;.*

§. 6. At quid mirabimur lapsum Viri? cùm alibi etiam in *Versione Plut.*

*Lapsus Xylandri & Erasmi.*

τοῦ λῶ, ὑγιεινῶν (una cum *Erasmo*) ex avis *Phœnicis* cerebro comesto, ob nimiam dulcedinem, κεφαλαλγίαν oriri asserat. Ecqui hujus rei experimentum ceperunt in alite, quem, *Tertull. verbô L. de resurrect. carn. de singularitate famosum, unicum tantùm in orbe reperiri volunt*, cùm tamen purum hieroglyphicum, pulcrè id explicantibus P. *Laurenberg. C. II. acerr. Philol. hist. 17. Dẽusing. in fasc. dissert. select. p. m. 637. Kirchmayer dissert. de Phœnice c. 2. §. 5.* Nec obstat mons iste apud *Nieuhof P. II. Legat. ad Imperat. Chinens. C. XVII. p. 167.* cui fabulosa hæc avis nomen dedisse fertur. Nec dissertatio Cl. *Pfeiferi, Grae. Lingu. in Regio Prussorum monte PP.* An. 1673. edita, qui eam reverà dari uberiùs ostendere conatus est, nos remorabitur. *Xylander* autem vapulat à *Muret. L. XIV. V. L. c. 12.*

*Phœnix hieroglyphicũ.*

*dubium.*

§. 7. Nonnemo (ut ad κυνοφορεῖν redeamus,) à *cane*, Vinculi apud Veteres usitati genere, morem istũ derivat. Hoc enim non aliter atq; furcam gestâsse facinorosos è *Plaut. Casin. a. II. Sc. 6.* demonstrat. Hinc Gallo-Belgicum vocabulum *Canaille*, & pœnam *cane circumlato* germanicam *Lohmeyer.* arce ssere non dubitat. Sed doctiores hîc suum interponant judicium. *Meursius* enim ex vetustis *Plauti* codicibus pro *cane* legit *camum*, neq; lectionem hanc *Vossius* in suo *Etymologico* improbat. *Camus* autem aliquid freni genus apud *Hesychium*, græcè κημός, apud Autores fori, quod nuncupant, Romani Vinculum, seu quoddam Vinculi genus exponitur, & testimonium ex loco, quem citavimus, *Plautino* subjicitur.

## *CAPUT. IV.*

### De usu canis servando Jona.

§. 1.

*balæna non voravit Jonam.*

POpuli vox est, piscem, in quo Jonas erat sepultus, cujusq; effigiem videbis in *Cl. Bosij Roma subterranea L. II. c. 8.* & in Curia *Bremensi*, fuisse *balænam*. *Jon. I. 17.* At nos cum *Rondelet. L. XIII. de piscib. c. 12. Th. Bartholin. de morb. Bibl. c. 1 4. Bocharto in Hieroz. P. post. L. V. c. 12. Aldrovand. L. III. de piscib. c. 32.* & *Borell. C. IV. obs. 48.* meritò inficiamur ob sequentes rationes. (I) *Balæna* arctiori est gutture & ventriculo, quam ut integrum Virum deglutiat vel contineat. Certè quæ in *Gron.* & *Islandia* capiuntur, cujuscunq; generis & inusitatæ molis vastiq; capitis sint, è cujus unius sola *lingua* XVIII. tonnæ adipis exprîmuntur, tam *angustas* habent *fauces*, quæ vix *brachium* hominis capiant. (II) Nec in *mari mediterraneo*, seu *Persico*, balænæ reperiuntur. (III) Non sunt *carnivora*, sed herbas tantùm in fundo maris nascentes depascere dicuntur, quod etiam probatum est ex sectione ipsarum stomachi, in quorum aliquo

duæ tresvé corbes viridis herbidæq; materiæ inventæ sunt. Vid. Cl. *Nitschii T. II. Eph. Erudit. p. m. 66.*

*sed canis carcharias.*

§. 2. Rectiùs igitur dixeris: fuisse *canem Carchariam*, seu *Lamiam*, Norvvagis ein Bergfisch / Anglis ein Doggefisch / Batavis Hay / Lusitanis *Tubaron*, dentium ratione, quos multiplices habet, *canem* dictũ. *Canis* enim *marinus* ex phocarum genere prorsus ab hoc est diversus. Ille autem patentissimo rictû & gulâ ingenti est, ut *obesum hominem* commodè capere possit, inq; eo *integri viri* olim reperti fuerint. *Voracissimus est*, ait *Gesner. de piscib. & aquatil. C. p. m. 174. & antropophagus. Cadavera enim mortuorum etiam integra vorat, quod ex dissectione compertum est. Massiliæ enim & Nicææ aliquando captæ sunt lamiæ, in quarum ventriculo homo loricatus inventus est.* Add. *Hug. a Lindschott P. IV. c. 4.* Ost-Indischer Schiff-Farth / & *Oleari: Technothec Gottorpiens. p. m. 38.*

*dentium.*

§. 3. Miraberis autem, quòd *quintuplex* dentium ordo, quò *canis* maxilla septa est, non læserit prophetam; sed dicimus cum Summo *Bartholin. l. a. Dei manum ingressum ejus & exodum custodivisse.* Alii ut *Pfeiffer. Comm. in Jon. p. m. 28.* & Cl. *Kirchmayer, Amicus & Collega Curiosus, disp. Zool. IV. c. 2. §. 4. p. m. 98.* acriter contendunt, fuisse κῆτον, ex *Matth. XII. 40.* Κῆτος vero quemlibet magnum piscem significat. *Lamia* itaque illa fugientem Vatem deglutierat ad *Joppen*, & post triduum ad pontum *Euxinum* revomuit, si *Josepho* fides habenda est, *L. IX. Ant. Jud. cap. 11. & ex eo P. Laurenberg. C. II. Acer. Philol. hist. 70. ac Bunting. Itin. S. Script. p. m. 188.* Sic tranâsset totum mare *mediterraneum*, inde *Cycladas*, hinc *Archipelagum*, inde *Propontidem*, hinc *Bosphorum Thracicum*. & sic demum ingressa foret *pontum Euxinum*, confectis CCL. milliaribus germanicis, singulis horis *quatuor*.

*aliorum opinio.*

*iter triduanum Jonæ.*

*Fab. Columnæ & Stenonii error.*

§. Memini heîc *Fabÿ*, Nob. Neapolitani, & *Columnæ Lynceæ Acad* (hôc ipsô seculo à *Federico Cæsio, Principe S. Angoli*, qui A. C. CIↃIↃCXXX æt. suæ XLV. excessit, fundatæ) *glossopetras Melitenses* pro ossibus, & *canis carchariæ* dentibus habentis. Vid. *tr. ej. de purpura. Stenonius* noster eas pro *veris animalium partibus, quorum figuram habent*, agnoscit. Vid *ej. Myolog. specimen cum annex. Anat. capit. Carchar.* At *lapides* sunt & fossilia, præterea nihil. Quòd cum VIR Cl. *Ampliss. & solidè Eruditus, Dn. M. Johann. Reiskius, Geranus, Schol. Guelferbyt. Rect. merentissimus, Amicus noster sincerissimus, in singul. dissert. epistol. de Glossopetr.* nuper edit. dextrè, accuratè & masculè probaverit, satius erit cordatum lectorem, Veritatis cupidum, ad doctiss. Virum ablegare.



L CAPUT

# CAPUT V.

## De usu canis in Somniis.

§. 1.

*Somnia.* PLacet *Ecclesiastici* de somniis naturalibus censura C. XXXIV. 1. seqq. quæ verò divinitus immittuntur, sua habent omnia, suosq; eventus. Varia congessit *Harsdörfer* im grossen Schauplatz jämmerlicher Mordgeschichte c. 184. *Zeiler. Theat. tragic. hist. 17. p. m. 169. Jonston. Thaumat. nat. Cl. X. a 5. Val. Maxim. L. I. c. 7. Aldrov. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 527. Torreblanca L. I. Dæm. c. 25.* Conf. sis *Henr. Horchii disp. philos. de insomniis, habit. Marburg. an. 1677.* *Somnium matris S. Dominici.* Mater S. *Dominici*, Calarogæ in Hispania, ex nobili *Gusmanorum* familia nati, gravida visa sibi est continere in utero *catulum ore praeferentem facem*, quâ editus in lucem orbem terrarum incenderet. Scilicet *splendore* doctrinæ & *lumine* sanctitatis gentes ad Apostolicam fidem inflammavit. *Breviar. Roman.*

*& S. Bernhardi.* §. 2. Prægnans mater S. *Bernhardi*, Abbat. Claræ vallensis, somniabat, se *candidum catulum dorsô rutilum & latrantem in utero* gestare. Quod sapientes ita interpretati sunt: futuram eam optimi *catuli* matrem, qui *divinarum ædium custodiam susciperet, latratumq́, assiduum* contrà profanos exerceret, *Pier. Hierogl. L. V p. m. 48.* *Olympiadis.* *Olympiada* eâ nocte, quâ concepit, in somnio cum ingenti *serpente* volutatam, refert *Justin. Lib. XII. cap. 16.* Nec decepta est, addit; nam profectò *majus humanâ mortalitate opus* (Alex. M.) utero tulit. Scilicet! *omnium gentium latronem. Curt. Lib. VII. cap. 8. Add. Lucan. Lib. X. cap. 20. Sen. Lib. I. de benef. cap. 13.*

*Cimonis.* §. 3. De *Cimonis* morte ita *Hildebrand in not. ad ej. vit. p. m. 92. & Zwinger. Th. Vit. hum. T. II. p. m. 1425.* Antequam Athenis exiit *Cimon* in exilium, monitus est: Per somnium enim vidit *canem* sese allatrantem, & *latratui* hanc Vocem miscentem: Στεῖχε· φίλος γὰρ ἔσῃ καὶ ἐμοὶ, καὶ ἐμοῖς σκυλάκεσσι. *vade: amicus enim eris & mihi & meis catulis.* *Aristyphilus* vates mortem ipsi hôc somniô denunciari prædixit. Nam *canis* est homini, quem *allatrat*, hostis: hosti autem nullâ ratione potiùs, quàm defunctus, amicus efficieris. Nec eventus Vatem fefellit. Conf. *Giseler. observ. 202. de peste.*



CAPUT

# CAPUT VI.

## De usu canis in portentis & miraculis.

§. 1.

*ALdrovandus* miracula & portenta de *cane* collegit plurima *lib. cit.* Paucula, quæ vel nescivit, vel studiosè omisit, annectam. Patrum nostrorum memoriâ, evidentissimis ostentis in *Ponto* cùm *Byzantium* ab immanissimis Turcis oppugnaretur, compertum est, apud *Comum*, citerioris Galliæ urbem, vergente ad diem occasu, ingentem *canum* multitudinem per aëra ferri, post quam diversorum pecorum armenta, species peditum primò levis armaturæ, deinde hastatos scutatosque subsequi, equitesque in turmas divisos ingenti instructâ acie persecutos, horis fermè tribus imaginem adventantis exercitus. Demum corpore procero formidabilem hominem, ceu exercitûs Ducem, terribili equo insidentem processisse, *referente Richter. axiom. histor. 187. Alex. ab Alex. Lib. III. dier. genial. p. m. 142.* Ingruente in Germaniam pecorum peste, dum *canes undique* collecti cadaveribus inhærerent, ita disparuerunt omnes, ut nec vivi, nec mortui reperirentur uspiam. *Joh. Pistor. T. I. Script.* *agmen caninum in aere.* *canes subitò disparent.*

§. 2. De *canibus*, *cervum* sub palio S. *Humberti* attingere non audentibus, & *lepusculum* persequi haud valentibus, vide *Carl Stengel. Thaumas. Bened. pag. 140. & cap. 41.* De carne famelicæ *cani* data & divinitus repensa, ut de *Brigitta* narrant, *Bolland. in Act. Sanctor. in vit. ejus cap. IV. p. m. 157.* *Rocho* ægrotanti, & in eremo versanti, *canis* panem attulisse fertur, ideò adhuc cum *catulo* pingitur. *mirabilia, si vera.*

§. 3. Incidit mihi hîc, quod apud *Engelhus. in Chron. p. m. 288.* quondam legi. An. 1397. venerunt, ait, multi nigri equi cum *nigris canibus* ad castrum *Waldek* in Hassia, & Comite agente in agone, receperunt eum lecto & abierunt, spargentes plumas per duo ferè milliaria. Fregerunt & colla duorum ibi vigilum. Sic ille. Huc refer historiam verè raram, & ab *Hannemanno* nostro descriptam in *Ephem. Cur. Decur. II. anni II. in Schol. ad obs. 55.* *tragicus casus.*

# CAPUT VII.

## De usu canis in Juramentis.

§. 1.

*Veterum superstitio.* Mira veterum in *Juramentis* superstitio. Romani per *Jovem lapidem Gell.* L. I. c. 21. *per Solem, Virgil.* XII. *Æneid.* & innumeros alios jurabant. *Arcades* per *aquam stygis*, Herod. L. VII. *Nasamones* per *viros*, quos credebant *optimos*: *Id. in Melpomen. p.* 273. alii per *caput* ejus, quem *carissimum* habebant *l.* 3. § *fin.* & *l. seq. ff. de jurejur.* per *ossa* & *cineres* Parentum, *Prop. L. II. eleg.* 20. & *L. IV. eleg. ult. per oculos Plaut. in Mænech a V. f.* 9. ℣. 1. *Conf. Comm. Taubm. ad h. l.* Per *caput*, *Homer. Iliad.* 10. per *Hephæstionem* Alexander; per *anserem* Socrates: per *porcum* Agamemnon. Vid. *Stuck. de sacrif. gentil. p.* 94.

*hist. singul.* §. 2. Mulier quædam, dum *Otto* Imperator iter ageret, venit ad eum, conquerens de violentâ constupratione. Respondit ei: *si reversus fuero, fiat Justitia.* Domine, ait mulier, forsan tunc oblitus es hujus mihi illatæ injuriæ: Cæsar, monstrato digito templo aliquo vicino, *en! hoc sit mihi & tibi in signum memoriæ.* Quo dicto abiit. Rediens vidensq; sacram ædem, vocari jussit fæminam. Quæ subito advolat dicens. Domine, vir iste, quo de nuper questus sum, nunc maritus meus est, egoq; concepi ex eo. Ille. *dico tibi per barbam Ottonis*, (sic enim solebat jurare,) *oportet eum degustare dolabrum.* By Otten Barth, he moth Barden schmecken. Et sic viro adducto jussit eum capite plecti *Gobelin. Person. Cosmodr. æt. VI. c.* 48. *p. m.* 202. Add. Jac. Pontan. Attic. Bellar. P. II. Synt. 1. hist. 25. p. 387. Et *Frider. Barbaross.* si quid per *barbam* promisisset, sanctissime observabat, *Agricol. adag. Germ.* 733.

*Socrates jurat per canem.* §. 3. *Socrates* etiam, apud *Plut. in Phæd.* & *Alex. ab Alex.* Lib. V. *cap.* 10. per *canem* symbolum fidei, vel, quòd putaret, obsequium præstandum iis, qui civibus præessent, juravit: seu quod perinde sanctum esset, qs per ipsam *Philosophiam*, cujus *symbolum canis*, jurâsset, interprete *J. Fabro Lynceo in exposit. nov. Hispan. animal. p.* 467. *Add. Becan. lib. alib. cit: p.* 123. *Pier. L. V. Hierogl. p.* 46. *Zwinger. Th. V. H. 9. I. p. m.* 143. *Laert. L. VII. p. m.* 456. *edit. Casaub.* Unde autem hæc formula suos traxerit natales, vid. apud *Rittershus. Comm. ad Salvian. Massil. L. VII. p. m.* 299. Conf. *Barth. Lib. XLII. Advers. cap.* 19.



# MEMBRUM II.

*ejusq;*

## PARS PRIMA

## De usu canis politico-togato.

## *CAPUT I.*

### De usu canis in regimine obtinendo.

§. 1.

INter alia imperii prodigia, quæ in hist. *Fl. Vespasiani Sveton. c. 5. Christ. Matthia & Joh. Gerlac. Wilhelmi, Gymnas. Heidelb. Rector, in theatr. historic.* refert, non infimum est, quòd *canis*, *Vespasiano* prandente, humanam manum mensæ allatam supposuerit. Conf. *Petrarch. L. IV. de Vir. Illustr.* Scilicet divina providentia, quæ *cuncta gubernat*, *Sap. XIV. 3.* & *transfert regna de gente in gentem*, *Dan. II. 21.* non minus ethnicis, quàm Christianis, interdum singularia obtinendi, amittendi aut infeliciter administrandi imperii omina monstrat, quorum catalogum contexuit Cl. *Bernegger. obs. hist. polit. 10. Conf. Richteri axiom. polit. 18.* *canis Sates regiminis.*

§. 2. Eo die, quô natus est *Alex. M.* duæ *aquilæ* præpetes suprà culmen domûs patris ejus sederunt, omen duplicis Imperii, *Europæ Asiæq;* præferentes. *Justin. L. XII. c. 16. Conf. Aldrov. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 526.* *Hiero* à patre suo, velut de honestamentum generis, expositus fuerat, sed parvulum & humanæ opis egentem *apes*, congestô circa Jacentem melle, multis diebus aluêre. Ob quam rem responso aruspicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, parvulum recolligit, omniq; studiô ad spem Majestatis, quæ promittebatur, instituit. Eidem in ludo inter coæquales discenti *lupus* tabulam, in turba puerorum repentè conspectus, eripuit. Adolescenti quoque prima bella ineunti *aquila* in clypeo, *noctua* in hasta consedit. Quod ostentum & consilio cautum, & manu promtum, regemq; futurum significabat. *Justin. Lib. XXIII. c. 4.* *aquila præsagiunt Imperium.* *apes Imperii omina &c.*

§. 3. De *Frideric. III. Dan. ac Norvveg. Rege* Gloriosissimo, narrat Concionator ejus aulicus *M. Joh. Bremer. in concion funebr. Regia. p. m. 50. e. f.* quòd, cùm Rex Optimus, adhuc peradolescentulus, in *Reg. & Equestri Acad. Soran.* Nutrice olim mea, studiis invigilaret, &, animi recreandi causâ, in nemus oppidulo contiguum secederet, fortè invenerit *folium quercûs*, in quo nomen FRIDERICI, additâ coronâ Regiâ, bel- *Hist. singul.*

lè expreſſum erat. Ita *Dominus providit*, juxta Symbol. ejus deſumtum ex *Gen. XXII. c. 8.* quod fuſiùs explicui *C. II. epigr. meor. 2.*

# CAPUT II.

## De uſu canis in regimine adminiſtrando.

§. 1.

*canis rex in Æthiopia.* IN *Ptoëmphana* apud *Æthiopas canis* in ſolio ſedebat, è cujus nutu motuq; imperia augurabantur, ſi caudâ adularetur, propitium, ſi latraret, iratum credebant. *Plin. L. VI. c. 30. Plut. adverſ. Stoic. p. 4. Ælian. L. VII. de anim. c. 40. & Zwinger. Th. V. H. T. IV. p. m. 4246.*

*Norwagia.* §. 2. Sic *Gunnarus* devictæ gentis *Norvvagicæ* ignaviam inuſitatâ conditionis deformitate mulctaturus, rectoris loco *canem* eis præponi curavit. Quo factô quid aliud eum aſſequi voluiſſe putemus, quàm ut plenus ſuperbiæ populus inſolentiam ſuam manifeſtiùs puniri cognoſceret, dum obnixos *latrantis* vertices inclinaret? Et ne quid contumeliæ deeſſet? Satrapas procuravit, qui ſub ejus titulo privata & publica negotia tuerentur. Cujus etiam jugi conſtantique cuſtodiæ diſtinctos procerum Ordines applicabat. Statuit inſuper, ut, ſi quis aulicorum ducis ſui deſpicabile duxiſſet obſequium, variosque diſcurrentis inceſſus plenus venerationis obſequiis inſequi ſuperſediſſet, membrorum clade ſupplicia lueret. Ita ex Veterum traditione *Saxo Grammat. L. VII. Hiſt. Dan. p. m. 134. Conf. Zvvinger. Th. V. H. T. III. p. m. 2750.*

*Gunnarus.* §. 3. *Joh. Iſaac. Pontan. Hiſt. Dan. L. I. p. m. 29.* hiſtoriam ita recenſet: Apud *Suecos* tyrannide inſignis Regem agebat *Gunnarus*, qui, conceptô in *Norvvagos* parricidali odiô, omnem, quâ poterat, gentem clade ac cædibus reſpergebat, ultimaq; eidem minitabatur. Præerat tum illis cum imperio *Reginaldus*, extremæ ætatis ſenex, qui inter cetera metuens, quam unicam habebat, *Drothæ* filiæ, eam occultô ſpecû abditam ſatellitibus cuſtodiendam tradit. Sed *Gunnarus* in aciem profectus ſenem ſuperat. Utque devictæ gentis extremo & inuſitato dedecore mactaret, loco Regis *canem* eis præſidere curat. Et ne quid contumeliæ deeſſet, Satrapas præterea attribuit, qui ſub ejus titulo regia miniſteria exequerentur, mandavitq; ſub capitis pœna eidem *cani* haud aliter ac Regi honorem exhiberi. Dubitare tamen videtur hac de re *Joh. Magnus Gothus L. VI. Gothor. Sveon. hiſt. c. 16.*

*canis imperat Trondheimis.* §. 4. Sic etiam *Oiſtenus*, Uplandiæ Regulus, ſeu potius tyrannus; *Nidrosienſibus canem* Rectorem olim præfecit, teſte *Snorrone Sturleſon. in Chron. Norvvag.* linguâ vernaculâ edit. p. 37. Interfectô enim à *Trondheimenſibus*

*mensibus*, quos variis cladium generibus vexaverat filiô *Osteni*, i. i... & furore percitus cum maximis copiis & valido exercitu in terr... *Trondorum* irrumpit, omniaq; passim ferrô & igne populatur. Tandem victæ *Trondorum* genti hanc detulit conditionem, ut vel servum, homine *Faxe*, vel *canem* suum, cui *Sar* nomen erat, in regem sibi eligerent. Illi statim *canem* abjectissimæ fortis homini prætulerunt, existimantes, se sub bellua majori libertate fruituros. Ne verò Regem haberent omnis planè rationis expertem, incantationibus & vi magicâ tantùm sapientiæ ei inspirârunt, quantum *tribus* sufficeret *hominibus*. Duo verbo *latrando* edebat, tertium *articulatâ voce* proferebat. Aureâ catenâ vinciebatur. Si quando cœlum erat pluvium, aut viâ lutosâ incedendum, humeris cum suis proceres gestabant. Palatium habuit in colle *Udreoj*, ab ipsius nomine *Sarshoi* appellato, situm. Tandem à *lupis* discerptus est. *Stephan. in not. ad L. VII. Hist. Dan. Sax. Gramm. p. m. 160. seqq. Conf. M. Zeiler. descript. Dan. ac Norvvag. p. m 244.*

*Num etiam apud Ugros?*

§. 5. Apud *Ugros* etiam *canem* imperâsse ferunt. Sed pro fabula habet *Aventin. L. IV. Annal. Boj. p. m. 488.* inde orta: quòd *Henric.* Rex *Ugris*, tributum ab eo postulantibus, *canem villaticum* reddi jusserit, *caudâ auribusq; mutilatum & scabie sordidum. Mart. Crus. in annal. Svevic. L. III, P. II. p. m. 97.* ex *Functio* scribit: An. 934. *Ungaros* tributum à *Saxonibus* exegisse; quô negatô, Thuringiam magnâ manu irrumpentes ab *Henr.* Cæsare maximâ clade affectos, & in Hungariam repulsos esse. Et hoc esse arbitror, addit, illud quod *Aventin. (l. c.)* scribit; *Urgis* scilicet, tributum ab *Henr.* exigentibus, ad hoc *canem villaticum* missum esse. Ajentalii, in *Scythia* adhuc superesse *Hungariam*, unde nostri illi prodierint *Hungari*, quos *canem* aliquando Regem habuisse proditum est. Vid. *Günter. Ligurin. L. I. p. m. 295. Gallum* verò *Persis* quondam imperâsse, & vice *Regis* functum esse, *Aristophanes* autor est. Vid. *Alex. ab Alex. L. VI. dier. genial. p. m. 309.*

*unde Hungari nostri?*

*Gallus Persarum Rex.*

*bruta loquacia.*

§. 6. Refricat mihi hîc *Sar* dubium *Sect. I. c. 2. §. 2.* ventilatum de brutorum loquela. *Cornicem* loquentem sistit *Suet. in vita Domitian. c. ult. bovem*, *Val. Max. L. I. c. 6. n. 5. agnum*, *Fulgos. Lib. I. c. 4. corvum*, *Bartholin. Vol. I. Act. Med. & Philos. c. 49. p. m. 89. & alium Bart. Sibylla in Specul. peregrin. qq. Decad. 3. c. 5. qu. 1. p. 510. gallum*, *Plin. L. X. c. 21. aprum Ursin. acerr. Philol. L. II. n. 37. lupum*, *Nierenb. L. II. de miracul. nat. in Europ. c. 42. canem Plin. Lib. IIX. c. 41. Conf. Schott. Mag. nat. P. II. Synt. 5. c. 1. seqq. C. à Reys Camp. elys. juc. qq. 31. n. 15. qu. 55. n. 7. 8. 13. qu. 92. n. 12. Zuvinger. Th. V. H. T. II. p. m. 1376. & G. Franc. continuat. sat. Med. 9.* Licèt verò bestiæ *aliquando* voces *articulatè* proferant, *propriè* tamen non loquuntur *Schott. L. VII. Phys. Curios. p. m. 765. Fabr. ab Aquapend. in tr. singul. de bru-*

tor. lo-

*tor. loquel. c.* 1. *seqq. Deusing. in fascic. dissert. select. p. m.* 187. *seqq. Zacut. Lib. II. M. P. H. c.* 5. *& nos suprà.* Canem verò *Simonis Magi* apud *Nicephor. L. II. c* 27. *Zvvinger. T. II. Th. V. H. p. m.* 1529. aliumque *quo de Grilland. tract. de sortileg. c.* 7. *n.* 23. ope diaboli *verè* locutum esse, quis inficiabitur? *Serpentis* colloquium cum Eva consignavit *Moses, Gen. III.* qui equidem *naturalis* fuit, sed *personatus*, & à Satana obsessus, quod contra *Joseph. L. I. Antiq. c.* 2. orthodoxè statuimus; quæ autem species serpentum fuerit, eruere conatur *Nierenb. L. IV. hist. nat. c.* 36.



## CAPUT III.

### De usu canis in denominandis urbibus aliisq; locis.

§. 1.

*Origo Helmstadii.* S. *Liudgerus* primus Episcopus *Minnigernevordensis*, i. e. *Monasteriens.* in *Westphalia*, de sacello exstruendo cogitans, locumque commodum speculans à Deo precatus est, monstraret sibi locum, in quo ædem exstrui vellet, ibique *caniculam*, *Elim* nomine, considere juberet. Factum: sicque à *catello* locus denominatus est *Elimsted*. Hanc Veterum traditionem confirmare videntur fenestræ in ambitu templi Monasterii *Vallis Mariæ*, dimidiò *Helmstadio* milliari adhuc superstites, quarum rythmos, ob reverentiam antiquitatis, subnecto:

Konning Karolus Kentzeler /
Sinte Lüder de leve Here /
wolde Godde ein Kloster buwen /
tu leve in allen truwen /
ein Hündelein he h.dde / Helim genand /
ein geddelick name bekant /
He Christum usern Herrn bat /
dar dat Hündelein sat /
dat he wolde geven sinen schien /
ichte dat de stede mochte syn /
Helimstete solte dat heten /
der stede he und veele mochten geneten.

Vid. *Bunting. Chr. Brunsv. p. m.* 30. *e. m.*

§. 2. Superstitiosum fortè Tibi videbitur, quòd Vir devotus sanctum Dei nomen *cani* imposuerit. At voluit id esse memoriale officii sui, *fide & vigilantiâ* Sanctè & animosè faciendi. *Vid. Nos* suprà *Sect. I. cap.* 1. §. 5.

*alterum* [illegible] §. 3. Alii *Helmestadium* derivant ab *Elmo*, saltu finitimo, *ut Hild*[illegible] a vicino

à vicino nemore der Hilles / non autem à *nive*, qua de *Cranz. L.I. Metrop. c. 10. Cl. Meibomius Orat. de origin. Helmst à galea* deducit, seu casside militari, quam Helm dicimus. Non tamen à *galea* Hunnici alicujus Regis hîc cæsi, & versùs occidentem in colliculo, sub admiranda lapidum mole tumulati, sed simpliciter à galea, quam conjecturam nummulis firmat, qui adhuc monstrantur, laminæ instar tenuibus, in quibus galea impressa conspicitur, & ab *Helmstadiensibus*, ut ajunt, cusis.

§. 4. Et *Quedlinburgam*, nobile Saxoniæ oppidum, *cani* suum debere nomen, In antiquo *Chron. MS. Quedlinburg.* inveni. Ita autem ibi. Quedlenburg hat seinen Namen von einem Bracken-Hündlein / so auf dem Felsen / da jetzt das Münster steht / gefunden worden. Scilicet A. C. 934. infit *Winnigstad. in Chron. Quedlinb. MS. Attila*, exercitum, 50000 Hunnis constantem, in Germaniam misit, qui, postquam urbem *Quedlinburg.* eiq; proximè adjacens cœnobium S. *Wiperti* ferè devastâssent funditus, demùm ab Henrico I. *Ottonis*, Ducis Saxon. Fil. fugati, & *cane*, muneris loco illis misso, illusi sunt. *Joannes* verò *Gerdanus in Catal. Abbatissar. Quedlinb. A. C. 1632. edit. tradit, Henricum Aucupem* arcem urbemque *Quedlam* fundâsse, posuisseq; monumentum victoriæ propè *Mersburgum* ab *Hunnis* reportatæ, ubi eos an. 934. Mens. Mart. profligavit, nimirum in perpetuam tanti triumfi memoriam *canem* in urbis *Quedlinburgi* insignia recipere jussit, qui adhuc in iisdem visitur. Conf. *Wittekind. L. I. annal. p. m. 13.* Alii tamen aliter: nec mihi incerta defendere animus est, quamvis plurimos pagos & urbes in Saxonia vel ab animali, vel instrumento quopiam, nomina sua accepisse constet. *Seepenstetum* à *navi*; *Wormstet* à *verme*; *Buddenstet* à *labro*; *Emmenstet* ab *urna*; *Egenstet* à *dentali*; *Schlanstet* à *serpente*; *Wolfstet* à *lupo*; *Hon-stet* à *gallina* &c. dicitur.

*origo Quedlinburg.* *urbes & pagi ab animalib. & instrumentis*

§. 5. *Rugraviy* à *Dassel* firmissimam struxerunt arcem, vulgò der Hunds-Rück dictam. Scilicet cùm *Hunni* ferrô & igne longè latèq; vastarent terras, laudati Comites, tyrannidem eorum declinaturi, in rupe quadam excelsa, versùs Septentrionem & sylvam, quæ dicitur der Solling / hoc condidêre castrum, idq;, quoniam contra *Hunnos* erectum, Hunnenrück vocârunt. Plebs verò *Hunos* pro *canibus* reputans, in contumeliam gentis, Hunds-Rück appellavit. *Lezner. Chron. Dassel. L. I. c. 5. p. m. 4.* Verùm de regione Hunds-Rück / inter Rhenum & Moselam sitâ vid. *Munster. Cosmogr. L. III. c. 200.*

*castrum* Hunds-rück. Hunds-Rück *regio.*

§. 6. A *cane* nomen quoq; suum obtinuit Hunds-Feld / uno ab *Uratislaviâ* milliari, eo in loco situm, ubi *Henr. V.* Imperator, cùm *Glogoviam* diu, sed frustrà, obsedisset, An. MCIX. à *Bogeslao* Polono victus & fugatus. Vid. *Nicol. Henely Silesiogr. c. 4. p. m. 37. seqq. Cromer. de reb. Polon L. V. p. m. 116. Lehmann. Chron. Spirens. L. V. c. 42. p. m. 480. Cyr.* Spangenberg *Chron. Saxon. c. 211. Mich. Sacks. P. III. Chron. p. m. 212. Conf. Sect. I. c. 3.*

*oppidum* Hunds-feld.

§. 4. De alio Hundsfeld (rectiùs tamen Hunnesfeld) / inter Carlstadium & Hamelburgum, vid. *Spangenberg. L. I. Chron. Hennenb. p. m. 38.* De Præfectura Hundborg in Diœces. *Osnabr. quædam* profert *Meibom.* in *opuscul. hist. p. m. 220.* Conf. *ej. Chron. Bergens. p. 33.* Meminit quoq; Hundesburg in Saxonia *Pomar.* in *Chron. Magdenb.* ad A. C. 1347. Hundsholm est locus in *Dania.* Domum, der Hunds-Mühlen dictam, condidit *Theodoric.* Comes *Oldenburg. Hamelmann. P. III. Chron. Oldenb. c. 1. p. m. 191.* de cujus incendio idem *l. c. P. III. c. 6. p. 243.* In *Seelandia* Belgarum est *fluvius*, der Hond dictus; ejusdem nominis ille, qui *Oldenburgum* lambit. *Sylva* etiam in Hollandia *canina*, vulgò Hontbos / qua de *vid. P. Bertij. Digest. nov. de aggerib. & pontib. ad mare exstruct. c. 14. p. 142. seqq.* Hunds-Lund / i. e. *lucus caninus*, in Dania.

Hundsburg. Hundsholm. Hunds-Mühl. Hond *fluvius.* Hontbos. Hunds-Lund. Hunds-Grotte.

§. 7. In Italia antrum est, la *crotta de cani*, i. e. *antrum caninum dictum*, die Hunds-Grotte / oder Höhle. Instar fornicis est in arida superiori parte non nocens notoriè, simul ac verò *canis* humidum aerem tangit, in momento extinguitur, reviviscens quidem, si statim aquæ recenti immergatur, cujus Vaporis humidi, qui tamen vix sentitur, tanta vis stricta est, ut facem ardentem subitò prorsus extinguat. Ceterum omnem aurum è metallifodinis *canibus* plerunq; noxiam esse, notum est,

*notior ut jam sit canibus non Delia nostris. Virg. Ecl. III. v. 67.* Excell. D. D. *Lucas Schröckius Augustæ Reip. Vindelicor. Phys. Curiosor. Celsus, Fautor noster singularis* An. 1670. M. Octobr. *canem* in cavernam istam immisit, qui sine ulla offensione inibi erectus stabat, quamprimùm verò caput versùs terram altiùs deprimebatur, subitò ille reluctari, oculosque & linguam nigricantes exerere incipiebat, & tandem instar mortui planè concidebat, cui tamen in vicinum locum immerso, non ita diu post vita redibat, id quod tamen etiam, licèt paulò tardiùs, accidebat, si, nullâ aquâ conspersus, liberiori aeri tantùm exponebatur. Alium tamen *canem* studiò diutiùs in antro, capite depresso, detentum nec aer liberior, nec aqua illa in vitam revocare valuerunt. Ipse Amicus honoratissimus antrum ingressus, præter *lenem admodum calorem, inprimis circa fundum*, nihil persensit. Noxa autem illa suffocans ad antri fundum saltem hæret, eamq; paululùm altiùs spithamâ exsurgere, color in parietibus subluteus indicare videtur, partim & quòd facula accensa liberâ flammâ ardebat in antro, quamprimùm verò inferiorem illam aeris regionem attingebat, mox extinguebatur, non autem, quod vult *Schottus*, iterum accendebatur altiùs elevata. Hæc *Celsus* noster. Add. *Curiosit. Phys. Schvvimmers.* Utrum verò crassior tantùm exhalans aura, vel unâ malignus aliquis vapor, caninæ constitutioni omnino antipatheticus, aliudve aliquid in causa sit, satis obscurum est, inprimis *cur altius non eleventur illi halitus*, haud facilè dixerim. Non solùm vero *canes*, diu in hoc specu *Puteolano* detentos, sed

quoq;

quoq; *bufones*, *serpentes*, aliq; venenata animalia huc conjecta emori, ex relatione incolarum istius loci memorat *J. Faber Lynceus in descript. animal. Nov. Hispan. p. m. 784.* cujus *probabilis* opinio minimè temnenda.

## CAPUT IV.

### De usu canis in fundandis novis familiis.

§. 1.

Vivunt adhuc *è nobili canum familia* multi apud *Thuringos*, *Francos*, *Variscos*, *Suevos*, *Cattos* & alibi. Licèt verò curiosissimus fuerim in indaganda stemmatis hujus origine, nullibi tamen certi quid expiscari potui. Consului Excellentes Viros & Antiquitatum peritissimos, quos inter honoris ergò nominabo, Magnum *Conringium*, *Collectores Eph. nostr. Curios. Uratislav.* Eximium *D. Horst. D. D. Majorem*, *D. Velsch.* Illustrem *D. Barthol̄n.* Admirabilem *Kircher.* sagacissimum D. *Wedelium*, Eruditissimum *D. Christ. Petri* ipsos nobiles ab Hund & Bruck / at nihil rescire potui. De *Hildegardis* Imperatricis sororis *Irmentrudis* filiis, unâ vice duodecim natis, & pro *catulis* expositis vid. *suprà S. I. c. 3. §. 51.* è quibus præcipuus *Welfo* (unde *Guelforum* nomen (Comes *Altorff* & *Regenspurg*) appellari solitus. *nobiles ab Hundt.* *Welforum origo.*

§ 2. Illustrem *Ursinorum* familiam inde ortam esse, quòd fœmina ex *urso* filium pepererit, non solùm effigie humanâ, sed etiam ingenio præstanti, putant quidam, Vid *Fort. Fidel. L. III. de relat. Med. c. 5. p. m. 499.* quod ego verò nec de illa, nec de *nobili canina familia* dixero. *Amphion* noster *Curiosus* putat ex detecto consilio filiorum pro *caniculis* suffocandorum gentem hanc ortam esse, omine & fortuna *Romuli*, qui cum fratre deportatus fuit & servatus. D. *Wedelius*, *Hercules* noster, retur, ut plura alia fortuitò nata nomina Paucissimi enim sunt, qui natalium suorum originem à primo satore arcessere queunt. *D. Achillis* consilium fuit, ne curiosiùs familiæ hujus ortum indagarem, cùm sœpiùs usu veniat, ut illustres etiam familiæ parva agnoscant principia, quæ omnium oculis exponi ægrè ferunt, moderno splendore contentæ, deq; futuro incremento subinde sollicitæ. Illustris etiam *Conring.* noluit quòd ulteriùs scrutarer. *origo Ursinorum.* *cur Autor ortum Nobil. ab Hund non expiscatus?*

§. 3. Hoc unum scio, *duos canes* in insignibus eorum monstrari. Nobilibus *Franconicis* accenset *Spangenberg. L. VII.* des Adelspiegels *c. 6. p. 97. b.* & meminit der Hunde von Altenstein / der Hunde von Wenckheim / *Cattis*, *ibid. c. 9. p. 101. B. Thuringis*, *ibid. c. 24. p. 123. b.* Ordinis Teutonici Magister XXVII. fuit N. Hund von Wenckheim / ut *idem tit. I. lib. II. c. 4. p. 339. a.* familiis *Saxonicis* accenset *G. Fabric. L. III. annal. Misn. p. 179.* *insignia eorum.*

*antiqua familia canina.* Conf. *nos supra Sect. I. c.* 1. §. 5. De antiquitate cum multis aliis hanc familiam certare, testatur *Bucellin. in Indic. Equitum, qui solennibus ludis equestribus interfuêre, German. Topo-Chrono-stemmato-graphicæ adjecto lit. C. & H.* ubi *canes*, seu *Hundios* ludis equestribus decimis per *Guelfonem* Ducem Bavar. & *Spoleti* Principem *Corsicæ* & *Sardiniæ* edit. *Tiguri* An. 1165. interfuisse commemorat. Ultimum derer Hunde von Saulheim maniá extinctum, vidit *Reiselius* noster. Excell. Dn. *Moller. Hist. & Metaph. PP. in Acad. Norica*, per *Hermetem* Noribergensem seqq. communicavit. Familiam Nobilium ab Hund in S. R. I. deprehendo *quintuplicem*, (I) Hund/ Schlesische vom Adel. (II) Hund zu Kirbach / Hessische vom Adel. (III) Hund vom Lauterbach/ Bayrische vom Adel. (IV) Hund von Saulheim/ Reinländische vom Adel. (V) Hunt (nota scriptionis differentiam) Steyrische von Adel.

Frideric. Hund comparuit in ludo equestri Xmo. celebrat. *Tiguri* a. 1165.
Andreas Hund - - - - - - - - XIV. - - *Herbipol.* 1235.
Guilielmus Hund - - - - - - - - XVIII. - - *Ingelheim.* 1337.
N. Hund - - - - - - - - - - - XXVI. - - *Stutgard.* 1436.

Addo plures de nomine *canum* participantes, quorum torneamenta mentionem faciunt:

N. Hundsbuch comparuit in ludo equestri VIII, celebr. *Augusf.* an. 1080.
Guilielm. ab Hundsbuch - - - - - - IX. - - *Göttinga* - 1119. eratq; ex IV. Regibus, ad Ludum istum delectis, Rex numero IV. tali ordine I. Rex fuit *Gotthard.* ab *Andlau*, Suevus, II. *Henricus* à *Thoring*, Bavarus, III. *Kilianus* à Wiesenthau / Francus, IV. *Guilielmus* ac Hundsbuch / Rhenanus.

Reinhard. Hundsberg/Nobilis Thuringus, comparuit in ludo equestri X. celebrat. - - - - - - - - *Tiguri.* An. 1165.

Fuêre etiam Nobiles Hunds Hausen / Rheinländische vom Adel. Hunds-Brocken / Nobiles Franconici, Hund-Biß à Waldrams / nobiles Sueviæ, è quibus *Joh. Franciscus Adelbert*, Illustrissimi Collegii *Elbangensis* in Svevia (olim Monast. O. S. B. circa A. C. 764. ab *Hariolpho* & *Erlolpho*, Episcopis Lingonensibus, fundat, verùm circa A. C. 1461. in Præposituram, Principali tamen dignitate illustrem, convers.) Canon & Capitularis. Meminit quoq; *Spangenberg. Chron. Hennenb. L. III. p. m.* 103. derer Hunde von Falckenb.rg / & *L. V. p. m. 186.* derer Hunde von Sternberg. Et *Leonhard. Thalemann, Past. Gehovensis*, Præfecti cujusdam Alstetensis, nomine ab Hund/ in der eigentlichen Beschreibung des Gehovischen Nonnen Gespenstes/ excus. an. 1684. Reverendiss. Dn. Arnold. ab Hundsbrock/ præpositus Capituli Cathedralis Hildesiensis.

*Herren von Rüden.* §. 4. Sunt præterea die Herrn von Rüden / qui à *canibus pastoralibus* nomen traxêre, quos inter inprimis clari die Herren Rüden von Collenberg

berg in circulo *Rhenano*, die von Bruck in Ducatu *Westphal.* & alibi, Comites à *Wolpe*. *Bernhardi à Welepa* mentio fit in hist. *de Henr. Leon. & 35. cum not. Meibom. edit.* an. 1660. *Arnold. Lubec. L. VI. c. 11.* scribit *Wilpia*, alibi tamen *Welpe*. Instrumenta antiqua *Welpia*. Erat comitatus in Saxonia inferiori, confinis *Hojano*. *Christ. Enzel. in Chron. vet. March.* ex insigniis, quæ duo erant cornua bubula, colligit, comites *Welpenses* cum *Aldenbusiis*, (arx ejus nominis adhuc superest in Ducatu *Magdenb.*) ejusdem fuisse originis, sedibus tamen distinctos: de qua assertione ego cum *Meibom. in not. ad hist. de Henr. Leone p. 261.* nihil pronunciare possum. Tempore *Wilhelmi* Victoriosi, Brunsvic. Ducis, Arx *Welpia* cum tota ditione Ducatui Brunsvic. conjuncta est. Novi etiam Equestrem familiam derer von Winde / è quibus *Hafniæ* vidi *Dn. Olizerum* Winde / *Thesaurar. Regium.*

*Comites Wolpenses.*

von Winde.

## *CAPUT. V.*

### De usu canis in fundandis societatibus illustribus.

§. 1.

*Franciscus Mennenius in deliciis suis equestribus*, (seu militarium ordinum symbolis, insignibus & originibus,) *extant in L. II Chron. Chronicor. Ecclesiast. Joh. Gualteri Francof. 1614. in 8vo. maj. ita: Montmorentiadum gentis stemma, quo Lisbio, à Libya Regulus oriundo, magno Areopagita commartyri apparentat, origine antiquissimum Francis & Belgis perillustre, summum Christiani nominis columen vel ab incunabulis Regni Gallici semper exstitisse constat, primumq; eorum parentem Proto-Christiani & Archi-Baronis nomen* (quod moræ impatiens & zelo Christianismi incensus, eidem lavacro, quo *Rex Clodovæus* primus inter *Gallo-Francos* sacrô baptismate ablutus est, se immerserit,) *commeruisse tradit Robert. Canalis. Nec his contentus autor & ipse fuit primus, ut Aurelius in media Gallia prima sacra comitia celebrarentur. Unde Monmorentiacos primos Christicolas & Franciæ Barones veteri elogiô nuncupari, ejusq; nominis Dieu en ayde, au premier Chrestien & Baron de France, tesseram prœliis meritò inclamari, in hunc usq; diem obtinuerit. Fides insuper memorabile exemplum in Christianam Remp. exstare volunt Illustre Ordinis Equestris Collegium*, cane *nimirum, notissimô* fidelitatis *symbolô, insignitum, & religioni Majorum propaganda in hac familia fundatum, nullo certo, quod equidem sciam, hactenus autore, qui principatum & magisterium, ut loquuntur, ei planè attribuat, & si non vanâ ratione Coryphæum egregii hujus instituti fuisse, ex* canis *insigniis, quæ in casside stirps illa pro crista gestare solet, augurari liceat. Cujus rei fidem augere Videtur Philipp. Moreus in tabula sua insigniorum Franciæ vulgari sermone conscripta, ubi inter alia gentis hujus decora prodit: Buchardum Montmorentiacum ad*

*ordo seu societas canis.*

*aulam Philippi I. multis comitantibus equitibus, venisse, qui omnes, ut & ipse Buchardus, baltheum, seu torquem equestrem, capitibus cervorum distinctum,* canisque *effigie ex ima parte pendente exornatum gestarent. Id exemplo multorum Principum, quos canis insignius delectatos fuisse in aperto est, factum reor.*

*Societas galli gallinacei.* §. 2. Ordinis porrò, qui *galli gallinacei* titulo circumfertur, Equitem nobis prædicant *Petrum* quendam *Montmorenciarum genealogici ejusdem stirpis* Commentatores, minimè verò edocentes tempus erectionis, vel autorem, quod *Petr. Beloyus in orig. suis maximè conqueritur*; ex iis tamen colligi, ait, Gallos Principes, *pugnacis* adeò *animalis hieroglyphico* ductos, Sodalitium equestre instituisse, quod Martis pullum eum vocet *Aristophanes*, & *Eucherius* imperii doceat esse Symbolum. Hæc *Mennenius* Consil. *Misen. in Specul. Imagin. c. 33. p. m. 427.* & *Neumarck IC. Secret. Saxo-Vinariens.* Collegam Carpophorum & Amicum colendum, im neusprossenden Palm-Baum *c. 2. p. 49.* von der Hund und Hanen-Gesellschafft.

*Societas Regia Anglica.* §. 3. Illustrissima *Societas Regia in Anglia* in insignibus suis etiam elegit *duos canes venaticos cum duabus coronis loco monilium* pro fulcris. Prudenter sanè! Quid enim est in hoc universo, quod, ceu *sagacissimi canes Venatici*, & indefessi Naturæ venatores non investigent ac prodant Viri *super æthera noti?* DEUS EOS SERVET!



# *CAPUT. VI.*

## De usu canis in ludis, statuis & simulacris.

§. 1.

Omnibus ferè Principum virorum *ludis canes* intersunt. Miror itaque apud *Martial. L. IV. epigr 35.* otiosos fuisse spectatores prœlii *damarum*. Antonius *Heliogabalus*, ut Bacchum referret, *tigribus* triumfabat, *leonibus* ut Martem, *canibus* verò, ut exemplo careret, narrante *Æl. Lamprid. in ej. vit.*

*triumfus Heliogabali.*

*inscriptiones canum.* §. 2. Varias *canum* inscriptiones passim videbis in Italia & alibi, ut prodit *Elias Schedius syngr. 2. de DIS German. c. 48. p. m. 453.* Talis est *Roldani canis* Principis *Joh. Andreæ Doriæ* apud *Wolfg. Albrecht. Stromer. hist. horticult. Laurenb annex. consid. VII. p. m. 239. Colon. Agrippin. ad aureum clavem Hermes Curios. Phys. Norinb.* Amicus venerandus, hosce invenit rythmos:

Es riet ein Ritter mit Fleiß /
der führet zwey Hündlein Schnee-weiß /
der eine hieß Verß Ziesel / der ander Ziesel Verß /
Husch / husch / Verß Ziesel bieß dem Ziesel Verß ein Ohr ab.

§. 3. Apud

§. 3. Apud *Maffaeos* Romae in pulcherrimo operis cippo *canis* humi jacens, surrectô verò capite hanc inscriptionem intuens, repertus est:

C. JUL. URBANO ET JULIÆ OPTATÆ CONTUBERNALI ET C. JULIO URBANO, PECULIARI FILIO, POST. SUIS.

Vid. *Pier. Hierogl. L. V. p. m.* 51. Add. *Itinerar. MIRABILIS p.* 71.

§. 4 Est fons *Hanoverae* in foro, quem *Actaeon* cum *canibus suis* exornat. *Hamburgi* in templo cathedrali, & pluribus Germaniae locis, multos vidi lapides sepulchrales *canibus* insignitos. *Hecates* statuis etiam appositos fuisse, ex *Rosin. L. II. Antiq. Rom.* scimus. *canes in fonte. & saxis sepulchralibus & statuis Hecates.*

## CAPUT VII.

### De usu canis in Moneta.

§. 1.


Omnium monumentorum, quae ex antiquitate supersunt nobis, nullum *nummismatibus* est vetustius. Templa, theatra, tropoea, libros, picturas & statuas temporum injuriae vincunt: Sola verò *numismata* omnia superant secula, rerumq; sibi concreditarum memoriam semper conservant. Hinc est ratio, cur Veteres nunquam statuas posuerint, aut templa struxerint, aut tropoea erexerint, nisi ad pedes aut fundamenta illorum *numismata* quaedam posuerint, quia, ut rerum, quas ad posteros propagari volebant, memoriam redderent aeternam, ex praevisa omnium monumentorum ruina, in nulla re quàm in *numismatibus* tàm certi erant atq; securi, ut fusiùs probat *Spanheim. in differt. de praestant. & usu numismatum.* *usus canis in moneta. numismatum antiquitas.*

§. 2. Olim autem *argentum* non signabatur, progressû tamen temporis *pecudis* nota ei impressa est. *Plin. L. XV. c.* 3. Et vetustissimos repertos esse *nummos*, in quibus *ovis bovisq;* signum extaret, testatur *Plut. Publicol.* Augustus Caesar *nummum argenteum* notâ sideris *Capricorni*, quô natus est, percussit. *Sveton. in Octav. c.* 94. Quondam etiam *Janus geminus* alterâ ex parte, ex alterâ *rostrum navis* signatum. *Plin. L. XXXIII. c.* 3. Ceteras nummorum imagines priscis usitatas studiosè collegit *Masen. in Specul. imagin. c.* 20. *p. m.* 365. *seqq.* Hodie ferè signatur ejus *effigie*, cujus *autoritate* cuditur. Sed ad rem. *qui & quando signatur.*

§. 3. In numismate *Theodosii* Imperatoris conspiciebatur *canis* millô muni- *canis in nummis.*

munitus, ore apertò, tanquam signum animosi defensoris & solliciti principis. Collare *canis* fuit signum tutelaris armaturæ, quâ Imperator munitus erat adversus lupos famelicos, qui Ecclesiam vorare audebant *Aldrov. l. de p. m. 519*. In *C. Mamicij* moneta *canis* qs. *latrans* visus est. Numus C. *posthumij* figuram *canis currentis erectâ caudâ* insculptam habebat cum signo jaculi in parte inferiori: in magna moneta ærea *Antony Pij* conspiciebatur *Hercules* dextra *tricipidem canem* extrahens. In monetis argenteis Serenissimi *Vincentij Gonzaga*, Ducis Mantuæ visus est *canis* cum lemmate: *Infensus feris tantum. Id. l. c.* *Canis* quoque in nummis *Atestiorum*. *Id. l. d. p. 235*. Cum *Reisnerus* noster, Vir curiosus & eruditus, Hamburgi olim numismata *Caroli* Ducis Croiiacensis & Arschotani, nec non *Hub. Goltzij* universa revolveret, occurrit Dianæ imago, *cane* venatico cervoque sociis. In *Fulvij Ursini* Romanis familiis *catulus* & *canis*. In *Patino* Mercurius κυνοκέφαλος, ex Ægyptio, qualem conjiciunt, nummo, certè ad mores Ægyptios formato.

*in nova moneta.* §. 4. Rdmus. ac Sermus. Episcopus Osnabrug. Dux Brunsvic. & Luneb. ERNEST. AUGUST. An. 1675. nummum argenteum signavit *cane exertâ linguâ*, cum lemmate: *Vigilantiâ & fidelitate* sc. cuncta geruntur feliciter. Splendidè *Tacit. L. XIII. annal. c. 54*, *Nullos mortalium*, ait, armis aut fide *ante Germanos esse*. *Vigilantiâ* itaque & *fidelitate*, fortissimi Teutones. Sic publicè testabimini, quàm vani isti sint, qui hos sibi fideles putant, quos pecuniâ ad sui amorem compellunt, quandoquidem *caritate id præstatur*, uti filio suo dicebat *Philipp. Macedo* benevolentiam largitione ad se trahere conanti. *Val. Max. L. VII. c. 2. ext. n. 8*.



## CAPUT VIII.

### De usu canis in insignibus.

§. 1.

*Origo insignium.* CRediderim ego, non nisi à communi gentium usu primordia *insignium* esse derivanda. Haud facile enim gens dabitur, cui *insignium* non cognita fuerit observantia, usque adeò, ut & in novis Insulis usus eorundem fuerit deprehensus. De priscis Ebræis tradunt autores, eos per singulas tribus propria & distincta vexilla habuisse. Habuit figuram *hominis* vexillum *Ruben*: Juda *leonis*: Ephraim *bovis*, Dan *Aquilæ* &c. quibus imaginibus Patriarcha Jacobus liberorum sortem & fortunam per singulas domos distinxit. *Gen. XLIX*. Nos de cane in insignibus.

*Sueto. Galb.* §. 2. *Servius Galba* Imperator tam sua quàm Majorum acta & insignia hôc symbolô notavit: *Canis* erat à prora navis se inclinans ac desilienti similis,

ſimilis; quô vigilantiam & firmas excubias adverſus pericula deſignavit. Dio *L.* 51. *Claud. Paradin. in ſymb. heroic. p. m.* 108. *Xiphilin. Tholoſan. L. VI. de Rep. c.* 16. Duces *Montmorency* ſcuto ſuorum inſignium impoſitam habent galeam coronatam, ex qua caput *moloſſi* proſpicit aureum, linguâ coccineâ, numellâ concolori, limbo & clavis ejuſdem aureis: Laciniæ dependentes ſunt ex auro & cocco. Duces de *Havray* & *Croy* galeæ impoſitum exhibent *ſemi-canem*, linguâ exſertâ & collari, nec non, loco pedum anteriorum, alis conſpicuum. Dux *Uſiceæ* ex familia *Cruſſolia*, qui *ſemi-canem* cum lingua exertâ, ſed pedibus carentem, ex galea protenſum habet. Dux *Grammont* ſupernè ex prima galea ſurgentem *ſemi-canem* venaticum rubeum, ore clauſo, armillâ nigrâ, duobus pedibus anterioribus, caudâq; recurvâ depictum, infernè autem in quadra ſcuti ultimâ aureâ *canem* venaticum rubeum, nigrâ armillâ ornatum, caudâ recurvâ, duobus pedibus poſterioribus inſiſtentem, & priores duos extendentem, delineatum in inſigniis ſuis repræſentat. Et Duces *Würtenbergici canem* in inſignibus oſtentant. Marchionis *Brandenburg*. Electoris ſcuto impoſitæ ſunt IX galeæ, ex quibus poſt mediam galeam, ad dextram ſecundo loco poſita eſt galea Juliacenſis, quæ vel *moloſſo* aurato, nigris alis inſtructô, vel aquilâ aut grypho exoriente ſuperbit: deinde versùs ſiniſtram partem galea penultima mitrâ Ducali rubeâ eſt tecta, argentei coloris, pelliculis farta, & ſuper illam inter duo cornua, alternis ex argento & minio ſegmentis variegata leo exſurgens cum corona rubea, vel potius aureâ, niger. Hic apex Burgraviatum Norimbergenſem ſignificat: cujus nomine olim caput & collum *canis* auriti majoris, Brackenkopff/ uſurpatum, & à ſe in Mauſoleo Burgraviorum, quod Hailspronnæ eſt, conſpectum refert *Limn. L. V. J. P. p.* 127. Id à temporibus Friderici II. Burgravii Norinb. repeti volunt, & ajunt illum ornatum hunc inſignium A. C. 1317. à *Leopoldo Regenſpergio* Barone in Epiſcopatu Conſtantienſi pretiô 36 marcarum argenti emiſſe. Sed & illud ferunt, ornatûs hujus causâ diſſidium aliquando inter Burgravios & Comites Oetingenſes ortum, idem verò, Principum nonnullorum interventû, compoſitum, tandem auriti hujus *canis* figuram civitati *Worfidelsana* attributam.

Duc. Montmorency.

Duc. de Havray & Croy.

Dux Grammont.

Dux Würtemb.

§. 3. Comit. Palat. Rheni lin. *Spanheimenſis*, e. g. Dux *Chriſtianus*, ſex galeas habet ſcuto impoſitas, ex quarum ſecunda exporrectum videtur caput *moloſſi* aureum, cum lingua & millo rubeis. Principes & Comites *Oetingenſes* ſcuto ſuo impoſitam habent galeam, ex qua protenditur caput & collum *moloſſi* aureum, cujus auris decuſſi ſcutario argenteo ornatur. Hujus apicis cauſa controverſiam ab Oetinganis Burgravio Norimbergenſi motam fuiſſe, cùm hic eundem ſibi arrogaret, paulo antè

Com. Pal. Rhen. lin. Spanheim. Princip. Oetingens.

*Princip. Salment.* dictum est. Principes *Salmenses*, Comit. Rheni & Sylv. scuto impositam habent ex sinistra parte galeam coronatam, quæ exhibet caput *vertagi* cum collo cœruleum, fasciâ argenteâ exornatum; collo adjectus quatuor pennis pavoninis. *Princip. de Zollern.* Principes de *Zollern*, seu *Hohenzollern*, habent in suis insignibus apicem tribus constantem galeis coronatis, quarum dextra sustinet caput *vertagi* argenteum tessellis primi & quarti quadrantis pictum, pro designando C. Zollerio. Ex quo veteribus Burgraviis Noribergensibus in galea usitatum *Vertagi* caput esse petendum, non improbabiliter censet Eximius *Spenerus Herald. Part. special. f. 576. §. 6.* *Princip. de Furstenb.* Principes & Comites de *Fürstenberg* in posteriori galea clypeo impositâ habent *canem* vestigatorem ἀπόδον, capite & collo argenteis protensum, cujus auri sinistræ baltheus cochleatus impressus est. Ex hisce Fürstenbergiis Episcop. Argentinensis, præter dicti *canis* figuram in galea posteriori, etiam in scuti laterculo secundo *canem* nigrum quatuor pedibus ad saltum protensis, caudâq; recurvâ exporrectum, gestat. Inclytæ Abbatiæ Benedictinæ *Murbacensis* in Alsatia superiori ad Vogasi montana tessera est *canis* niger.

*Com. à Lamberg.* § 4. Comites de *Lamberg* ex tertia coronata galea *canem* nigrum umbilicotenus prodeuntem, millo aureo ornatum pedibusq; anterioribus ad cursum dispositis habent: in scuti verò secunda & tertia areola aurea continetur *canis* niger divaricatis pedibus, millô aureô. In *Siebmachers* Wapenbuch P. *I. p. 22. canis* pingitur argento: in explicatione scripta, lingua ei & millus assignantur rubei coloris. Hôc *cane* designatur familia *Podwein* à *Demutha* F. *Nicolai* de *Podvvein*, quæ *Wilhelmi* Junioris Dn. à *Lamberg* uxor, & communis parens *Lambergiorum* fuit. *Com. à Promnitz* Comites à *Promnitz* scuto suo tres impositas habent galeas coronatas, quarum mediam tres plumæ struthionicæ exornant, aurea, nigra & rubea, in illis considere *molosso* candido, millô aureô, linguâ cruentâ, quæ in diplomate Imp. Rom. LEOPOLDI expressè sunt germanicè ita: auf der mittern Kron entspringen drey Straussen-Federn mit den Gipfeln abhangende/ deren die hintere roth/ fördere gelb/ und mittlere schwartz vor deren Vorwartz sitzend ein grosser Englischer weisser Rüd oder Doggen mit offnem Rachen/ roth ausschlagender Zungen/ um seinen Hals ein Halsband mit Gold eingefast/ samt einem göldnen Ring daran habend. *Com à Barby.* Comites à *Barby* scuto suo duas galeas impositas habent, quarum priori culcitra coccinea imponitur; cui *catulus* insidet candidus millô nigrô. *Henning* autem in *Theatr. Geneal. T. III. P. 2 p. 350.* coronat cassidem, & capiti *canis* imponit aliquas pavoninas pennas. Hæc galea *Barbiana* comitatui propria est, nisi fortè designat dominium Walter Nienburg/ quam arcem *Waltherus* Comes, an. 1278 mortuus, destructo Münch-Neuenburg condidit, & de suo nomine

min'e dixit. Eam verò dynaſtiam, extinctâ familiâ, ad ſe relapſam Saxoniæ Elector *Johannes*, Principi Anhaltino, conceſſit, unde in ſcuto Zerveſtanorum Principum arcolam capite *canino* inter alas proſpectante ornatam videre licet. Comites de *Aſpermont*, *Lynden* & *Reckheim* ſcuto ſunt ornati tribus galeis coronatis conſtante, ex quarum media exſurgit aquila argentea gentilis, ex tertia Reckheimius leo, primæ verò inſiſtit *canis* venaticus niger cum millo aureo, quales duo etiam ſcutum tenentes, dexter argenteo, ſiniſter nigro colore pinguntur, capitibus in extremas caſſides abditis. *Canis* venatici iſtam rationem traditio familiaria allegat: *Arnoldum II*, cùm Comitem Hollandiæ Ultrajectum comitaretur, & à via aberrâſſet, repeeriſſe *canem* venaticum nigrum cum millo aureô, ab hoc ei monſtratam viam per amnem, ubi eum eques ſuperare potuerit, inde in pratum, in quo animi gratiâ ſpatiantem reperit *Helenam de Boiſichem*, Domini *Culenburgii* filiam, quam dein uxorem, & ab ejus cognato Epiſcopo Ultrajectenſi hoc intuitû comitatum *Lynden* feudo acquiſiverit: Hujus ergo rei memoriæ conſervandæ volunt apici impoſitum ipſum *canem*. Ceterùm Barones de *Lynden*, è quibus Canonicus Leodienſis eſt *Carolus Erneſtus*, utentes vidit *Spener. l. cit. L. III. c. 1. §. 16.* ſolâ cruce gentili, & *cane* coronatæ galea inſidente, nec non Telamonibus duobus *canibus*. Principes & Comites *Naſſoviæ Lin. Sarépont.* in antiquo ſcuto galeam habent mediam, cui impoſitum eſt *Vertagi* caput cum collo aureum, millô furvô, limbo, ſpiculis & annulis argenteis cinctum. Comites & Barones de Windiſchgrätz ſcutô in *Sibmacheri* Wapenbuch *P. I. p. 20.* utuntur quadripartito: primus & quartus laterculus rubeus caput *Vertagi*, (Windkopff/) uti *Sibmacher.* vocat, fortè alluſurus ad nomen, vel potius caput lupinum cum colli parte, ex argento, continet, quæ teſſera gentilis eſt. Clypeum premunt tres coronatæ galeæ, ex quarum priori exſurgit caput *canis*, vel lupi, argenteum. Comites & Domini *Rutheni*, ſeu *Reuſſii* de *Plavia*, quarum prior galea in inſignibus tecta laciniis argenteis & nigris ſuperbit capite & collo *moloſſi* ad perpendiculum ſectis, ita, ut anterior pars argentô fulgeat, poſterior nigricet, lingua exſerta rubeat. Verba diplomatis à *Ferdinando I.* tribus *Henricis* Seniori, medio & Juniori Fratribus impertiti ita ſonant: Auf dem Schild ein freyer offner adelicher Thurniers-Helm / mit weiſer oder ſilberfarber und ſchwartzer Helmdecken gezieret / darauf erſcheinend für ſich aufrechts am Hals ſamt dem Kopff eines Bracken mit ofnem Maul / und rother gelffender Zunge / in der Mitte nach der Länge in zween gleiche Theil abgetheilt / das vördere weiß und hintere ſchwartz. Burgravii Miſniæ ex *Ruthenis* triplici utebantur ſcuto; medium aureum decuſſim nigrum referebat, notando Burgraviatum Miſniæ. Huic adjiciebantur duo ſcutula, alterum ad ſiniſtram

*Com. de Aſpermont.*

*Princip. & Com. Naſſov. lin. Sarapont.*

*Com. à Windiſchgrätz.*

*Comites Rutheni.*

*Burgravii Miſniæ.*

 leone

Icone insignitum, quod *Ruthenorum* gentile est, cui insistit cassis coronata cum *προτομῆ molossi* bipertita ex nigro & argento: dextra verò parmula tota rubebat, & ornabatur galeâ coronatâ, ex qua inter duas alas rubeas exsurgebat species virginea utrâq; manû alam apprehendens. Hæc insignia Burgraviorum quidam M. C. W. F. versibus descripsit An. 1573 ex quibus huc facere videntur isti:

> *A lava sese* canis acriter *arduus effert,*
> *attollens binos fauce patente pedes.*
> *Lingua cruenta procul cujus dependet ab ore,*
> *posterius pulcher corpus at umbo tegit.*

*Com. à Mollart.* Comites & Barones de *Mollart* quadripartitum habent scutum, uti in *Sibmach.* Wapenbuch *P. I. p. 26.* videre est. In prima & quarta quadra cœrulea currit *canis* venaticus argentatus, & supereum tres fulgent stellæ aureæ. Hæc gentilis parma est. Secunda & tertia areola cœrulea inferiori parte undis argenteis permeatur, ex quibus exsurgit turris miniata: duæ coronatæ galeæ clypeum premunt, quarum priori insidet *canis* venaticus cum millo coccineo, ex altera sursum protenditur brachium armatum pugionem nudum deorsum vibrans. Laciniæ utrinq; sunt ex cyano & argento. Aucta deinde sunt insignia; uti videre est in Fürstens Wapenbuch *P. V. p. 9.* & præter parmulam auream cum aquila bicipiti, etiam millus *canis*, (qui hîc *molossi* specie est,) in priori galea non coccô, sed aurô tingitur: quod vel etiam, ait *Spener. l. c.* gratiæ peculiari tribuendum, vel dicendum est, in *Sibmachero* erratum fuisse. *Com. à Poetting.* Comites & Barones de *Poetting*, qui in laterculo insignium secundo & tertio rubeo *canem* venaticum habent argentatum cum millo aureo. Galeæ premunt clypeum duæ coronatæ, ex quarum secunda emergit *canis* venaticus argentatus, coronatus, & tribus plumis struthionicis, coccô & argentô infectis fastigiatus, milliô aureô. *Com. à VVeisenvvolf.* Ungnad, Comes à *Weisenvvolf*, cui in *Sibmach.* Wapenbuch *P. I. p. 20.* scutum attribuitur quadripartitum: prima quadra rubea lupum rapacem argenteû continet, quæ tessera primæva ipso nomine teste fuit. Secunda & tertia cœrulea murum continet ter pinnatum aureum: quarta areola rubea continet duos *molossos* argentatos aversos, & millis aureis colligatos salientes. Galeæ tres insistunt coronatæ, quarum tertiæ insident duo *molossi* argentei, millis aureis. Et *Com à Palkenstein. Com ab Hakeborn. Card. Bessarius. Apulia.* Comitum à *Falkenstein* insignia (quæ sîs vide apud *Dilichium* in *Chron. Hassiaco P. I. p. m. 58.*) *cane* conspicua sunt. ut & Comitum ab *Haikeborn*. Eminentissimus Cardinalis *Bessarius*, olim Episcopus Fani, in gentilitio suo insigni *canem* habuit coronatum, cum lemmate: SPES NUTRIX. *Ill. Aldrov. l. c. p. 523.* Et Apulia regio pro insigni habet *canem* exsertâ linguâ.

§. 5. Hos

§. 5. Hos præter complures alii nobiles & generosi Viri *canis* figuram in Insignibus expressam habent. ArchiEpiscopus & Elector Trevirensis, Dom. *Carol. Casp.* von der Leyn / galeas scuto suo (ceu in *Fürstenj* Wapen-buch extat,) imponebat tres; media Antiepiscopalis mitram culcitræ impositam sustinebat. Primæ ad dextram incumbit pileus Ducalis rubeus ora hermionica reducta, & super hunc in orbem figuratum ventilabrum, sive tabula argentei coloris cruce rubea pictum, pennis pavoninis oculatis septem exterius ornatum, cruci impressa tessera *Leyana*, palo insignis argenteo: demum sinistra coronata inter alas expansas cœruleas foliolis argenteis sparsas refert prospicientem *canem* argenteum. *Alefeldiorum* in Holsatia Nobilium, originem ab ejusdem nominis Baronibus in Ducatu Brunsvicensi quondam derivantium, *canis* suprà galeam pulvinari insidens, insigne est. *Höping. de Jure Insignium c. IX. §. 4.* Ornat porrò antiqua & gentilitia insignia *canis* Nobilium à *Grünrod*, à *Preuner*, *Bellendorf*, *Geldrich*, à *Sigmarshofen*, ab *Hausen*, *Berga*, à *Blumen*, in Holsatia, à *Wagenheim*, (hoc saltem discrimine inter duas lineas, *Wintersteinensem* & *Wagenheimensem*, observatô, quòd altera recto positu, altera declivi *canem* sculpi curet,) à *Rüden*, à *Bruch*, *Dorsted*, *Brambach*, *Berckfeld*, *Ratzenried*, *Baldinger*, *Hundbiss* à Waldrams in Svevia. *Scaligers*, sub cognomine von der Leiter zu Behrn / quorum scutum *Sibmacher.* Wapenb. *P. I. p. 31.* miniô tingit, scalam argento, eiq; ascendentium sitû addit duos *canes* argenteos flavis maculis interstinctos, millisa culeatis nigris. Apicê etiam imponit ex coronata galea inter duas alas aureas emergens caput *molossi* scutarii coronatum. An verò à *Furstio* & *Sammarthano*, in sit *Spener. op. Herald. Part. Special. L. I. c. 49. §. 6.* per errorem *canes* in leones, aut à *Sibmachero* leones in *canes* mutati sint, an variaverint ipsi *Scaligeri* σύγχυσα, non definire possum. Pro *canibus* faceret frequens in Majoribus *canis* nomen. Sanè *canis Facinius*, cogn. *Signorius*, filius *Martini Scaliger I*, Principis Veronæ, hoc ipsum satis testatur. Et *Vicentinus Farretus* carmine heroico gesta Scaligeri *canis* celebravit. Et Menapii *canis* imaginem in clypeo gestabant, nec non Illustris *Campegiorum* familiæ, ut & Senatoriæ Bononiensis v. g. *Sampetriorum*, *Fibbiorum* insignia *canis* auget. *Anubis* quoq; in insigni suo *canem* habuisse, refert *Annius Viterbiensis in L. V. Annal. Beros. f. 65.* B. Memini etiam Dnn. *Dammen* & *Garlopen*, Patriciorum Lyneburg, è quibus *Luc. Lossius in sua Lyneb. excus. Francof. an. 1566. p. m. 89.* singulariter commendat *Henr. Garlop.* Consul. Lyneb. *veteri nobilitate satum*, & A. C. 1553. denatum, *Baldingeri.* Patricii quondam Norinberg. cùm *canem* scuto impositum habuerint, Generoso & Perstrenuo Viro D. *Carolo* Nützel à Sündersspühl / Equiti aurato & Consil. Cæs. olim ansam dedêre hoc distichon elaborandi;

*Archi Epis. Trevir.*

*Alefeldii,*

*& alii.*

*Fidus hero* canis *est*, *domuique fidelis herili*,
*hinc typus ingenuæ simplicitatis erit.*

Haud multò post circa eadem occupatus insignia *Mich. Piccart.* Prof. Noricus, cecinit h. m.

*Fidum animal* canis *est Domino domuique*, *proinde*
*his patriæ fidis civibus ille datus.*

Excell. D. *Dan. Gulielm. Moller*, Hist. & Metaph. PP. in Illustri Altorfina Amicus noster singularis, qui hoc meum opusculum insigniter auxit, anteambulones illos sequendo, hosce panxit Versiculos:

*Custos templorum ut* canis *est*, *Dominique domûsque*
*hæc ita stirps servat*, *templa*, *domus*, *dominos.*

Ferè oblitus essem Celeberrimi Medici, D. *Francisci Joëlis*, cujus galeæ *catulus* insidet, ut ex frontispicio oper. ej. Med. Amstelod. edit. videre est. Atq; hæc ferè sunt, quæ de usu *canis* in arte Heraldica hactenus apud Autores, inprimis *Spenerum*, mihi observare licuit.

*Cur Hundii Lunas in insigni habeant?* §. 6. Quâ intentione autem quibusvé de causis Nobilis *Hundiorum* familia trium crescentium *Lunarum* cum *stellæ* utatur stemmate, dicet *Cl. Höping. de Jure insign. c. IX. n. 382. seqq.* ubi de Semilunis & stellis: Hac fortè similive de causa Nobilem *Hundiorum* à Saulheim familiam, quæ ordinis Hospitalariorum S. Johannis Hierosolymitani Equitum supremo Magistro, S. R. J. Principe ac Domino, Dn. *Joh. Friderico* Hund von Saulheim / illustris reddita, trium crescentium semilunarum gloriosissimo digmate præminere constat, nec minùs multi alii nobiles, ut sunt ab Hörlingsberg / Stockhörner / Albachsen &c. In præcedente *num. 381.* causas horum insigniũ tales affert: *Semilunas* utplurimùm hanc causam commenti sunt, ut sic Nobiles admonerentur, considerandas rerum vicissitudines, quæ præsertim in *Luna* spectabiles sint, ne solô Nobilitatis nomine nimiùm turgescerent. *Pier. L. XLIV. p. 329. C. 2.* Sunt, qui partæ victoriæ faciunt symbolum. Sic Turcicus Imperator (cui etiam *canis* in insigni) has *Semilunas* in signum victæ gentis in clypeo deferre non detrectavit. *Mennen. in delic. ord. Equestr. Rubr. Ordo navalis p. 166. & seqq.* Christianis verò *Semiluna* in insignibus denotant, quòd eorum Reges, Duces, Viriq; militares sæpissimè gloriosissimos de barbaris triumfos reportârint, Imperiiq; orientalis signa, nocturnô illô lumine splendentia, eripuerint. *Mennen. l. a. p. 166.* Præterea sicut inter omnia à Deo creata, cumprimis *Luna*, perpetuò mutationi obnoxia, alternisq; horis & intervallis crescit vel decrescit, augetur vel senescit, modò curvata in cornua, modò æquâ portione divisa, modò sinuata in orbem, maculosa, eademq; subitò prænitens, immensa, orbe pleno ac repente nulla. *Majorag. Orat. XXI. p. 434.* Ita quoq; militantẽ pro Ecclesia exercitum eodem in

statu

ſtatu nunquam agere, ſed mox inclinare, mox aſſurgere, divinâq; adjutum auxilio vincere & ſuperare. *Paradin. Symb. heroic. Rubr. donec totum impleat orbem, p. 22. ſeqq. Plut. Quaſt. Rom. 76. Heidfeld. in Sphing. c. XXXIII. p. 1078.* Ego, ceu *canis* è Nilo, hæc tantùm deguſtare volui. Ocyùs enim

*cum* canibus *timidæ venient ad pocula damæ. Virg.*

quàm ſingula *κατὰ τάξιν* recenſuero.

# CAPUT IX.

## De uſu canis in Funeribus.

§. 1.

TAnta Veterum fuit ſuperſtitio, ut etiam pecudum varia genera ad rogum defunctorum mactarentur, inq; eum conjicerentur, & præſertim ea, quæ defunctis cariſſima fuiſſe conſtabat. Non ſufficiebat *mortuos canes* parentis affectu luxiſſe, *Ælian. L. VIII. V. H. c. 4.* Major quippe ipſis habebatur honor. *Audi Herod. L. II. In quacunq; domo*, ait felis, *ſponte ſua moriebatur, in ea quicunq; morantur, abradunt ſupercilia ſua. Apud quos autem moritur* canis, *hi & totum corpus abradunt & caput. Avehuntur porrò* feles *mortuæ in ſacras ædes, ubi ſepeliuntur muriâ conditæ, in civitate. Bubaſti.* Canes *verò in ſua quiq; civitate ſepeliunt in locis ſacris.* Plura de *canum* ſepultura non ineptè collegit *Joh. Kirchmann. in append. ad Lib. de Rom. funerib. c. 6. p. m. 471.* Ad ipſa tractos fuiſſe funera ex *Homer. in funer. Patrocli Iliad. ψ* liquet, ubi ovium, boum, equorum, & *canum* mentionem facit. Et *Plin.* teſtatur *L. IV. ep. 2.* in pyras puerorum interdum aviculas & *canes*, queîs in vita delectabantur, conjectas fuiſſe. *Habebat*, inquit, *puer mannulos multos & vinctos & ſolutos; habebat* canes *majores minoresq;, habebat luſcinias, pſittacos, merulas: omnes Regulus circa rogum trucidavit.* Quisq; ferè Veterum in vita ſuos parabat *canes* & largè nutriebat, à quibus defunctus laceraretur. Hoc eximium putabatur funus. *Regibus* id cunprimis fuisſe ſolemne, ex *Sil. Ital. L. XIII.* patet:

*Regia cùm lucem poſuerunt membra, probatum eſt*
*Hyrcanos adhibere* canes. - - - -

§. 2. Veteres *Danorum* Proceres *equum*, tanquam *bellatoris* inſigne, *canem* verò, ceu *venatoris*, unà ſecum condi volebant, ut quibus in vita rebus & ſtudiis ſe oblectaſſent, iisdem in morte comitati de, onerentur, aut etiam in altera vita (quanta deliria!) uſum ex illis expectarent. Vid. *Saxon. Grammat. L. V. H. D. p. m 91.* *Viva* autem hæc animalia ſepulta credit *M. Brynolf. Epiſcopus Islandiæ*, patriarum antiquitatum peritiſſimus, *in not.*

*Uſus canis in funeribus.*

*ceremonia in funere canis.*

*canis cum Proceribus tumulatus.*

in not. ad Cl. Stephan. missis. Et apud *Hyrcanos*, *Caspios*, *Bactrianos*, *Persasq;* pro sepulcro erant *canes*. *Alex. ab Alex. L. III. c. 2. Euseb. L. I. prapar. Evangel. c. 3. Sext. Empiric. L. III. p. m. 156. Cæl. Rhodigin. L. IX. c. 47. Bonfin. rer. Hungar. Decad. I. Spondan. L. I. camit. sacr. P. I. c. 4. p. m. 40. Pier. Hierogl. L. XVIII. Cicer. L. I. Tuscul. qq. Homer. XXII. Iliad. Barrichy* à morbo convalescentes semetipsos *canibus* objiciebant. *Zvvinger. Th. V. H. T. III. p. m. 3115.*

*Epicedia canum.* §. 3. Denique ne quis honor deesset *canibus*, non minus quàm Clariss. Viris & de Rep. optimè meritis, omnis reverentia omnisq; cultus exhibitus est. Cantârunt Poetæ venusta epicedia, ut testarentur, in quanto pretio apud ipsos fuerint, digniq;, (*judicio Rudbert. à Mosheim, J. V. D. & Decan. Patavini*, qui encomium eorum egregiè decantat, *Vid. Amphitheatr. Dornav. T. I p. m. 507. seqq.*) *ut supra leonem, etiam regiô diademate coronati, brutorum omnium Reges constituantur. Vid. Lips. C. I. epist. ad Belg. 44. p. m. 700. Camerar. C. II. oper. subcis. c. 94. p. m. 365. seqq. Aldrov. L. III. de quadrup. c 1. P. Bemb. Gonzag. Janum, Franc. Camœnum, J. Cottam &c. apud Dornav. l. d. p. m. 523. seqq. Limn. L. VI. J. P. c. 6. n. 89. Olymp. Villic.* apud eund. *Dornav. l. c. Henr.* Heldens teutscher Gedichte Vortrab *p. m. 170.* Ad. *Friderie. Werner. Notar. Reg. Dan.* Publ. Amici olim nostri, *Carm. Germ. p. m. 30.* Adde *Septem Illustrium Poetarum carm.* (*p. m. 18. 253. & 403.*) *excus. Amstelod. in 8vo. An. 1672. Martial. L. XI. ep. 70. Nestory* sectatores annuò jejuniò mortem *Artziburci canis*, quò *Sergius* usus erat, ad adventum suum ipsis significandum, veneratos esse, ex Historicis constat.

*Testamentum canium.* §. 4. Subnectimus Testamentum, quod Vir subtilissimus D. *Joh. Schvvartzkopf*, Cancellar. olim *Guelfycus*, sub *canis* cujusdam nomine acutè consignavit.

Actum VII. Kal. Jan. An. à *Lege Caninia* condita

CIƆ. IƆC. LIV.

Coss. P. *Fusio Caninio*, C. *Valerio Catullô*, *Auleeus Tigris Catellus* testamentum feci, quod, quoniam scribere non potui, scribendum dictavi. Æger sum. Testari volo. Bona mea cui relinquo? ast præter *cibaria*, *viscera & dotes*, *vestemque*, *sive tunicam* meam, ad ferendas peregrini aeris injurias à Domino meo mihi datam, nihil possideo. De *cibariis* igitur meis ex pane & carne elixâ, assâ, tostâ, eâque tàm ferinâ, quàm domesticâ, do, lego. Fratribus meis. *Zidonio Grypho*, *Resoluto Loddero*, *Q. Cuppido Catulo*, *Tigridi Juniori Asbolo*, *Nepoti* item *ex Cuppido fratre*, *Tigridi nepotitio*, Præterea *Rocha Molossa*, *Curtisano Ichnobati*, *Fidisca leuncula*, mihi heu! quondam carissimæ, svavissimæ, si ad exequias funeris mei venerint, & quidem unicuique horum & harum quotidie quantum una

paropsis


paropsis capit. De *visceribus* & *dorsibus* meis do, dono *Consiliariis cor* & *cerebrum*, *Aulicis pericardium*, *causidicis linguam*, *Medicis vesicam*, *militibus dentes & ungulas*, *Poetis caudam*, *Virginibus*, quicquid in me fuit *blanditiarum*, *jucunditatum & leporum*, *uxoribus lubentias*, *venatoribus & cursoribus talos*, *coquis lumbulos & testes* pro *pædagogio*, *Lurconibus gulam*, *Parasitis Ventriculum*, *Musicis intestina*, *Pharmacopolis nasum*, *pharmacopolio album græcum* ex optumis cibis à memetipso præparatum. Pilos quidem denegavit Genius gentis paternæ, quicquid tamen mihi fuit de *barba*, do, lego *Tonsoribus*, ut *imberbibus Aulicis* exinde barbas omnis generis, prout unicuiq; placuerit, forment. *Nates* verò do, lego petulantibus *Lacqueis* (nunquam, nisi barbaro hoc nomine, nominandis, mihi per totum servitii mei tempus molestissimis,) pro *instrumento Musico*, *tibiâ nempe utriculari*, quâ, pro loci, materiæ & formæ qualitate, quàm commodissimè, citra impensas & labores, fieri poterit, utantur. *Tunicam* meam do, dono *Gynæceo* pro *pulicibus* sive *capiendis*, sive *asservandis*, sive *prolificandis*. *Pellem* autem meam *maculis pulcherrimis*, *iisdemq; versicoloribus*, ut Tigridem decebat, cui relinquo? an *Advocatis?* ut, si qui inter eos sunt *versipelles*, maculis abutantur, &, ut olim *Proteus*, in omnes formas sese convertant? nolo. An *alutariis?* ut de aluta exinde confectâ chirothecæ fiant, quibus nonnulli manus *malè olentes*, aut fortè *scabiosas* muniant? nunquàm fiet. An *Notariis?* ut pugillares, seu *palimpsestos* ex eâ fieri faciant, qui imperitiæ quorundam (cum doctis & probis mihi nullum negotium,) inserviant? nequaquam. Utantur illi *pellibus asinorum*, similes nempè similibus, & ut similem manus habeat papyrum. An *Oeconomiæ* cujusdam *publicæ Ministris*, si qui inter eos sint, fallacibus pro *crumenis*, seu *marsupiis?* absit! *furum* ego semper fui & osor & maxuma formido. Nolo igitur, ut post obitum meum, vel tantilla mei pars ipsorum artibus inserviat. Cui igitur? Tibi *Petro* fidissimo & obsequentissimo, meo quondam & Contubernalium famulo communi, pro *semicinctio*, quô absq; minori molestia *græcum album & nigrum*, aliorumq; commilitonum meorum sordes liquidas & aridas, quoties opus fuerit, exportes. Efferatur corpus meum funere indictitiô, acerbô, posteaquam non picea, sed *cupressus*, funeris haud plebeji index, ante fores posita fuerit. Faces præferat *Tigris novitius ephebus*, Præficarum officiô fungantur *Columbæ*, quarum gemitus pro næniis. Tibicines sint *Psittaci*: Ludii & Histriones *simia & Cercopithecus*. Funus prosequatur universa *Caninorum Quiritium aulicorum* turba cum *ululatu*, *crinibus passis*, *scissis & pulvere sparsis*. Inprimis verò *Fidissima* mea *Leuncula*, comâ, supercilio, crinibus tonsis, rasis & super pectus meum positis. Feratur funus per forum, seu atrium aulæ, & postquam ibidem à *Petro* meo pro rostris laudatus fuero, ducatur per *portam rubram Esquilinam* ad *Hippodromium*,
 ubi

ubi non in *craticula* aut *sesterrio*, sed in *publicô*, paucis pedibus ab *Hippodromio* sito, ab Hero meo mihi dato, donato, loco condar. Commilitones Valete. Hæc, ut in his Tabb. cerisve notata sunt, ita do, ita lego, ita testor, ita volo. Itaque vos (*anim Quirites* testimonium perhibitote. Nunc tu mors tuum officium facito, meq; *DIs canibus superis*, *Syrso* & *Procyoni*, *Cerberum* enim valere jubeo) quantocyus associato. Testamentum hoc illi, qui interfuerunt, rogati signârunt eâ corporis parte, quâ commodè potuerunt: *Publ. Pralius Rubellus* signavit. *Marcus Leunculus Slüngelius* sign. *Leunculus Mnemon* sign. *Fleckius Brackarellus*, quamvis & ipse ægrotus, sign. *Olorinus Molossus* sign. *Cerunlus Thaus Lalaps* signavit.

*monumentis canum,* §. 5. Imo & Romæ, inter alia plura, talis inscriptio cernitur: Longo ac fido amore probatus Domino, senio confectus, servata stirpe, heîc jaceo. Hoc me sepulcri honore dignatus est Herus. Vid. *Philipp. Carol. not. Philol. ad trigam solacismor. Polit. suor. lit. H. col. a.* Epithaphium *canis*, *Caparion* dicti, vid. ap. *Joh. Cottam L. I. carm. 47*.

§. 6. Curiosus quoq; tumulus iste *Aldina Catella*, à *Laurent. Pignorio* ita positus:

Hospes, *Aldina Catella* heîc sita sum, & mecum unà,
quidnî Domino meo credam? *gratia*, *Veneres*, *amores*.
Ego sanè hisce omnibus prætuli semper
*caritatem* & *fidem*.
Quas, sat scio, nulla unquàm terra obruet.
Abi Hospes, & hæc pauca Domino meo.
*Aldina*, Tuo carmine, umbra
nobilis
Te salutat.



# CAPUT X.

## De usu canis in plectendis sontibus.

§. 1.

*usus canis in plectendis sontibus.* IN plectendis *sontibus* Ministrorum Dei vice aliquando functos esse canes, *Majolus l. c. p. m. 232.* sacris exemplis probat. Add. *Aldrov. L. III. de quadr. c. 1. p. m. 532.* Inprimis verò in plectendis *parricidis*, *calumniantibus*, *publica pacis violatoribus*, *mœchis & Judais* prisci & nostrates adhibuerunt.

*I. Parricidis.* §. 2. *Parricidiô* omnia scelera complexa esse videntur, ait *Cic. pro Roscio*. *Solon* equidem (*Plut. in Solon.*) & *Romulus* nihil in *parricidas* statuerunt, quod neminem tam nefarium existimarent, ut vellet tantum facinus

nus admittere. *Jul. Caſ.* verò *bonis* tantùm eos mulctabat: deinde juxta veteres Romanor: LL. *ſolea lignea* pedibus induebantur, ne terram, communem omnium parentem, attactû improbô contaminarent, ſicque in carcerem detrudebantur. Porrò *igne* comburebantur. Denique *culeo* inſuebantur vivi, atq; ita in *flumen* dejiciebantur, ſicq; repente *cœlum*, *ſolem terramq;* ademerunt huic homini, ut, qui necâſſet eum, unde ipſe natus eſſet, *careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata eſſe dicuntur.* Noluerunt *feris* corpus objicere, ne beſtiis quoq;, quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur: non ſic *nudos in flumen* dejicere, ne, cùm delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quô cetera, quæ violata ſunt, expiari putantur. *Cic. pro Roſc.* Creſcente autem delictorum numero, & gravitas pœnæ acceſſit. Primùm *ſerpentes* cum noxio includi cæpêre, deinde *ſimia*, deniq; *canis* & *gallus gallinaceus*. Sed antequam includerentur culeo, *virgis* cædebantur *ſanguineis*. *Demſter. ad Antiqu. Roſin. L. IIX. c. 24. ſeqq. p. m. 1412. ſeqq.* Quam pœnam *Gloſſa Juris Saxon. L. II. art 14. §.* bringt man aber *f. 201.* eleganter explicat. *Add. Camerar. Oper. ſubciſ. C. II. c. 95. p. m. 368. & Palat. L. III. c. 10. p. 151.* *qui olim punivit*

§. 3. *Charondas*, Thuriorum LL. lator *calumniæ* convictos *myricâ* coronatos per urbem circumduci juſſit, quò manifeſtè ad ſupremum nequitiæ gradum iſtos perveniſſe conſtaret publicè, teſte *Diodor. Sicul. Bibl. L. XII. c. 12.* Cur autem *myricâ?* quia, docente *Plin. L. XXIV. c. 9.* reponitur inter plantas ἀκάρπους. Conſentit *Strabo L. XV.* inquiens: *Sacerdotes Perſarum, quoties diras diuturnas alicui imprecabantur, faſciculum virgarum* myricinarum *tenuium manibus tenuiſſe.* Athenis *calumniantibus* mulcta *pecuniaria* irrogata fuit. Romæ verò *fronti* eorum infauſtum *K.* inuſtum, quo de *Cic. pro Roſc. & Roſin. L. VIII. Ant. Rom. c. 22. p. m 1381. E.* Scribit quidem *Cicero l. c.* crura *calumniantibus* à nemine, ſuffringi, contrarium verò habet *Nicephor. L. IV. c. 26. & Euſeb. L. V. c. 21.* Sed omnium maximè notabile illud pœnæ genus, cujus *Cromer. Lib. XV. Hiſt. Polon.* meminit. Cùm aliquando in Polonia lites & ſimultates inter Regem *Uladiſlaum* & Reginam *Hervvigin* ſuſpicionibus & delationibus ſuſurronum quibusdam excitatæ, ut non longè eſſent à diſſidio nî primores interceſſiſſent. Convenit tandem, ut delatores utrinq; ederentur. Editus *Gnevoſſius Dalevitzius*, Sub Camerarius Cracovienſis, qui Reginam clàm apud maritum Regem probri inſimulaverat, qs. abſente illô *Wilhelmus Auſtrius* ſecretò Cracoviam veniſſet, & cum Regina conſveviſſet. Qua de re ſatisfecit Regina Regi Jurejurando. Ceterùm in *Gnevoſſium* judicium de infamia *Viſhcia* in conventu Procerum inſtitutum eſt. Ibi accuſatus damnatusq; cùm non probâſſet, quæ dixerat, nec dixiſſe ſe negare poſſet, ex decreto Judicii, *ſe mentitum eſſe, clarâ voce & latratû ſubter ſcamnum* *II. calumniantibus.* *qui olim punivit* *Exemplum memorabile.*

 *editô*

editô, *professus est.* Gravissima certè & infamiæ plena mendacii retractatio, quæ fiebat publicè *latratû caninô* adjunctô. Olim quoq; *Poëtis*, aliorum famam *allatrantibus*, *canem* prœmii locô datum fuisse, ex *Carol. Paschal. L. V. Coron. c. 14. p. 328.* patet.

*III. Pacis violatoribus,* §. 4. *Militaris & ignominiosa* pœna κυνοφορίας, Majoribus nostris usitata. Meminit ejus *Lehmann. in Chron. Spirens. L. IV. c. 2. p. m. 271. & L. V. c. 4. p. m. 389. Joh. Pistorius T. I. de rer. German. Scriptor. p. m. 474. Serrar. L. V. de reb. Mogunt. p. 818. Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 224. p. 261. Aldrovand. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 534. Schard. in Lex. Jurid. p. m. 524. Bangert. in not. ad Helmold. Chron. Slav. L. VII. c. 2. p. m. 502. seqq. Zuvinger. Th. V. H. T. I. p. m. 200. Limn. Lib. VI. J. P. c. 6. n. 90. seqq. Besold. Thes. pract. voc* Hundtragen *p. m. 407. Cujacius L. XI. observ. 22. Mart. Crusius P. II. annal. Svevic. L. X. c. 14. Dodechin. ad ann. 1155. Arnold. Lubecens. L. VII. c. 2. Otto Frisingens. L. II. de gest. Frid. Barbaross. Carion. Lib. IV. Chron p. m. 902. Dresser. Isag. hist. Millen. VI. P. I. p. m. 358. Gryphiand. de Weichbild. Saxon. c. 58. n. 9. seqq. Höping. de Jure insign. c. 2. §. 2. n. 30. Kirchner de Rep. Disp. XVI. Coroll. 4.* & qui unus instar omnium est, *V. Cl. Joh. Henric. Meibom.* cujus *eruditissimam epistolam* in calce dabimus. Certè *Frid. Oenobarbus Hermann.* Com. Pal. Rheni, cum decem sociis & Comitibus, publicæ pacis turbatoribus, per integrum milliare *canem* portare coegit. *Winckelmann. in Cæsareol. p. m. 82. Sleidan. Lib. III. de IV. Monarch. p. m. 256. G. Sabin. in Cæs. Germ. p. m. 215.* Conf. suprà *Sect. II. Membr. I. c. 3. §. 3.*

*canis ignominiosum munus,* §. 5. Legati Hungarorum, teste *Wittekind. Corb. L. I. annal. p. m. 13.* adierant Henr. Cæs. pro solitis muneribus: sed ab eo spreti, in patriam vacui reversi sunt. Hinc gravi hostiliq; manu intrant Saxoniam. Illi verò scientes eos appropinquare, seq; ad pugnam paratos, pinguissimum pro munere eis objiciunt *canem*. Munus sanè ignominiosum!

*IV. Mæchis.* §. 6. Refert ex *Cromer. Aldrov. l. c.* cùm an. 1530. *Pragæ* Judæus cum Christiana muliere rem habuisset, ipse in vase picato Soli fuit expositus cum *pudento* ex dolii foramine propendente, appositô cultro. Hic verò caloris solaris impatiens, membro, quô peccaverat, amputatô, terga dedit; quem fugientem atrocissimi *canes* dimissi lacerârunt.


*V. Judæis.* §. 7. *Judæi* de patibulo suspendendi, ad majorem ignominiam, socium plerunq; habent *canem*, Vid. sîs exemplum in *Chron. Brunsvicens. Bunting. P. II. p. 79. B.*

*mors Callisthenis.* §. 8. Acerbiùs *Alex. Macedo.* Hic enim *Callisthenem* Philosophum, cum propter salutationis Persicæ morem interpellatum insidiarum, quæ sibi paratæ fuerant, conscium iratus finxisset, truncatis crudeliter membris,

membris, naribus, naso labiisq; cum *cane* in cavea clausum circumtulit. *Justin. L. XV. c. 13*, Aliter tamen *Plutarch. in Alex. c. 98. & Diog. Laert. in Arist.*

§. 9. Proprius olim patibuli cruciatus erat, dicente *Apulejo, de aureo asino L. VI. c. f.* si *canes* & *vultures* intima protraherent viscera. Addit autem *canes*. Viden ergò, cruces non semper fuisse præaltas. Quomodo enim, si *canes* attingerent & *lupi*? nam hos addit *Catullus in epigr. Vid. Cl. Lipsii L. II. de cruce c. 13.* *Proprius patibuli cruciatus.*

§. 10. Annotavit *Nicolaus Ægidius, Ludovici XII.* Gall. Regis, Secretarius, *Roberto Normanno* quondam Indictum fuisse pœnitentiæ locô, ut per *septennium* non loqueretur, & *reliquiis canum semesis* vesceretur. Adde D. *Ægid. Strauch. disp. de ritu prisco publicè pœnitentium habit. Wittenb. An. 1664. d. 30. Jul. §. 21.* *Singularis pœnitentia Roberti.*



## CAPUT. XI.

### De usu canis in plectendis insontibus.

§. 1.

Christianos, pellibus ferarum Inclusos, *canum* laniatui expositos fuisse, tradit *Tacit. L. XV. annal.* De aliis quàmplurimis piis clarisq; Viris, eadem fata expertis, consule, *Gesner. L. I. de quadrup. p. m. 237. Aldrov. L. III. de quadr. c. I. p. m. 496. Camerar. C. I. oper. subcis. c. 38. Zvvinger. Th. V. H. T. II. p. m. 162. Eneb. L. V. Hist. Eccles. c. 1. Sagittarium Lib. de cruciatib. Martyr.* & alios. *Pii clarisq; Viri à canibus laniati.*

§. 2. Turcas Christianorum corpora *canibus* lanianda objicere notum est constatq; inter omnes. Audivimus nuper in *Hungaria* & *Austria* fœdissimi tyranni vocem: *ne canem in oppido relinquam*, utinam eâ mente, quâ *Aurelian.* Imperat. dixisset. *Winckelm. Cæsareol. p. m. 27.* Et adhuc *cervas* fugientes persequitur, *Ps.* XXII 17. easq; lacerat, *Jer.* XV. 3. Sed *canes in terram immisit, ubi non est venatio*, i. e. interprete *Andr. Sennerto in Cent. sing. prov. arab. 6.* iratus est ante tempus: Deo verò gratias, quod *canis iste novem habens animas*, seu *Pyrgopolynices Plautinus, in Mil. glorios. a. I. Sc. I, ♈. 17.* *Justitiam* & *Clementiam* divini Numinis viderit, nisi fortè *podicem canis* inspexit. Scilicet insidianti insidiæ plerunq; perniciosæ, (Vid. *Richter. axiom hist. 384.*) exemplô *Prusiæ*, Regis Bithyniæ, apud *Just. L. XXXIV. c. 4.* & vulpeculæ aucupis à *cane* captæ in fabulis. Ut enim *canem*

*- - - - pavida nactum vestigia cerva*
*luctantem frustrà copula dura tenet. Ovid. V. trist. 9.*

Ita Christianos nequaquam furor, aut minæ tyranni detinere seu fugare potuêre, quin potius ipsi occurrerent & cæderent, ut eò citius iret *ad regnum inquieti canis, unde non unquam remeavit ullus. Senec. in Hercul. Oet. v. 1525. Caridani enim intrepidi transeunt, etiamsi canes latrent, juxta adagium Turcicum.*

*canum pietas erga Martyres.* §. 3. Si legeris *Surium T. III. 10. Maj. & XV. Jun. & Aringh. in Rom. subterran. Lib. I. cap. 7. §. 9. seqq.* miraberis omninò stupendam *canum* pietatem erga projecta Martyrum cadavera. *Alexandri* Martyris corpus *canes* è flumine extraxerunt, illudque matri ostenderunt quærenti. *Sur. T. III. 13. Maj. Aringh. l. a. §. 17.* Conf. *Balth. Bonifac. hist. ludicr.*

*& anum.* §. 4. *Didacus Salazar canem molossum* in captivam anum Americanam, quam cum literis, falsâ sub specie, inanibus amandârat, emisit, Crudeli spectaculô infelicis vetulæ in frusta discerptæ oculos pasturus. Illa irruentem in se notæ feritatis *canem* intulta, flexis genibus in terram procubuit, supplexque adoravit: *Domine canis, en fero literas ad Gubernatorem, parce, rogo, ne sævias, Domine canis!* Ille qs. precessen-sisset, substitit, ac mitior factus, *alterô crure sublatô*, ut solent *canes* ad parietem, *despectam perminxit.* Res miraculo fuit Hispanis, puduitq; interficere, cui *canes* pepercissent, *Camerar. C. I. hist. medit. c. 38. Ursin. Acerr. Philol. mantiss. §. 119. Girolam. Benzon. L. III. hist. nov. orb. c. 5. p. m. 295. Ovied. in hist. Indic. L. XVI. c. 11. Thuan. L. LXXXV. f. 144.*

*& parvuli.* Cùm *Gargori* exsiliæ stupro nepos provenisset, & ipse pudore flagitii variis generibus parvulum extinguere vellet, *canibus* etiam *jejunis*, & multarum dierum abstinentiâ cruciatis, objecit. At non solùm non nocebant, sed quædam etiam *uberibus* alebant. *Justin. L. XLIV. c. 4.* Cyrum *canis* fœmina lactâsse dicitur, *Id. L. I. c. 4. Ælian. L. XII. V. H. c 42. Cæl. Rhodig. L. XXI. c. 37. Herodotus* tamen in *Clio* pro fabula habet, è nutricis nomine *Spaco* i. e. Medorum linguâ, *canis* nata.

*Euripidis mors.* §. 5. *Euripides*, tragicus Poeta, ab *Archelai* Regis cœna in Macedonia domum hospitalem repetens, *canum* morsibus laniatus obiit. *Crudelitas fati tantô ingeniô non debita*, infit ille, qui in historia valet maximè *L. I. A. p. m. 438.* Scilicet *Promerus*, Regius Minister, optimum Vatem valdè exosum habuit. Quare postea *canes* in eundem solvit, à quibus discerptus periit. Inde adag: Προμέρου κύνες: & istud; κυνὸς δίκην, cùm quis novò casû pœnas iis dat, quos aliquando læsit, exemplô *Cyri*, si vera retulit *Justin. L. I c. 8. Herodot. L. I. c. fin. Diodor. L. II. c. 44.* à quibus dissentit *Xenoph. L. VIII. & Curt. L. X. c. 1.* Vid. fusiùs de placida *Cyri* morte *J. Ern. Gerhard. diss. de Cyro c. IX. §. 4.*

PARS

# PARS SECUNDA,
## *Membri Secundi*
## Agit de uſu canis politico-ſagato

## *CAPUT I.*
### De uſu canis in fallendo hoſte.

§. I.

NUnc togam commutabimus *ſagô*. Ecce igitur *canis* uſum in *fallendo* hoſte. Quidam *nuncij* vice eo uſi ſunt in bello. Siquidem epiſtolas, aliquô eſculentô obvolutas, ei *deglutiendas* præbuère, ut poſtmodum ex mactatæ beſtiæ viſceribus proſiliret. *Aldrov. l. d. p. m. 534.* Quî *Pelopidas*, Thebanus, cum duodecim ſociis, & *canibus venaticis*, veſtitû agreſti Athenis in patriam venerit, eamque obſidione liberârit, fuſiùs recitabit *Nep. in pelopid. c. 2.* *uſus canis in fallendo hoſte.*

§. 2. Siccine *ſtratagemata* licita? damnantur à multis, quorum argumenta collegit *Schönborn. L. VI. Polit. c. 27.* Sed hæc aliaq; belli ſophismata, quorum faſciculum exhibet *Val. Max. L. VII. c. 4. & boni militis & boni etiam viri ſunt.* Hoſtis eſt, in quem ea uſurpamus, hunc quôvis modô perdere Jus faſq; eſt, haud ſecus ac feras non vi manûq; tantùm, ſed laqueis & retibus captare licitum. Bis vicit, qui ſine ſanguine vicit. Sic Iſraelitæ *Benjamitas*, permiſsû divinô, per inſidias oppreſſerunt. *Jud. XX. 28. ſeqq.* Et ipſe Deus mandavit *Davidi*, ut à tergo adoriretur *Philiſtinos*, *II. Sam. V. 23.* ita aperto Dei juſſu oppidum *Hai* ex inſidiis occupavit *Joſua. Joſ. VIII. 2. ſeqq.* *an ſtratagemata licita?*

§. 3. Deniq; ſumma putatur Ducum gloria, victoriam ſine periculo comparare, *Polyæn. ſtratag. 1.* quale exemplum recenſet *Schenck. Lib. VII. obſ. 9.* Hæc autem vera victoria, quæ *ſalvâ fide & integra dignitate* paratur. *Flor. L. I. c. 12.* Vid fuſiùs *Liebenthal Colleg Polit. exercit. XIV. qu. 8. Lipſ. L. V. Polit. c. 17. Bernegger. quæſt. miſcell. ex Tacit. n. 26. Gerhard. qq. polit. Decad. VII. qu. 5. Schonborn. Lib. VI. Polit. cap. 27. Ernſt. introd. ad ver. Vit. c. XVI. §. 70. Harprecht P. I. Diſp. ad inſt. Imp. XVIII. Coroll. 2. p. m. 302. Keckerm. L. I. Polit. c. 30. Danæus Lib. II. Eth. Chriſt. cap. 16. Frontin. Ranzovius & Reusnerus de ſtratagemat.* *Vera victoria quæ?*



CAPUT II.

# CAPUT. II.

## De usu canis in lustratione exercitus.

§. 1.

usus canis in lustratione exercitus

THrasybulum primò vaticinia ex caninis extis concepisse, tradit Cal. Rhodig. L. XII. c. 35. Nos jam Macedonicum speculabimur exercitum in cujus lustratione solenniter adhibita canis. Discissæ enim viscera ultimo in campo, in quem deducebatur exercitus, ab utraq; abjiciebantur parte. Intra id spatium armati omnes stabant, hinc equites, illinc phalanx. Curt. L. X. c. 9. Liv. L. XL. c. 6.

ethnicorum κακοζηλία

§. 2. Ethnicus hic ritus (ut plurimi alii) à Dei institutis à diabolo ad gentiles translatus est, Vid. Gen. XV. 10. Quæ enim à Deo miraculosè, & à sanctis hominibus piè prudenterq; facta, ethnici, vel levi famæ aura perceptâ, vel è scriptis fortè biblicis hausta, partim ad pravam traxerunt imitationem, partim fabulis obscurârunt, partim pro lubitu addendo, demendo, prorsus vitiârunt & ad alia detorserunt, ita tamen ut semper aliqua Veritatis, eminus illis cognitæ, vestigia deprehendas.

exemplis illustrata.

§. 3. Sic primi hominis creatio occasionem dedit figmento de Prometheo ex luto hominem fingente. Paradisum mutârunt alii in campos elysios, alii in hortos Adonidis atq; Hesperidum. Ate Homeri, seu Pandora Hesiodi, feminarum longè pulcherrima, prima à DIs condita, & mala omnia in mundum spargens, est Heva. Bacchus, olim dicebatur Boachus, est idem ac Noachus. Deinde expunxerunt literam O, mutâruntq; N in B, ut sonaret Bachus, quam vocem postea literâ C. auxerunt, ut scriberetur Bacchus. Jupiter Hammon, quis alius, quàm Chamus Noæ filius? Turris babylonica exstructio ansam dedit fabulandi de gigantibus aditû structuris ad cœlos, & Jovem inde deturbaturis. Niobe in lapidem versa nulla alia est, quàm Lothi uxor. Hercules Judæorum Simson. Miræ vastitatis leo Nemaeus respondet Simsonis leoni Thymniathæo. Infamis servitus, quam Hercules servivit Omphalæ, est meretrix Gazæa, & Dalila Simsonis. Herculis columnæ sunt binæ istæ columnæ, queîs fultæ erat domus Philistæorum. Gehennam fecêre Phlegetontem divinorum dogmatum fures. Vulcanus est Tubalcain, prout hæc bellè & fusè explanant Fridlib. Theol. exeget. T. I. p. m. 22. Sennert. de consf. & dissens. c. 3. Dilherr. T. II. disput. acad. p. m. 173. seqq. Anonym. in elegantissimis suis observation. Mythol. Natal. Comit. annex. Taubmann in præfat. Comment. in Cyrin, Vairus L. III. de fascino c. 1. p. m. 212. & Cl. Clauder, Praeceptor olim noster in inclyto Casimiriano ad Itzam, in not. suis MSS. ad Q. Hor. Flaccum. M. Joh. Fabric. disp. de Dei simia.

CAPUT III.



# CAPUT III.

## De usu canis in Victoria prænuncianda.

§. 1.

*Usus canis in Victoria prænuncianda.*


Cum *Maximilianus Sfortia*, Dux Mediolanensis, Helvetiorum insigni virtute *Mediolanum*, pulsis Gallis, recuperâsset, obsidebat exercitus Gallicus *Novariam*, ubi tum *Sfortia* non sine summo periculo & formidine cum aliquot Helvetiorum copiis erat. Jam muros prostraverant Galli, & cùm summa esset civium in urbe trepidatio, Helvetii incredibili audaciâ mirè insultabant Gallis, provocabantque, *ut per patentem murum irrumperent*, interim, in Gallorum contemtum, contra hiatus disjecti muri *tectorum* tantùm *lintea* transversis suspensa perticis prætendentes. Et certè Galli, licèt aditus pateret, non fuêre ausi subire murum, sed motis castris à *Novaria* discesserunt. Tum *canes* Gallorum, castris relictis, magnô agmine *Novariam* ingressi Helvetiorum excubias agentium crura lambere, caudis blandiri, adulari, submissisque auribus singulis applaudere cœperunt, tanquam Helvetii jam ipsorum forent Domini. Ea res Helvetiis certam videbatur de Gallis victoriam polliceri. Nec spes fefellit. Vid. *Comment. rer. in orbè gestàr. Laurent. Surÿ Carthusian. p. m. 157.*

*bellum Car. Carol. V. cum Francisco Gall. Rege.*

§. 2. Sic cùm ad *Valentiam* in Belgio exercitus *Francisci* Galli Carol. V. copiis oppositus esset, ad passus circiter 500, accidit, ut *canes* castrenses sæpius extra castra procurrerent, tandem autem infestis dentibus concurrerent. In ea pugna *canes* Cæsariani gallicanos in fugam conjecêre, quâ victoriâ Cæsar : exercitus eventum conjecit, animique eidem mirificè crevêre. Plura hujus rei exempla collegit, hoc qui recitat, *Piccart. Dec. III. obs. hist. polit. c. 5. p. m. 15*

*obitus Persa quid portenderit?*

§. 3. Quid verò illud, quod *L. Paulo* Consuli evenit: quàm memorabile! cùm ei forte evenisset, ut bellum cum Rege *Persa* gereret, & domum è curia regressus, filiolam suam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula osculatus, tristem animadverteret, interrogavit: quid ita eô vultû esset? quæ respondit; *Persam periisse.* Decesserat autem *catellus*, quem puella in deliciis habuerat, nomine *Persa*. Arripuit igitur omen *Paulus*, èq; fortuito dicto qs. *spem certam clarissimi triumfi animo præsumsit.* Val. *Maxim. Lib. I. c. 5. §. 3.*



P CAPUT IV.

# CAPUT IV.

## De usu canis in prænuncianda clade, morte &c.

§. 1.

*usus canis in prænuncianda clade & aliis malis.*

SUnt ominosa, eaque infausta, exempla variarum cladum aliorumque malorum, quorum prodromus & signum fuit *canum latratus* & *ululatus*. Recensent ea vetulæ ad colum, senesq; in triviis, & pusiones nostri in scholis. Dabit eadem *Samuel Meiger*. L. *II*. *nucles hist. c.* 10. *Majol. Colloq.* 2. *T. II. p. m.* 194. *Jul. Capitolin. in Maximin. Junior. c. f. Paul. Diacon. L. V. Hist. miscell. p m.* 810.

§. 2. Juvabit paucula subnectere. An. 1553. aliquot septimanis ante stragem illam Saxonicam ingens *canum* turba in Misnia congregabatur, strepitus excitabat, latrabat, sylvasq;, campos, urbes, pagos fœdis ululatibus terrebat, quod ne fortuitum, dicas, inspice annales seculi superioris. *Kornmann. de mirac. mort. P. IV. c.* 156.

§. 3. Sic Principis mortem portendi, audito frequenti *canum* ululatu, scribit *Camerar. C. I. subcis. oper. c.* 73. cum *Keckermann. Curs Philos. disp.* XVIII. *qu.* 9. *Felis* equidem *Stephani Cardani* præsensit fata. In pedes enim erecta, miserô clamore ante lectum editô, conclavi sese proripuit, neq; deinde uspiam comparuit. Simile quid in ædibus lanionis observatum. *Hier. Cardan. L. IV. de var. rer. c.* 75. Vulgus nostrum frequentiorem *ululatum caninum* infallibile signum *incendii* alicujus, seu *obitus*, credit. Quî verò *canis* humum mordens pluviam futuram designet, explicat *Vair. L. II. de fascino c.* IV. *p. m.* 78. & *Masen, in specul. Imagin. C. IX. p. m.* 105. De *Jesseny cane* mortem præsagiente *D. Franc. Sat. Med. Contin.* 8. *p. m.* 4.

*& felis.*

*quî canis pluviam designet?*

# CAPUT V.

## De usu canis in armis & cassidibus militum.

§. 1.

*usus canis in armis & cassidibus.*

CAnes jam olim in casside pro cristis & hodie adhuc exstare; fuse tradit *Stevvech, ad Veget. L. II. c.* 20. In canone Provinciarum, & militum, qui à Constantino usq; ad Theodosium, Honorium, & inferiores plerosq; alios sub Impp. Roman. militabant, clypeus habebatur, in quo *luteus canis* in alba parma, cujus medium pelta rubra occupabat; hic vero *canis* infernè positus sub ipsa pelta pedibus sursum versis; erat is ejus Ordinis, qui *Menapii* dicti sunt, & sub Magistro militum per Thracas Stipendia faciebant. *Pier. L. V. Hierogl. p.* 52.

§. 2. Canem.

§. 2. *Canem* eôdem geſtû vidit inverſum in altero clypeo, ſed qui *cærulei* coloris eſſet, parma itidem alba, cujus umbilicus aureus, quem ruber circulus ambibat, ab altero denſioris lutei cœruleo ipſe quoq; circumſcriptus. Inſigne hoc erat *Tertiodecimannorum*, qui ejusdem militiæ ordo fuit; ſub eodem Magiſtro militum. *Idem l.c.*

*Tertiodecimanni.*

§. 3. Non præteribo ordinem militarem eorum, qui dicuntur *Petulantes juniores*, ſub Magiſtro militum per Illyricum. Hi enim, ut aſſumtum nomen hieroglyphicâ picturâ teſtarentur, *canem luteum* in rubra parma præferebant, in cujus medio orbis erat lutei coloris, canis supernè pedibus, quoad fieri poterat, exporrectis. *Idem l. a. p. 55. Camerar. C. II. hiſt. med. c. 95. Oſyridem* quoq; *canem* habuiſſe pro ſigno militari, cum multis aliis teſtatur. *Schard. in Lexic. Jurid. T. I. p. m. 97.*

*Petulantes Juniores.*

# CAPUT VI.

## De uſu canis in quærendo hoſte & ipſo prœlio.

§. 1.

*Eſſeccius*, Comes & Legatus Anglicus, habuit in exercitu ſuo circiter 800 *Anglicos moloſſos*, cùm contra rebelles Hybernos, juſsû Reginæ, proficiſceretur, ut non tantùm cuſtodes caſtrorum eſſent, ſed etiam in hoſtes, majori ex parte nudos, irruerent, eosq; in latibulis, antris ac ſylvis deliteſcentes latratû ſuô proderent. *Richter. axiom. Oecon. c. 262. p. m. 448.* Eâdem intentione etiamnum *canes* generoſi in finitimis munitionibus Dalmatiæ & Croatiæ contra inſidias Turcarum aluntur, quamvis diverſá planè ratione à priori. Hi enim inſtituuntur, non ut in hoſtes irruant, & cum iis pugnent, lacerentvé, ſed ut odoratû ſuô latentes in ſylvis inveſtigent, iisq; repertis mox ad ſuos recurrant, & latratu indicent, monſtrentq;, hoſtes non procul abeſſe, idq; inprimis *Zengæ*, munitione Iſtriæ, fieri ab oculatis teſtibus habet *Idem l. a.*

*Uſus canis in quærendo hoſte & ipſo prœlio.*

§. 2. *Celtas* equidem multis uti *canibus*, quos ad venandum aptiſſimos gignit Britannia, ſcribit *Strabo L. IV. Magnetes*, accolæ Mæandri, teſte *Ælian. L. XIV.* cùm bellum Epheſiis inferrent, ſinguli equites commilitonem ſecum adduxerunt *canem venaticum* & ſervum jaculatorem. Cùm nunc ad manus ventum eſſet, prorucndes *canes* aciem hoſtis terrore, ſævitia & implacabili impetu perturbârunt. Servi verò ante Dominos pro[illegible] jaculabantur. Atq; poſt *canum* ferociam, qui diſpulerant ordines, ſervi quoq; non leve hoſti detrimentum intulerunt. Tertiò demum [illegible]quites hoſtem aggreſſi ſunt. *Richter. axiom. Oecon. 262 p. m. 448. Hen[illegible] VII* Rex Britanniæ, Carolo V. contra Regem Galliæ cum quadrin[illegible] millibus militum totidem *canes* auxiliares miſit. *Ol. M. L. XVII. c. 7.*

*exercitus canum.*



*Biörno*,

*Biörno*, inclinatâ suorum acie, solutum nexibus *molossum* concitabat in hostem, quem ferro obtinere non poterat, *caninô* morsû Victoriam adepturus. Quæ res adversariis probrosam peperit stragem, cùm fortium phalanx mordicus lacessita profugeret. *Saxo Grammat. L. VI. H D. p. m.* 101. Halyatten, *Ælian. L. VII.* Colophonios, *Solin. Polyh. c.* 20. Cimbros, Finnos, aliosq; Boreales, *Ol. Magn. L.* X *c.* 13. *& XVII. c.* 7. in prœlio etiam usos fuisse *canibus*, certum est. Nostrâ quoq; memoriâ *P. Leo a Cieza in Hist. Ind. commemorat*, Hispanos *canum* præsidiô adjutos in orbe novo subigendo. *Conf. Bisciol. L. XVII. hor. subcis c. XI. p. m.* 1289. *L. II. c.* 20. *orb. maritimi p. m.* 483. & Nos suprà *Sect. I. c. II.* §. 12.

*an canes adhibendi in exercitu?* § 3. Hinc nascitur quæstio: *an canes alendi in exercitu?* sunt, qui ajunt, præsertim *rabiosos*, quòd hosti plurimùm possent nocere, etiam prodesse ad excubias & vigilias nocturnas. Alii negant, tùm quod vorax hoc animal militi detrahat de necessario commeatu, tùm quòd latratu nocturno plerunq; noceat, cùm clandestinis excubiis opus sit. Vid. *Keckermann. L. I. Polit. c.* 30. *p. m.* 1035.



# MEMBRUM III.

## Agit de Usu canis Oeconomico.

## CAPUT I.

### De usu canis in purpuræ inventione.

§. 1.

*canis purpuræ inventor.* ATtendite Reges! audite Principes? quantum debeatis *cani*. Ab hac enim bestia superbiam vestram, quam *purpuram* dicitis, primò obtinuistis. Etenim piscator aliquando conchas ceperat, verùm testæ duritie perspectâ prædam detestatus, qs. maris fecem abjecit. Fortè *canis* inventas dentibus comminuit, floreq; illô sanguinis os infecit totum. Pastor ratus vulnus accepisse, aquâ marinâ abluit. Sed sanguineum colorem splendidiorem evasisse conspicatus, manusq; ex attactû purpurascentes, hanc testæ naturam intellexit. Quare, ut rem penitius exploraret, insertô lanæ glomere deprehendit eôdem infectam oestrô. Sic novum hunc fullonicæ thesaurum reperit. *Ursin. Acerr. Philol. Lib. II. n.* 297. *Alex. Sardi L. II. de rer. invent. c.* 9. & alii.

§. 2. Alii ferunt, *Herculis* ad Nympham euntis *cani* hoc accidisse. *Polyd. Vergil. Lib. III. de invent. rer. c.* 6. *p. m.* 224. *Nonnius Poeta* ὑ *L.* 40. *Dionys* ita:

Καὶ

Καὶ τυρίης σκιάζει δεδευμένα φάρεα κόχλῳ,
πορφυρέης σπινθῆρας ἀκοντίζοντα θαλάσσης,
ἤχι κύων ἀλιεργὸς ἐπ' αἰγιαλοῖσιν ἐρίπτων
ἐν δὲ μυχοῖσι χαροπῆσι γενείασι δύσκελον ἰχθῦν,
χιονέας πόρφυρε παρηίδας ἔνδοθι κόχλου,
χείλεα φοινίξας δεινῷ πυρί, τῷ ποτε μούνῳ
φαιδρὸν ἀλιχλαίνων ἐρυθαίνετο φᾶρος ἀνάκτων.

Sic Græc : ita latinè

*Et Tyriæ spectra infectas vestes concha,*
*purpureis splendoribus micantes maris,*
*ubi* canis *cursitans in maris littoribus, madens*
*abditum sublucentibus faucibus admirandum piscem*
*niveas rubescit maxillas intra concham,*
*labra purpurissans roranti igne, quo olim solo*
*amoena purpuratorum rubefiebat vestis Regem.*

§. 3. Idem refert *Pollux L.I. de verbis idoneis ad Commodum. Tyrij ferunt*, ait, *captum amore Herculem Nymphæ cujusdam indigenæ, cui nomen Tyros, sequebaturq; cum canis antiquô more, quô dominum canes usq; etiam ad concionem comitabantur. Quare* canis *hic Herculeus repentem scopulis purpuram conspicatus, peresâ carunculâ, sua sibi labra cruore puniceo inficit. Cum igitur ad puellam Hercules venisset, delectata illa insueta tinctura, quam ceu florentem in ejus* canis *labris aspexisset, affirmavit; sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem afferret, etiam* canis *illius labris splendidiorem. Quocirca inventâ Hercules animante, collectoq; sanguine, munus puellæ detulit; primus* (ut Tyrii dictitant,) *autor Punicæ infecturæ*, quod verò negat *Scalig. exercit. 325. p.m. 1046.* Vid. sîs plura apud *Cassiodor. L. I. Var. formul. Lazar. Bayf. de re vestiaria, Fab. Columnam in sing. tract. de purpur excus. Romæ* ad 1616. in 4to. *Hoping. de jure insign. c. 2. §. 7. Sect. II. memb. 1. n. 707. Sachs. L. I. Gammarol. c. 16. p.m. 372. seqq. B. Bonifac. in hist. Ludicr. L. I. c. 61.*



# *CAPUT II.*

## De usu canis in ovis excludendis.

§. 1.

HAbeo M. *Thomæ Sagittarii Stendaliensis, Poet. Cæs. & PP. Jenens. exercitationes Physicas*, edit. *Jen.* in 4t. in quarum calce vir quidam eruditus hanc apposuit historiam lectû dignam. Paupercula vidua *Marksula* in Thuringia alebat *gallinam* ovis incubantem, quæ vero mo- *canis usus in excludendis ovis.*




riebatur. Interea (mira, sed vera narro,) *catellus domesticus* vices supplebat gallinæ & excludebat ova. Pulli autem moriebantur.

*pulli gallinacei in furno & sterquilinio exclusi,* §. 2. Ex ovis quoq; in *sterquilinio* pullos excludi posse, plebi notum est. Vid. *Bartol. C. III. hist. 100.* Et quis nescit *furnos Ægyptiorum*, in quibus tria vel quatuor millia ovorum reponunt, ut omnia simul excludantur? Per universam enim *Ægyptum* pulli gallinacei à matre non excluduntur. *Bellon. L. II. obs. 31.* Elegans hoc artificium imitatus est in *Dania Christian. IV.* & in Italia *Magnus Etruriæ Dux Ferdinand. II. Bartholin. C. VI. hist. XI.*

*sub axillis,* §. 3. Nobile Gynæceum conspiraverat aliquando ad excludendum calore proprio *pullum* sine ope gallinæ. Igitur divisis operis singulæ de gynæceo partem sibi laboris sumebant, *ovumq;* gallinaceum successione mutuâ sub *axillis* eâ pertinaciâ fovebant, donec debito tempore revera pullus è testa prodiret, cui caloris humani communicatio tantam erga homines appetentiam ingeneravit, ut ab assidua eorundem societate etiam repulsus amoveri non potuerit. *Schott, in append. ad L. XII. phys. Curios. c. 6. p. m. 1377.* Ita *Livia* Imperatrix fertur *ovum* tamdiu gremio fovisse, *in gremio,* donec ex eo fœtus fuerit exclusus. *Deusing. de Gener. Microcosmi P. II. Sect. I. §. 6. p. m. 66.*

*ova sine incubatu exclusa,* §. 4. Ova *crocodili* in cista servata, ovò caloribus æstivis ruptô, exclusa esse, ovaq; *serpentum* in olla frigida relicta sine ullo incubatu perfectos & aliquandiu viventes fœtus produxisse, refert *Borrich. c. 10. de Hermet. Ægypt. & Chem. sapient. p. m. 270.*



# CAPUT. III.

## De usu canis in Vectura.


§. 1.

*Usus canis in Vectura,* HAbent, ait M. *Paul. Venetus de region. Oriental. L. III. c. 48. p. m. 401. canes maximos asinorum instar, qui rhedæ sunt assveti.* Carent autem vehicula illa rotis, facta de lignis levibus & planis, ut duo homines in uno sedere & vehi queant, nec facilè in luto merguntur, propter latitudinem. Igitur quando mercator aliquis venit, imponitur vehiculo & ligantur ordine quodam *sex canes* ad vehiculum illud trahendum, & quòcunq; à ductore, qui cum mercatore in rheda sedet, diriguntur illuc trahunt rhedam, transeuntes per lutum & aquam. Non possunt autem *ultrà unius diei spatium* laborem illum sustinere, sed transactô die alii ad rhedam ligantur *canes*, cùm in pagis multis passim in regione illa ad hoc officium canes alantur.

§. 2. Sin-

§. 2. Singulare donarium est à Rege Persarum magno *Mogoli* missum. Rhedam sc. sex elegantissimi *molossi* trahebant, intusq; sedens *simia* singulari gravitate dirigebat. *Antverpiæ* etiam & *Bruxellis canes* trahis & minoribus plaustris junguntur. Insulanos quoq; Septentrionales *canes* luporũ instar robustos habere, quos & ad jugũ copulant, & rebus necessariis trahendis assuefaciunt, testis est *Thuanus à Stöckio enucleat. P. IV. p. m. 143.* *donum singulare.*

§. 3. Sic *Heliogobalus* ingentes *canes*, quos *anserum jecinoribus* pavit, *quaternos currui* junxit. *Winckelman. Cæsareol. p. 20. Zvvinger. Th. V. H. T. II. p. m. 2015. & Æl. Lamprid. in vit. Heliogabali.* Plura huc facientia vid. sis apud *Gesner L. I. de quadrup. p. m. 215. Zvvinger. Th. V. H. T. I. p. m. 405. Cardan. Var. lect. L. I. c. 4. p. m. 36. Joh. Xiphilin. in epit. Dion. p. m. 269. Boesch. L. II. c. 29. p. m. 250. Sybelist. in epist. ad Olear. Henr.* Siverd. *P. II.* Grönländischer Beschreibung *c. 4. p. 39. & c. XI. p. 64. rer. Moscovit. Autor. var. p. m. 63. & Nos supra S. I. c. 2. §. 12.* Alii *veru vertunt*, alii *rota circumactũ aquam è puteis hauriunt.* Vid. in calce *Caj. libell. de can. Britann.* Vidi quendam tympanum doctè pulsantem. *Heliogabali dementia.*



# CAPUT. IV.

## De usu canis in monstranda via, re pecuaria, venatione, & domûs custodia.


§. 1.

IN *Germania* & alibi passim cœci mendici *canem* hodogetam sibi eligunt, quô munere etiam fideliter fungitur. Vid. *J. Fabri, Lyncei, exposit. animal. nov. Hispan. Nard. Anton. Recchi p. m. 469.* Sic *Caranus*, primus Macedonum Rex, jussû oraculi, ducibus *capris* Imperium quæsivit & obtinuit. *Justin. L. VII. c. 1.* *Aristomenes*, duce *vulpecula*, ex ferali barathro, in quod conjectus erat, emersit ut ex *Pausania refert Ursin. L. II. Acerr. philol. §. 287.* Duce *Falcone* Islandiam (quam ultimam veterum *Thulen* esse, cum Amico nostro *Sebast. Laurenberg. Math. PP. olim in Reg. ac Equestri Sorana*, in sua de *America priscis cognita disp. Inaugural. coroll. 9.* rectè statuimus) detectam esse, plurimorum est assertio. *canis hodogeta.* *Islandia.*

§. 2. Quàm necessarii & utiles *canes* sint ad pecora tuenda, in venatione & domûs custodia, lippis & tonsoribus notum est. *Vid. Besold L. XVII. hor. subus. c. 11. p. m. 1289.* *Argentorati* olim in summo templo (im Münster) *canes* noctu custodes templi alebant (quod & prisci fecêre,) quos non ita pridem abrogârunt, ubi somnô aliquem vinctum, & ibi ex improviso pernoctantem dilacerârunt. *canes custodes.*

§. 3. Rex *Monomotaxa* in India pro custodia corporis sui alit 200. *canes*. Leibquardie von Hunden.

*canes*, teste Godfrid. Schultz in der kurtzen Welt-Beschreibung *p. m.* 509. Bene igitur *Columella L. VII. de R. R. c.* 12. *Hoc animal* (canem) *mercari debet & tueri agricola, quod & villam & fructus familiamq; & pecora custodit.*



# CAPUT V.

## De usu canis in cibis.

§. 1.

*origo esûs canis.* AB *ara* ad *mensas* delatas fuisse, carnes è *Porphyrij L. IV.* conjiciunt Eruditi. Cùm enim *Pygmalionis* tempore victimæ pars fortè in terram decidisset, excipiens eam sacrificulus, ut in aram reponeret, adustos digitos ori inconsultò admovit, quò dolorem ex ustione inflictum leniret, ipse postea, degustatâ pinguedine & jucundò nidore allectus, non solùm carnes edit, sed & uxori porrexit. Hinc ad reliquos mortales perventum fuisse *carnium* esum non pauci contendunt. At κρεοφαγία etiam ante diluvium fuit. Vid. Cl. *Sebizij L. III. de alim. fac. c.* 2. *Ægid. Strauch. Dub. hist. & chronol. diss.* 6. *th.* 6.

*Pythagoras abstemius, negatur* §. 2. *Pythagoras* verò (ex cujus domo *templum* factum est, ipseq; pro Deo cultus, *Justin. L. XX. c.* 4.) omnem *carnis* usum penitus damnâsse fertur. Audi enim, quid apud *Nason. L. XV. Metam. f.* 2. dicat: Refert tamen *Aristoxenus apud Gell. L. IV. c.* 11. ipsum *minusculis porculis & hædis tenerioribus* victitâsse.

*insolita fercula.* *caro canina.* §. 3. Sanè *equinam Plin. L. XVIII. c.* 10. *Petr. Petrej. de Erlesunda in Hist. Muscovvit. P. I. p. m.* 114 asininam, *Galen. L. I. de fac. alim. c.* 2. felinam *Salmut C. I. obs.* 47. & *caninam* carnem homines, extra necessitatis casum, comedisse, constat; *Justin. L. XIX. c.* 1. inprimis *catellorum castratorum*, *Galen. L. III. de fac. alim. c.* 2. Adeò puri enim habebantur *catuli* lactantes ad cibum, ut etiam Numinibus placandis hostiarum vice adhiberentur. *Hippocrat. L. IV. de superfœt.* Adde *Vincent. Spec. Nat. L. XIX. c.* 11. *Nonn. L. II. de re cibar. c.* 7. & *Gyrald hist. Deor. Synt. XVII. p. m.* 520. Nec minori appetitû majores *canes* æstimârunt, *Bisciol. T. I. adversf.* L. XVI. *c.* 7. uti de *Græcis* insigniter probat *Petr. Castellan.* L. III *de esu. carn. c.* 11. quod verò *Porphyrius* L. I. negat. In *Sinarum* regno adhuc hodie in macellis *catulorum* caro venditur, & Incolis quotidianus ferè cibus est. *J. Fab. Lynceus de animal. nov. Hispan. c.* 1. *Trigaut L. de Regno China c.* 3. *p.* 23. quod etiam de *Gambris Cadamust. in sua navigation. c.* 43. *Iberibus*, *Bruson.* L. III. *Mirabil. c.* 2. *p.* 293. & *Tartaris* scribit *Eduard Berevvord. in scrutin. Religion. c.* 4. *p.* 43. Adde O. *Dapper. Afric. p. m.* 450. *Petr. Martyr. de Insulis nuper inventis p. m.* 7. *c. m. Ferdinand. Cortes. narrat. secund. de nova maris Oceani Hispania*, *Nierenberg.* L. VIII.

H. N.

*H. N. c. 13. Th. Magirum in Florileg. p. m. 513. Sext. Empiric. L. III. p. m. 156. Ulyss. Aldrovand. L. III. de quadrup. p. m. 529. Gesner. L. I. de quadruped. p. m. Athen. L. IIX. Coragium* mortuos *canes*, putredine & vermibus scatentes, cupidè voràsse, testatur *Joh. Walter. in Temp. historic. n. 241.*

# MEMBRUM IV.

*SEU*

ΠΑΡΕΚΒΑΣΙΣ,

## Agit de usu canis satanico.

## *CAPUT I.*

### De usu canis in fallendo Agrippa, aliisque illusionibus diabolicis.

§. I.

*HEnricus Cornelius Agrippa*, Nettesheimensis, (Vir, judiciô *Jovii* in elogiis, *qui immensô captû, vastâq; memoriâ scientiarum Artiumq; omnium rationes arcanaq; intima & summos apices complexus, disciplinas convellit, religiones in dubium revocavit, studiorumq; omnium labores, festivâ declamatione derisit,*) cùm magicis superstitionibus deditus, &, referente *Zvvingero Th. V. H. T. II. p. m. 1332.* Cacadæmona secum *atri canis* specie circumduceret, *Lugduni* in obscura taberna animam agens collari *canem* liberavit, cum his verbis: *abi perdita bestia, quæ me totum perdidisti.* Ille præcipiti cursû in vicinum *Ararin* se demersit, nec uspiam postea comparuit. *Add. Del-Rio L. II. Disquisit. magic. qu. 29. & J. Christ.* Frommanns *tr. de fascinat. L. I. P. I. S. 2. c. 21. §. 1. p. 290. & L. III. P. IV. S. I. c. 6. §. 10. p. 585.* *canis usus in fallendo Agrippa.*

§. 2. Habeo ex ore veneficæ, ad rogum damnatæ, publice confitentis, se *atro cane* insidentem per aera ad sua conventicula delatam fuisse. Eadem fassa est, diabolum sub formâ *canis* cum ipsa rem habuisse. Credat, qui velit; ego ἀπέχω. *in delatione sagæ ad sua conventicula.*

§. 3. Pusionibus nostris notum est spectrum istud nocturnum, quod Vulgo dicunt den wilden Jäger. Sæpius obvium habui eundem peradolescentulus propè *Hasforadum* ad Mœnum, in Diœces. *Herbipolitana*. At quid animi tunc mihi fuisse putas? *der wilde Jäger.*

*- - - - - aut quod agna,*
*si qua lupos audit circum stabula alta frementes;*




*aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit*
*ora* canum, *nullos audet dare corpore motus? Ovid. L. VI. Metam.*

Nequaquam. Risi potius panicum aliorum timorem & ludibria Dæmonis. Habeo autem agnatum, quem socius iste ad *Vierram* miserrimè excruciavit, ut etiam gravissimum inde sibi contraxerit morbum.

*ut* canis *in vacuo leporem cùm gallicus arvo*
*vidit, & hic prædam pedibus petit, ille salutem. Id. I. Met.*

Sic phantasticus ille Venator bonum agitavit Virum. Adde quæ *M. Joh. Pretorius P. L. C.* habet de alio spectro *canis* formâ apparente in Betrachtung der blutigen Leipzischen Spital-Speise *edit. an. 1678. de Pauli Rederi* filiola.



## CAPUT II.

### De κυνανθρωπία Phantasticâ diabolica.

§. 1.

*nobilis in canem mutatus.*

A. C. 1673. Ipsis Kal. Januar. publicè circumferebatur Nobilis Germanus in *canem* mutatus, & æneâ figurâ expressus. Prodiit postea libellus ex Polonica linguâ, ut ajunt, in Teutonicam versus, operâ *Cosmi Pierij, Bohemi*, qui fabulam prolixiùs narrabat. Finxerant primò: nobilem fuisse ex illustri familia *Bohemica*, ideoq; nomini ejus parcendum. Vah! siccine nemo eum amplius à facie cognovit, capite humano tamen immutatô? Ipsissimus ille (cujus interpretem agit præfatus *Pierius*) apertè fatetur, se fuisse κυνάνθρωπον, non tamen nobilem aut Comitem, sed *rustici* filium. In scholis bene institutus venit ad nobilem quendam polonum, cujus famulus, deinde quæstor factus est. Mandârat an. 1668. Dominus Ministro, ut tributa exigeret à rusticis. Huic officio satisfacturus, etiam à vetula, quod debet, flagitat. Denegat illa: hinc vaccam abduci jubet iste. Anus convitiis proscindit Virum, ut tandem à verbis ad verbera descenderent. Quô factô discedit. Næ clamat Vetula, pœnitebit olim Te facti, non feceris mihi impunè. Vix elapsâ horâ rediit tributum solutura, Recipit vaccam. At cùm pecuniam numeraret quæstor, ista Fu[ri]a suspensô gradû à tergo accedit, ejusq; cervicem, nescio quô ungentô, inungit. Subitò in *atrum villosumq;* convertitur *molossum*. Sed quò se proripit illa? hâc facie integrum quadriennium, salvô tamen & integrâ ratione humanâ, diversis dominis inserviit. Demum aliô unguentô, quod venefica ante excessum conjugi Quæstoris dederat, ipseq; fortè invenerat, cùm se unxisset, in hominem transformatus fingitur.

§. 2. Reco-

*Fabula hujus origo.*

§. 2. Recoxit nugivendulus iste fabulam *Cluver. Hist. univ. L. X. in append. p. m. 790. B.* In finibus ait, Muscoviæ Mens. Mart. an. 1632. vivebat Vir, nobilis genere, dignitate Quæstor, nomine *Albert. Pericosius.* Hic miseram plebem, si tributa tardiùs exsolveret, pecoribus & jumentis spoliare svetus, cùm domo fortè abesset, unicâ nocte omnem injustè quæsitum gregem amisit. Extinctum subitanea internecione; quicquid rapuerat, quicquid coemerat homo improbus. Revertenti peregrè nunciat servus, inde uxor cladem divinitus immissam. Ad hoc frendere homo blasphemus, sclopetum in cœlum explodere, nefandas eructare Voces, qui interfecit, devoret. *Si noluisti me edere, tu te edas.* Ad furiosos in Deum latratus guttæ destillârunt sanguinis. Homo confestim in *canem* conversus *nigrum*, ululando invasit pecudes morticinas, iisq; pasci cœpit. Mulier gravida, viri casui superstes, tanti horrore judicii exanimata est.

*Alius in vulpem mutatus.*

*βωανθρωπία Nabuchdonosoris.*

§. 3. De tyranno subitò in *vulpem* mutato, vide, quæ ex *Jocelino* narrat *Nierenberg L. II. de mirac. nat. in Europ. c. 43.* De *Teridate*, Rege Armeniorum, in *porcum* transformato lege *Torreblanc. L. I. Dæmonol. c. 4. p. m. 17.* Quæ de *βωανθρωπία Nabuchdonosoris* refert sacra pagina, propter auctoritatem divinam credimus. *Veram* putat *Bodin. L. II. Dæmon. c. 6. & Torreblanca L. I. Dæmon. c. 4. Mercurial. L. I. Pract. c. 17.* dicit: meram fuisse *melancholiam*, ab atra bile ortam, cui adstipulantur *Valles. Philos. sacr. c. 80. p. m. 506. Deusing. dissert. de Lycanthrop. §. 31. Balduin. L. III. c. 5. cas. consc. 8. Weinrich. de monstr. c. 27. Th. Bartolin. L. de morb. biblic. c. 13. Vairus L. II. de fascino c. 12.* modum *imperceptibilem* fingit. *Danhauer Colleg. Psychol. disp. I. Controv. 5. p. m. 27.* ait: fuisse hanc mutationem ὐ κατὰ σῶμα, ἀλλὰ καὶ εἶδος. Nos sententiam & argumenta *Schotti* amplectimur. *L. III. Phys. curios. c. 21. p. m. 445.*

*λυκανθρωπία ficta.*

§. 4. Ceterùm quî stulta & fictitia illa κυναν- seu λυκανθρωπία fiat, ego sanè non capio. Dic enim, quicquid velis, aqua hærebit ubiq;. Si fiat secundum *animam*, eja! quis avellit eam à corpore? num secundùm *corpus?* amabo, ubi tamdiu latitat anima? si dixeris, secundùm *utrumq;*, satanas equidem totum hominem converteret in lupum aut *canem.* Fingis *miracula?* probetur, ea verè per diabolum fieri posse. Quid ergo superest? vana phantasmata; nil quæras amplius. Glaucoma objicit vetulis & filiis incredulitatis, quod ipsi solenne, teste *Codronch.* L. III. *de morb. venef. c. 7. Remig.* L. II. *Dæmon. c. 17. Jac. Martini* L. II. *Exerc. Metaph. G. Horst.* L. II. *de nat. hum. exerc. 9. qu. 9. Phil. Ludovic. Elich.* L. II. Dæmon. c. 12. *Hoc enim*, ait *Lactant.* L. II. *Instit. c. 15. faciunt diaboli, ut id, quod non est, homini sic ante oculos sistant, ac si revera ita foret.* Sed ad Pythagoricam à Phantastica, pace tamen tuâ, Mi Lector, κυνανθρωπίαν.



# CAPUT III.

## De κυανοθρωπία Pythagorica.

§. 1.

κυανοθρω-πία pythagorica.

FAs est breviter de hac juxta mentem *Pythagoræ* discurrere. *Phantastica* enim illa & imaginaria, cujus exemplum habent *Forest. L. X. obs. 26. & Salmut. C. I. obs. 83.* nihil hîc ad nos. Verè & pulcrè *Poeta L. XV. Met. f. 3.*

omnia mutantur.

*Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc*
*huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus*
*spiritus, èq. feris humana in corpora transit,*
*inq. feras noster, nec tempore deperit ullo.*
*Utq. novus facilis signatur cera figuris,*
*nec manet, ut fuerat, nec formas servat easdem;*
*sed tamen ipsa eadem est, animam sic semper eandem*
*esse, sed in varias doceo migrare figuras.*

forma & anima Synonyma.

*Forma* & *anima* nobis sunt *synonyma*. Et quicquid heîc forma seu anima dicimus, neutiquam dictum esse volumus de *rationali hominis anima*, siquidem de *formis materialibus* nobis tantùm sermo est.

quid sit nasci & mori?

*Ex aliis alias reparat Natura figuras,*
*nec perit in toto quicquam* ( mihi credite ) *mundo.*
*Sed variat faciemq. novat, nasciq. vocatur*
*incipere esse aliud, quàm quod fuit antè: moriq.*
*desinere illud idem, cùm sint huc forsitan illa,*
*hæc translata illuc. Summa tamen omnia constat. Id. l. c. f. 4.*

nihil omninò perit.

*Hippocrates L. I. de diæt.* sic: *Nihil omninò perit, neq. oritur, quod prius non erat, verùm invicem commista & discreta alterantur. Homines quidem putant, id quod ex orco* in lucem *augetur, oriri, quod verò* ex luce ad orcum *imminuitur, perire, magisq. oculis, quàm rationi, fidem esse adhibendam. Senec. ita ep. 36. Cogita eorum nihil, quæ ab oculis abeunt, & in rerum Natura, ex qua prodierunt, & mox processura sunt, reconduntur, consumi. Desinunt, non pereunt.* Certè nulla forma juxta suam substantiam perit, varias autem subit vicissitudines. Nam quæ jam vitali suô munere functa est, & destinatas sibi vices exegit, redit in *orcum*, ubi beatâ fruitur quiete, donec aliô die in *lucem* revocetur. *Rhod. Colloq. I. disp. 2. p. m. 38. super Ide. Med. Phil. Severini, Beccher. Oedip. chym. T. I. coroll. 4. p. m. 28.*

orcus & lux Hipp. quid?

§. 2. Quod verò Hipp. vocat ᾅδην, seu, ut alii scribunt, ᾅδην orcum, id Orpheus *noctem*, Herm. Trismegist. (qui, quorundam judiciô, Patriarcha

archa *Josephi* fuit, *Sachs. Ocean. Macr. micr. §. 2 p. m.*) Τὸ ἀφανὲς, Apollon. Thyan. *ὕλαν*, Senec. *rerum naturam*, Servius *generalitatem*, Hesiod. & alii, Poeta *Chaos* dixerunt. Quod vero Hipp. & Orpheus vocant φάος *lucem*, Apollon. *φύσιν* appellat. Docet itaq; *Cous*, primam quandam esse materiam indigestam & inconspicuam, neq; in oculorum sensum cadentem, ex qua fiunt omnia, & in quam resolvuntur omnia, eamq; vocat *ᾅδην*, quem *invisibilem*, sicuti res ex materia ista productas φάος *lucem*. Cùm itaq; Dei spirit. per *Mosen* expressè doceat, primam mundi materiam fuisse invisibilem & tenebricosam, imò fuisse dispersarum atomorum choas, nullâ sui parte cohærens, neminem fugit, *Hippocr.* hîc non aliud docuisse, nec *Democritum*, hujus Doctorem, in *atomis* suis aberrâsse, licèt ei multa affingantur falsa & inepta.

§. 3. Si *canis* moritur, ne credas velim, ipsum perire. *Mutatur*, non interit. Uti enim ex nihilo nihil fit: sic etiam aliquid nunquàm abit in nihilum. *Canis* desinit esse *canis*, at non perit. Migrat ex *luce* in *orcum*, & ex hoc vicissim in *lucem*. Non pereunt formæ ejus à corpore inseparabiles. Formæ, dixi, ut intelligas pluralitatem. Velut enim in homine, sic etiam in *cane*, & aliis brutis, inest & amarum & salsum, & dulce, & acidum, & insipidum, ac sexcenta alia, quæ pro copia & viribus varias habent facultates, *Hipp. de prisca Medicin.* & formas proprias, licèt sub specificæ jugo coercitas. Si enim propriis formis carerent, dic mihi, unde diversæ istæ qualitates, amarum, dulce, & sexcenta alia, possent secerni, per se existere, (jugô specificæ formæ excussô) & conspicuæ fieri? Nec agere desinunt istæ formæ, utut videantur mortuæ, seu, ut magis philosophicè loquar, in eum conditionis statum sint detrusæ, quo potentia actiones vitales exercendi ipsis sit ligata. *Fel canis* epilepsiam, *stercus* anginam pellit, unde tanta vis? non certè ab occulta & phantastica qualitate, nec à spiritibus, qui sine anima nihil magis efficiunt, quàm malleus sine fabro, sed ab anima seu *forma*. Ubi autem hæc, ibi Vita. Hûc quadrat istud *Apollon. Thyanai*; *οὐδεὶς θάνατος*, *in epist. ad Valer.* Nec vita, ex scholarum placitis, tantùm est animæ & corporis unio, sed insita rebus vis & *ἐνέργεια*. Bene igitur *Marius Victorin. contra Arium. L. IV.* *Nihil funditus interit, unde rectè dicitur, quòd ex vita mors efficiatur, & ex morte Vita*: quòd nempè vigore vivendi compositi cujuslibet corporis fiat usq; ad certa resolutio, & rursus in aliam compositionem iisdem condictis fiat ex morte reparatio. Ecce! typographum. Ex iisdem characteribus, sed aliter atq; aliter dispositis, alias atq; alias effingit orationes. Ædificium fit ex variis partibus materiæ præ existentibus, ex quibus rursus dissolutis aliud atq; aliud côflari potest, additis vel detractis lapidibus, asseribus, aliisq; partibus, atq; eorû sitû variatô. Hunc in modum ex certis principiis, sed quæ interitum

*qui canis moritur?* *mors nulla.*

nescirent, diversimodè coeuntibus, omnes omnium rerum mutationes fieri dixerunt Veteres Philosophi. *Vid. Cl. Basson. phil. nat. L. I. int. 1, a. 3. p.m.8.* Certè una forma sub diverso corporis schemate in Naturæ theatro prodire potest. *Sennert. de consf. & dissens. c. XII. p.m. 326.*

*qui rectè intelligendus pythagoras?* § 4. Ex corpore *canis* nunquam anima migrabit in hominem, ita, ut deserat omnia *canis*, & homo fiat *canis*. Est enim anima inseparabilis; nec ulla substantia hujus vel illius speciei mutatur in substantiam alterius speciei. Substantia enim non recipit magis vel minus, ut gradus aliqui vel addi, aut demi queant. Et licèt forma *canis* sese aliquando sub alio involucro occultet, non tamen essentialis aliqua fit mutatio. Sic quando venit in novam mistionem, & ex formâ specifica fit subordinata, suam naturam non deponit, sed disparet modò aliis permista, non autem desinit esse. In nulla corruptione suam naturam essentialem amittit. Insanus, qui retur, animam specificam ex hoc in aliud migrare corpus. Formæ subjugatæ, non tantùm *ultimæ*, sed etiam *media* vitæ (vid. *Kerger. de Ferment. S. I c.6.*) participes, at captivis similes, unà cum corpore suo in alienum potius *trahuntur*, quàm migrant, & si spes pristinæ libertatis affulget, aut corpus suum sibi, non alienum, reædificant, (quod est mediæ vitæ) aut aliâ ratione per operationes sibi proprias vitam suam ultimam sustentant. *Mulier, capra, elaterium comedentes, pueris purgatio*, ait *(ous VI. Epid. Comm. 5, text. 25.* Nam si mulier, vel capra, aliquod purgans assumserit, lac earum purgans fit. Scilicet formæ purgantium in lacte sunt subjugatæ, à nutrice autem lac istud haustum simul trahit formas purgantium. Nutrix non purgatur, quia robustior est, quàm ut formæ subjugatæ in corpore illius è servitute emergere queant. Infans autem, qui lac nutricis suxit, purgabitur. Sic formæ purgantium debile infantis animæ imperium temnunt, & sibi congruentes actiones moliuntur, quæ sunt purgare. Stigmate igitur dignus, si istam purgantium per lac capræ, nutricem, infantem, *circumvectionem* dixero μετεμψύχωσιν?

*qui canis migret in hominem?* §. 5. Sed quî *canis* migrat in hominem? ad corporis alicujus constitutionem & nutritionem varia rerum miscibilia desiderantur. Horum fons & abyssus est totum hoc *sublunare*, in quo variæ fiunt formam successiones, ut hæ jam emineant, jam rursus supprimantur. Nunc audi! Nutriuntur parentes variô ciborum genere, plantis & carnibus brutorum. Plantæ extrahunt sibi succum ex terra convenientem, id quo latet acidum, amarum, acerbum, dulce & omnigenum, singula suis formis, suis animabus prædita. Omnia ista ex *orco* Hippocr. evocantur. Inter hæc sæpiùs tale quid continetur, quod vel olim in alterius plantæ & bruti v. g. *canis*, constitutione fuit deprehensum. Imò in homine potuit esse. Non enim absurdum est, aut impossibile, aut illa miscibilia, quæ

ante

ante aliquot secula in nostris avis fuerunt, iterum à plantis attrahantur. His cùm bruta vescantur, ipsaq; iterum nobis cedant in alimentum, fieri certè potest, ut illud, quod anteà fuit in homine aut bruto, rursus in hominis corpus migret. Et licèt profundiùs in terram abscondantur corpora defuncta, fiunt tamen variæ evaporationes, quæ pluviis miscentur, & cum iisdem fœcunditatem terræ promovent. Ecce! *canem* in campo mortuum. Hic certè non festinat ad non ens, nec perit, sed desinit saltem esse *canis*. Corruptus enim, munere jam destinatô peractô, ad suum recurrit fontem. Aërad aërem, aqua ad aquam, ignis ad ignem, terra ad terram. In hac beata quiete manent tamdiu singula, donec, datâ occasione, rursus *ex Orco in lucem* evocentur. Omnia autem hæc miscibilia ad *orcum* relapsa, eq; hoc in *lucem* reducta suis gaudent formis, quæ cùm in alia migrent corpora, in Te, me, & alios, hoc quid aliud est, quàm *μετεμψύχωσις*? Sed devorent *canem* corvi, vermes &c. annon etiam sic formarum seu animarum fit transmigratio? viscera *canis* mortui suas habent formas: devorata ea à corvo, vermibus &c. mutantur in chylum, hic abit in sanguinem, ex hoc demum fiunt spiritus & caro, manentibus semper formis. Sic *canis* in fluvium abjectus voratur à piscibus. Hos cùm tu postea edas, quidnî dicam, te simul particulas *canis*, seu acidum, dulce, & omnigenum istud, quod fuit anteà in cane, comedisse? Formæ enim, quoties & quôcunq; modô mutentur, non pereunt, omnibus coctionibus & alterationibus penitus elusis. *Vid. Kerger. L. de ferment. S. I. c. 4.*

*§. 6.* At si omnium *canum* mortuorum formæ seu animæ manent, ipsi utiq; erunt immortales? ut *canis* generetur, magnus desideratur apparatus. Non enim tantùm elementa primarum qualitatum, sed & acidum, amarum, insipidum, ac sexcenta alia bene convenire debent, ut anima ex iis sibi corpus fabricet. Hæc compages si resolvitur, & totius corporis organa destruuntur, & unumquodq; iterum per se incipit existere, quod antea animæ imperio erat subjectum, adeoq; regina è suo regno expellitur, hoc equidem sat mortis est. Constanter itaq; cum *Hippocr.* nostro l. c. *nihil omninò perire* dicimus, ut sc. planè abeat in nihilum. Solvuntur modò & dissipantur omnia, mirô fœdere quæ antea erant connexa. Nec aliquid oritur, quod prius non erat, sc. in suis causis. Non potest interire *canis*, nisi omnia intereant. Totum quippe compositum *canis* resolvitur, & propter hanc resolutionem desinit esse *canis*, i. e. non ampliùs vocatur *canis*; sed miscibilia, quæ corpus composuerunt, manent perpetuò. Et hæc quia manent, *canis* non abit in nihilum. *Objectio.* *Responsio.*

§. 7. Una accensa candela vel millia millium reaccendere potest. Lumen hoc, quod datur in omnibus candelis, est ab una illa priùs accensâ. Hoc lumen verò antequam omnibus aliis candelis communicaretur, *Simile.*

non

non fuit nihilum, sed datum in ista una candela, à qua per multiplicationem ad cunctas est propagatum. Sic quando adhuc hodiè nascitur homo, *canis* &c. eô fit modô. In cibis amarum est, salsum, dulce, acidum & sexcenta alia. Ex his primò fit chylus, ex chylo sanguis, è sanguine demum spiritus & caro. Optimum autem, quod ex sanguine & spiritibus redundat, & qs. totius synopsis ac fructus est, ab animâ in corpore accenditur, adeoq; aptum redditur, ut, positis omnibus requisitis, hoc in novum individuum illius speciei animetur.

ἀνακεφαλαίωσις. §. 8. Ex hisce vides, & rerum multiplicationem per novam generationem quidem esse veram, & nihil ominus tamen nihil omninò perire aut oriri, quod antea non fuerit. Rectè igitur *Salomon Eccl. I. 9. Quid est, quod fuit? ipsum, quod futurum est. Quid est, quod factum est? ipsum, quod faciendum est. Nihil novi sub sole. Nec valet quisquam dicere: ecce! hoc recens est. Jam enim processit in seculis, quæ fuerunt ante nos.* Et *cap. 3. Didici*, ait, *quod omnia opera, quæ Deus fecit, perseverent in perpetuum. Nec possumus iis quicquam addere, nec auferre, quæ Deus fecit, ut timeatur. Quod factum est, ipsum permanet; quæ futura sunt, jam fuerunt, & Deus instaurat, quod abijt.*

*Objectio.* §. 9. Dicis fortè: *Salomo* loquitur de affectibus & actionibus mortalium, vel species rerum tantùm considerat, & generationem naturalem innuit. Quod enim olim factum est, & nunc fit, & quod nunc fit, olim quoq; est factum. *Resp.* Concedo. Sed longiùs prospexisse sapientissimum Monarcham, sequentia testantur verba. *Una*, infit, *generatio labitur, altera succedit, terra autem stat in seculum. Sol oritur & occidit, adq; suum regreditur locum &c. Omnia sunt ex pulvere, & revertuntur in eum.* Nonne idem *Sol*, qui hodiè occidit, cras oritur? nonne *Venti* in eadem, ex quibus eruperunt, loca abdita, Dei mandatô expletô, sese recondunt? nonne *flumina* fluunt ex mari & refluunt ad idem? Sic omnia sunt ex pulvere, & relabuntur in pulverem. Ne intelligas autem tantùm per pulverem elementum frigidum & siccum, sed quicquid in pulveris speciem mutari potest, sive sit acidum, seu amarum, vel dulce, aut omnigenum. Et sic una generatio labitur, altera succedit: terra autem stat in perpetuum. Homo non moritur, at Thomas, Joannes &c. moritur. Species enim humana, seu esse illud universale est incorruptibile. Cùm moritur Thomas, Johannes &c. & corpus ejus putredine dissolvitur, non pereunt statim principia Thomæ, Johannis &c. nec miscibilia, quæ corpus ejus composuerunt. Sic *canis* moriens non perit, sed anima ejus materialis manet in sua propria materia, manent cetera miscibilia. Summa; desinit esse, non perit. *Canis* enim, porcus, asinus &c. naturam non minùs reddunt integram, quàm homines. Vid. latiùs *Cl. Ambros. Rhodij, Reg. Gymnas. Christianiæ in Norvvagia olim, Phys. & Mathem. P. P. Dialogum de transmigrat. animar.*

*mar. excus. Hafniæ 1639. literis Sartorianis in 8vo.* Adde sis *Paganini Gaudentij tract. de ead. materia, excus. Pisis 1641. in 4to.* Siccine, inquis, omnia Dei opera perseverant in æternum? ita: mundus enim non καθ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ σχῆμα peribit. *Desinet* aliquando talis, sed non *abibit in nihilum*, verùm in substantiam pulchriorem & perfectiorem. *Vid. Franc. Vallesii philos. sacr. c. 65. p. m. 406. & c. 89. c. fin.* *object.*



# SECTIO III.

*EST*

## Chymico-Medica.

## *CAPUT I.*

### De vivi canis usu Medico.

§. 1.

NUnc utile miscebimus dulci, *usum canis Medicum* fideliter explanaturi. Herculeâ clavâ, i. e. divinis remediis, monstrum istud horrendum, quod *Herculeum* vocamus *morbum*, cædendum esse, quis inficiabitur? Vidit tamen *Cardan. de var. rer. L. VII. c. 33. p. m. 261. epilepsiam* ab ancilla in *canem melitæum* feliciter transplantatam. Narravit etiam *D. Langelott*, Archiater Schlesvicensis, Cl. *D. Grube*, Phys. Hadersleb. historiam fœminæ cujusdam *epilepticæ*, quæ consveverat sana adhuc noctu *catulum* quendam secum in lecto habere, qui etiam pro more jam tum insultu laborantis epileptico lectum repetiit sæpius. Fœmina, materiâ paulatim à *cane* attractâ, sibi reddita est feliciter. *Vid. ej. de morbor. transplantatione analysin nov. p. m. 37.* Conf. *Ephemer. Germ. Curios. ann. VII. obs. 11.* *epilepsia in canem translata.*

§. 2. In *dentium dolore catellum* genis apposuit ancilla, sensitq; levamen: sed *canis* dolorum impatientiâ hinc inde cursitare & latrare cœpit. Idem expertus est Scriba in *tumore colli*, notante *D. Bartholin. C. VI. hist. anat. 53.* *Debili ventriculo* accubitus *canis* svavissimè opitulatur. Languidus enim calor & ferè emortuus à calente bestiæ spiritu suscitatur. *Vid. Verulam. hist. vit. & mort. p. 413. Capivacc. apud. Craton. L. VI. consil. 66. p. m. 393. Rolfinck. in epit. affect. L. III. c. 2. p. m. 191. J. Cæs. Baricell. in hort. genial. p. m. 333. Avicenn. L. III. fen. 13. Schröder. Pharm. Med. Chym. L. V. Cl. 1.* *Finckius* Prof. Hafn. torquebatur *colico dolore*; *canis melitæus* ventri cùm impositus *odontalgia. tumor colli. debilitas ventriculi. colica.*

positus incaluisset, urgebat exitum, vomebat vehementer & tormina colica patientis remittebant. *Id. Bartholin. loc. hoc §. cit. Passionem scorbutico-colicam* in amico compescui *catellô* ventri imposito. Similem historiam in Palatinatu notavit *Wenclerus*, Collega Curiosus. *Bulichius*, olim Reg. Archiater, tunc Urbis Hafniensis Præses & Consiliarius Regius, *diabeten* patiebatur cum dolore post nephriticos dolores singulis mensibus recurrentem, inter multa alia tentabat etiam curam transplantatoriam, sed exiguo (aliquali tamen) cum successu. Exhibebat *cani* Sal urinæ propriæ, unde *canis* mortuus pilis cadentibus. *Ephem. Cur. German. T. II. obs. 162.*

*diabetes.*

*arthritis.*

§. 3. In omni *arthritide* nihil præsentius ad sopiendos, etiam acerbissimos, cruciatus, quàm *catelli*, membris affectis adhibiti, ii præcipuè, judiciô *Mizaldi*, *C. I. hist. 87. queis pilus est concolor.* Hinc ab *Hannemanno* nostro, Amico Venerando, dicuntur *Magnetes podagræ.* Svavi enim calentiq; effluxu nativum hominis calorem languidum & evanescentem exsuscitant, & fotû continuô humorem, doloris autorem, vel attractione ad se rapiunt, eliciuntq;, vel diaphoresi, i. e. digerendi vi ac discussoria, incidunt & dissipant. Amotis enim fracti & enervati sunt articuli, ægrèq; pedibus insistunt, maximâ doloris parte in se translatâ *Lemnius L. II. O. N. c. 13. Borell. C. III. obs. 28. Ephem. Germ. Curios. Ann. IV. obs. 51. Petr. Bayr. in suo veni mecum L. XIII. c. 9. p. 380. Meyer. de arthritid. c. 9. p. 161. Rob. Flud. ap. Th. Bartholin. C. III. hist. 66.* Tolerabilior hæc podagræ transplantatio quàm illa, qua fit in arbores, qua de *Losel. de podagra S. II. Membr. 2. art. 2 subsect. 5. p. m. 293.* licèt non nesciam, ridiculas hujusmodi transplantationes felicem exitum aliquando habuisse.

§. 4. *Bubonem pestilentiali* circa vulvam vidua quædam *catellum* feliciter admovit, notante *Israel. Schmidio in obs. MS S. Parotidibus* admoveri jubet *River. de febr. pestilent. p. m. 144.* Certè *canes* in omni peste fuisse suspectos, primosq; adventantem luem expertos, ex illo *Homeri* colligunt interpretes. *Strage canum primò* &c. & *Naso L. VIII. Metam. Vim primi sensêre canes* &c. Fingitur Apollo arreptô arcû ac suprà navium stationem sese collocans, pestem in Græcorum copias jaculatus, ne *mulis* quidem & *canibus* intactis. *Vid. Gubert. Cognat. Nozeren. annot. ad J. Jov. Pontan. Dial. 5. p 3651. T. IV. oper.* Scilicet *canes* magis sentiunt effectum, ob suum cum hominibus perpetuum contubernium & convictum: infectô siquidem cibô pasti, dum pannis linteisq; incumbunt, effluvia in se Contagiosa non possunt non derivare. *Kircher. de peste S. II. p. m. 257.* Singularis historia, quam ex *Alex. Benedict. L. de peste recitat Reys in camp. elys. juc. qq n. 66. §. 1.* Nimirum quendam Mercatorem nobilem sibi narrâsse, cùm in *Taurica* regione negotiaretur, & sævissima pestis aeris vitiô orta esset,

*Pesti.*

*Singularis historia.*

Medi-

Medicum iftius loci omnes *canes* occifos paffim per vicos abjici juffiffe, qui diftenti & putridi tetrô odore cœlum implebant, quô remediô civitas fervata eft. Credat, qui velit.

§. 5. Vidit *Scalig. canem lue venereâ* affectum, eò quôd emplaftra devorâffet, quæ Domino fuo eôdem malô afflicto applicata erant. *Boofch. L. II. c. 29. p. m. 251.* Alius *fcorbuto* miserè vexatus, fvasû *Cnöfely. canis* linéturam pedum & cutis, multis maculis fædatæ, permifit, ficq; de die in diem fenfit levamen. *Canis* autem totus factus eft fcabiofus. Applicato tamen ☿ dulci, & externê bene lotus, fanus evafit. *Eph Germ. Curios. T. IV. obf. 51.* Alius *contracturâ brachij* à vulnere laborans *multos canes* occidebat, & brachium calore Ventris aperti fovebat. Erat autem Medicus, qui *canum* mifertus, ipfi hoc confilium dedit, ut *canis* vivi ventri brachium fœpius applicaret, nec hoc fuccefsû caruit: ex communicatione *D. Wimkleri*, Med. Bregens. Et tantum de *vivi canis ufu Medico.* Ceterùm fi planta arefcere incipiat & qs. contabefcere, *canis* cadaver juxta illam radicem fepeliri jubet *Honorat. Faber, L. II. de plant. propofit. 141 §. 9 p. 71.* At ego omnis generis animalium cadavera ad arborum radices, fpe ulterioris fructuum proventus, ab hortulanis tumulari vidi.

*Lues Venerea.* *fcorbutus.* *contractura* *cadaver canis ad plantas fepultũ.*



# CAPUT II.

## De calvaria, cerebro, & oculis canis.

§. 1.

**C**Alvaria canis incinerata deficcat *ulcera*, curat *vitia fedis*, *rhagades*, & *tumores tefticulorum*. In *ambuftis* & *pterigiis* commendatur à *Plinio*. In tinfecus (in vino fumta) *ictterum* fanat. *Schröd. Pharm. Med. Chym. L. V. Cl. 1. p. m. 274 Wilh. van den Boofch. hift. med. L. II. c. 30. Dionyf. Fontan. L. I. de intern. morb. cur. p. m. 76. in convulfione* hoc commendat balneum:

*calvaria canis ufus.* *in convulfione.*

℞. Malv. alth. an. Mij Chamæpit. falv. beton. ftæch helichryfi. chamom. pfeudonard. fol. laur. an. Miß. Sem. lin. fœn. gr. an ℥iiij. *caput unum*, *aut duo* C A N I S feu vulpis, Coq. in aq. quâ lavetur membrum convulfum.

§. 2. Coctum *canis cerebrum* pro infigni arcano in debellanda *mania* venditat *Cl. Frid. Hoffmann. L. I. M. M. c. 19. p. m. 291.* Retulit *D. Michaëlis* Sacerdos, in fuo pago intra triduum fanatum fuiffe *maniacum*, exhibitô *canis cerebrô* coctô: addidit verò: unius coloris *canem* effe debere. Affirmavitq; præterea, fibi adhuc tres notos effe, qui eôdem modô fanati fint. Idem iisdemq; verbis habet *Sennert. L. I. Prax. P. 2. c. 4. p. m. 421.*

*cerebrum canis in mania.*


 ut lapfus

ut lapsus videatur *Hoffmann.* dum pro *Sennerto D. Michael.* posuit. Scio ortam fuisse stoliditatem ex comesto *felis cerebro*, apud *Salmut, C. III. obs. 100.* nihilominus verò *canis cerebrum* in præfato affectu multum tulisse opis certò etiam scio.

*in phrenitide.* ℞. *cerebr. catellor.* 7. vel 8. dier. q v. destill. destillat. imbibe Vitriol. & destilla iterum per retortam, accipiesq; liquorem in phrenitide tibi saluberrimum: ex communicatione D. Birlingii.

Vid. etiam *Rolfinck. Meth. Consult. L. 2. consult. 8. p. m. 142. & Macas. in promt. Mat. Medic. L. II. S. 13. c. 10.* Si plura desideres de *cerebro canino*. Etiam *in ossibus fractis.* *ossibus fractis* linteolo impositum, superimpositâ lanâ, quæ subinde suffundatur rosaceô, aut vinô austerô, egregiè medetur. *Boosch. L. II. Hist. med. c. 30. p. m. 253.* & si per septem dierum spatium angulis oculorum immittatur, *glaucomatibus* spondebis levamen & medelam. *Aldrov. l. c. p. m. 530.* *& glaucomatibus*

*fabula physica.* §. 3. *Oculum canis nigri* excisum manûq; detentum præsentium *canum* latratus arcere, *Schwimmeri Curios. Phys. dissert. VII. p. m. 113. Coleri L. XII. Oecon. c. 73. Weckers L. VI. de secret. c. 9. p. m. 231. Godenl Mirac. nat. p. m. 8.* & plurium fabella est.



# CAPUT. III.

## De dentibus canis.

§. 1.

*dentium significatio.* Cum *canes*, ut plerunq; feræ sylvestres, & aliæ domesticæ, potissimùm *dentibus* pugnent ac lædant, synechdochicè & metaphoricè *dentes* & *maxilla* crebriùs pro omni *vi* & hostium *potentia* ponuntur. *Ps. LVIII 7. & CXXIV. ℣. 6. Ps. III. 7. 8. Frenduerunt adversùs me dentibus suis*, i. e. effuderunt omnem fremitum & iram. *Thren. II. 16. Sibilaverunt & frenduerunt dentibus*, i. e. acerbissimo & prorsus hôstili animo sunt. Alii habent: *nudârunt dentes*, ut alluderent ad *canum* gestus, qui commoti solent rictum aperire, gingivas sublevare, & illos longiores *dentes* in lateribus monstrare & exporrigere.

§. 2. Denotant quoq; *dentes* prominentem *petram* aut *scopulum. I. Sam. XIV. 4. Munditiesverò dentium* famem significat. *Amos IV. 6. Domus dentis* est pulcherrima domus, eò quòd uti apud Judæos olim ebore exornabantur, quod SS. simpliciter *dentem* vocat κατ' ἐξοχὴν, quia *dens elephantis* omnium maximus & spectatissimus. *Amos III. 15.* In *dentibus* hominum *candor* laudatur, & bonam valetudinem significat: contrà *rubigo, flavedo*, ac *scabri-*

ac *scabrities. Dentes tui sicut greges tonsarum descendentes ex lavacro. Cant. IV. 2. Dentes ejus lacte candidiores. Gen. LIX. 12.*

§. 3. *Dentem canis* rabidi, qui momordit, avulsum brachioq; alligatum *hydrophobiæ* resistere, vulgi practica est, nec omninò temnenda. *Cinis dentium* cum melle & butyro mandibulis illitus infantium *dentitionem* feliciter promovet & facilitat: gargarismis inspersus, cum posca mistus & impositus *odontalgiam* sopit. *Fr. Hofmann. L. I. M. M. c. 19. p. m. 303. Conf. Macas. L. II.* (quem citavimus) *S. 13. c. 30.* Plebs nostra in *febre quartana* collo & brachio appendit, quo levamine, non video. *Rhaf.* contra *icterum*, *& Galen.* contra *dentium mobilitatem* commendat. *dens canis in rabie. dentitione infantium. odontalgia. quartanâ. ictero & dentium mobilitate.*

# CAPUT. IV.

## De lingua canis.

§. 1.

MAgnus *linguæ salivaq; caninæ* usus in ulceribus, exemplô *Lazari, Luc. XVI. c. 21. & Olonis Vegeti apud Ol. M. L. V. hist. Sept. c. 12.* Jussit aliquando Nobilis *Redus cani* morsum affricari à vipera in extremo naso, ipse tamen eundem adeò *linguâ* detersit, ut mortem evaserit, nec tamen linguæ nec gingivis aliquid mali accidit. *Vid. ej. observ. de Viper. p. m. 14. c. f.* Rectè igitur dicit *Becker. in præf. Med. Microcosm. balsamum inesse linguæ caninæ, quô inflicta sibi sanet vulnera.* Lambendo enim ulcera saniem sordesq; abstergunt, vi salis volatilis in saliva contenti, sicq; ulcera siccant. At in *mundificatione & siccatione ulcerum consistit curatio. Gal. L. III. M. M. c. 4.* *lingua canis ad ulcera.*

§ 2. Quantum valeat *linguæ* humanæ linctus in *variolis*, Exc. *Bartholin.* venustâ probat historiâ *C. I. 29.* Occupârant variolæ epidemicæ universam faciem tenelli pueri, & oculis minitabantur exitium, frustrà aliis tentatis, nutrix dolore infantis commota & commisseratione, *linguâ propriâ* oculos pueri lingebat, sicq;, reseratis oculis, abstersâq; sanie, convaluit infans morti antea relictus. *humana in variolis.*

§. 3. *Sputum* jejuni hominis pro *alexipharmaco fascini* habebant Veteres. Pulchrè *Virgil. in Cyrin. ỷ. 369. seqq.* *sputum contra fascinû.*

*At nutrix patulâ componens sulphura testâ,*
*Narcissum Casiamq, herbas incendit olentes.*
*Terq; novena ligat triplici diversa colore*
*fila: ter* in gremium *mecum, inquit,* despue, *Virgo,*
*despue ter Virgo.* - - - - -

*Conf. Juvenal. Sat. VII. ỷ. 112. Pers. Sat. II. v. 33.*

Propter *fascinum* enim *ter* sibi in *sinum spuebant*, videbanturq; fascinum arcere. Vid. *Propert. L. IV. eleg. 7.* Hinc etiam vulgus, quoties ad publicam secedit latrinam, *ter despuit* in locum, antequam levet alvum.

*dubium sacrum.* §. 4. Mirari quis posset, cur Deus passim *tactû*, etiam *verbô*, incurabilibus vexatos morbis sanitati restituerit, in sanando autem *coeco* usus sit *linimento ex pulvere sputo consperso?* At vide, si placet, *quaestion. epistol. Beverovicij p. m. 1. seqq.* cum annexâ responsione *Annae Mariae Schurmannae*, Virginis eruditissimae, utinam & orthodoxae!

## CAPUT V.

### De corde & hepate canis.

§. 1.

*fabula* COr *canis* gestatum mutos reddere alios, est fictio plebis, nugarum artificis, quam *Sperling. L. III. Zool. c. 19. axiom. 1.* deridet. Novi quendam, qui rustico *quartanario* pulverisat. in aq. card. bened. propinavit, sed infausto successû. An pro *leporino caninum* maliriosè substituerit, non facilè dixerim. Scio, inquit *D. D. Göckel. Consil. Med. XIX. p. 225.* Comit. rabidi *canis cor* siccatum *demorsis* cum emolumento porrexisse.

*jecur canis in rabie.* §. 2. *Jecur* autem *rabidi canis* coctum ad ℥ij. in particulas dissectum; & primis XXIV. hor. post morsum nondum absolutis, oblatum contrà *rabiem* ceu *specificum* commendat *Fr. Hoffmann. L. 1. M. M. c. 19. p. m. 292. & Greg. Horst. L. VII. de morb. contagios. & malign. obs. 23. p. m. 334. D. Göckel. consil. med. XIX. p. m. 225. Add. Kircher. L. de peste S. III. c. 6. p. m. 336.* Inquiens; *canis rabidi vulnus aliis inflictum* tutiùs *non curatur*, *quàm* hepatis canini *esu*; *& p. m. 348. hepar canis rabidi a demorsis devoratum* summo & unico *contra hydrophobiam est remedio. Consentit Weker in Synt. Medic. L. I. P. III. p. m. 231.* Vulneri tantùm *applicatum* magis probat *Hildesheim in Spicileg. 2. de hydrophob. p. m. 207.* quàm *internè* sumtum. Ita, vidimus cum *Matthiol. in L. II. Dioscor. p. m. 297.* quosdam, devorato *Jecinore rabidi canis*, mansisse superstites, sed aliis praeterea adhibitis remediis. Qui enim *soli hepati* fisi sunt, periêre.

*mihi est suspectum.* §. 3. Etenim si ex stramento, in quo *rabidi* sues decubuêre, equi, oves bovesq; rabiem sibi contraxerunt, *degustatô saltim stramine*, *Schenck. L. VII. obs. 52.* si venatores apud *Fernel. L. II. de abdit. c. 14. carne lupina* (*& porcina Borell. C. I. 75.*) *rabie conspurcata*, & fercula inter apposita, complures egerunt ad rabiem, non facilè suaserim *Jecur canis rabidi* in ὑδροφοβίᾳ. Placet po-

cet po-

cet potius *Agricol. in Chirurg. parva* empl. ex *hepate canis rabidi* cum *oleo scorpion.* confectum.

# CAPUT VI.

## De felle, splene, & intestinis canis

§. 1.

FEL *canis nigri* suffitu, vel ejusdem sanguis omnibus parietibus illitus, maxima præstare dicitur tam ad expiandos malos dæmones, quàm maleficia, ubicunq; fuerint. *Wier. L. V. de præst. c. 21. Felle nigri canis* suffitas domus habere, & genitalia sub limine defodere, salutare putatur contra amatoria fascina. *Vair. L. I. de fascin. c. 14.* ℞. *fellis canini* aut lactis ℈j. mell. opt. tantundem, calefac, infunde auri, occlude lanâ, nihil potentius aut certius ad ulcera aurium, etiamsi jam à cancro fuerint corrosæ *Boosch. L. II. c. 30 p. 254.* Est etiam *fel canis* ingrediens *noctiluca* apud *Starcium* im Heldenschatz *P. IV. p. m. 351.* Extrinsecus abstergit *maculas faciei* inunctum: melle illitum *oculorum albugini* medetur. Plura de *felle canino* dabit *Macasius l. c. 5. Barberit. L. I. prax. c. 1. & nos infra cap. 18. §. 2.* Sed *fel canis piscis* adeò venenosum est & lethiferum, ut vel unicum ejus granum, nisi subitò obstes, intrà septiduum occidat. *Ardoyn. L. IV. de Venen. c. 17.*

*fel canis contra veneficia.* *fascina amatoria.* *ulcera aurium.* *oculorum vitia.* *fel canis piscis lethiferum.*

§. 2. Hominem aliquô *splenis* vitiô affectum *Ægyptii* sacerdotes per *canis* hieroglyphicum denotabant, cùm *gracillimus & tenuissimus cani lien* sit. *Pier. L. V. Hierogl. p. m. 53.* Commendat *Boosch. l. a. p. m. 254. splenetis* lienem *catellorum* nondum videntium, quô successu, probet, qui velit. Ego pollicem converto, utut *Aldrov. l. d. p. m. 530.* eundem cum *Petraeo Diss. Harmon. L. II. p. m. 255.* premat. *Hipp. tamen L. de morb. intern. spleneticos carnibus caninis* vesci jubet.

*splen canis hieroglyphicum.* *pro lienosis.*

§. 3. Retulit mihi olim rusticus in Cimbria, sibi *colicâ* affectô à Studioso in Sp. vini pulv *intestini canis* feliciter fuisse exhibitum. At fortè *lupinum* fuit. Hoc enim in profligando *dolore colico* singulare, experientiâ *Riverij C. I. obs. 59. 86.* & in *Obs. a Pacheq. communicat. n. 2.* idq; Nos, in curando Reverendiss. ac Illustriss. Dn. CHRISTOPHORO, S. R. I. Principe, Abbat. Corb. omnibus aliis frustrà tentatis, *infallibile* deprehendimus.

*error, corrigitur.*

# CAPUT VII.

## De testiculis canis.

§. 1.

*Stimuli Veneris.* AD excitandam Venerem & necessitas & libido varia peperit remedia, *confectiones magnanimitatis*, *morsulos viriles*, *rotulas stimulantes*, *species diaξυς*, *cristas galli*, *passerum cerebrum*, quorsum singula dicam?

*testiculi canini.* §. 2. Vir honestus ac eruditus anno ætatis 63. ob molestissima rei domesticæ tædia & onera, duxit Juvenculam vegetam & robustam. At cum Optimus Senex vota conjugis explere nequiret, (utpote cui, *Eudopij* apud *Petron.* verbis, *funerata erat pars illa, quæ quondam Achilles fuerat, & frigidior rigente brumâ confugerat in viscera mille rugis operta*,) rixæ nascebantur & odia. Frater ejus, lepidum caput, motus hosce compositurus, *cani in ipso coitu testiculos* exscindit, siccatosq; languido & inscio Seni bis quotidie ad drachm. duas cum jusculo exhibet felici cum successu.

*alia historia.* §. 3. Vidi circumforaneum idem remedium in simili casu faustè exhibentem. Salacissimum animal *canis*. Quis dubitet ergò, *testiculos* ejus, præsertim *in coitu* exsectos, Venerem insigniter proritare? Conf. *Craton. L. VII. Conf. Med. 90.* elect. è radic. testicul. maj. *canis* contra *sterilitatem*.

*Observ.* Lustrum ferè nunc est, quòd me accesserit fæmina, honesta alioquin & bonæ famæ, conquerens de marito, sibi aliàs dilectissimo, nulliq; molesto, at, ob frequentissimos, nec amplius tolerandos, coitus, quos ultra quinq; septimanas, singulis ferè horis diu noctuq; acriter repetierat, sibi & conjugi molestissimo, causam hujus excessus & remedium anxiè & sub rosa, ut par erat, indagatura. Variis in medium prolatis, quæro, num aromatibus, calidisvé aliis, seu stimulantibus crebriùs vesceretur homo aliàs summè biliosus? Non, dixit, quod ego quidem sciam. Et licèt refrigerantibus utatur e. g. endiv. lactuc. æstus tamen non extinguitur. Servat autem sibi *Elect.* quoddam *Stomachicum*, à famoso Doctore (ita plebecula nostra salutat agyrtas & impostores,) magnô pretiô emtum, quo de crebrò sumit, superbibitô haustulô vini generosi. Apage! dicebam: hinc forsan illæ lachrymæ. Cedò igitur *nobile stomachicum*. Gustavi, fæminamq; cum marito seriò reprehendi. Precibus tamen utriusq; satisfacturus, abjectô elect. diætam commendo sobriam tenuemq;, (omnibus calidis & acribus penitus proscriptis, frenôq; rationis *feroci istâ bestiâ*, *ut Plazzon.* vocat partem illam, quâ Viri sumus, *L. I. de part. gener. c. 16.* coercita) *& usum nitri in aq. nymph.* solut Cujus usû mitior factus, sibiq;, & conjugi præsertim, gratior. Ego interim

ratus,

ratus, Agyrtam vel ex ignorantia vel malitia hoc ſubſtituiſſe elect. moneo virum, ut prece pretioq; formulam ejusdem ab eo impetret, aut repugnantem, (ne plures ita falleret) ope Magiſtratus, compellat. Et factum eſt. Ecce autem, Mi Lector, admirabile *ſtomachicum*, manû Idiotæ Impoſtorisq; deſcriptum.

| | |
|---|---|
| ℞. Pyber alb. | ℞. piper. alb. |
| Zinomanah Untz. j. | cinamomi Unc. j. |
| pruabus dauhrſ | priapi tauri |
| mater leber anah Untz ij. | matricis lepor. ana Unc. ij. |
| Zeh repron pazer Untz. iij. | Cerebri paſſer. Unc. iij. |
| *Teſtibus Kahini* & gallo Untz. ij. | *teſtium canin.* & gallor. Unc. ij. |
| Confexi onum allkürmes com pleto Untz. iß. | Confect. alcherm. complet. Unc. iß. |
| Stinc marls Untz. iß. | Scinc. marin. Unc. iß. |
| *Folſe chaine* Untz. j. | *Vulv. canin.* Unc. j. |
| Viad com Sirybus cort citron & aqua Zinomanahi electuarium. Sicnet | fiat cum ſyrup. cort. citr. & aqua cinamomi electuar. |
| Köſtliche Magen-Ladwerg vor allen Schaden / offt des Tags einer Caſtanien groß. | Signet. |

Videte & ridete, ſeu potius deflete mecum inſaniam & impoſturas ſeculi. Deus meliora! O vos, qui ad clavum reip. ſedetis, hujusmodi urbium purgamenta virgis, fuſtibus & enſe expellite, ne vos cum Civibus veſtris pereatis! *Medicum honorare* juſſit Altiſſimus, *Eccleſ.* XXXVIII. 1. non homicidas, aut circumforaneos, omnium nebulonum anteſignanos.



# *CAPUT VIII.*

## De pilis canis.

§. 1.

ABjecta res eſt *pilus*, Deo tamen *ſacrificij vice* oblatus, *Exod.* XXV. 4, quiq; ſuum habet uſum. *Pilos Indicorum canum* pannifici ... cedere, *P. à S. T. Carmelita* retulit. *Johannes*, pœnitentiæ Doctor, habebat indumentum è *pilis camelinis* καὶ ζώνην δερματίνην Matth. III. 4. *pili canum.* *ad Geſner.*

§. 2. *Pilos caninos* morſui *rabidorum* etiam plebecula imponit. Contra *epilepſiam* hoc amuletum commendat *Foreſt. L. X. obſ. 60. p. m. 391.* *pili contra morſum canis in epilepſia.*

 ℞. macro-

℞. macropiperis, *crinis nigerrimi canis* an. ℈ß. utriusq; coralli, sem. sinapi alb. an. ℈ß. sem. pœon. & rad. ejusd. an. ʒß. f. pulv. crassô modô contusus, & sacculo lineo imponatur, filoque appenso collo alligetur, ut sub camisia surculam stomachi attingat.

Plura de *pilis caninis* notârunt *Lemn. apud Mizald. C. V. §. 74. memorab. Renodaus L. l. instit. pharm. c. 13.* & alii.

*experimentum.* §. 3. Ab uno & altero accepimus, ait *Schw immer. Curios. Phys. Differt. 5. §. 8.* experientiam non simplicem probâsse, *capillos* puerorum primùm recisos, pedibus applicatos levare dolorem. Certum enim est, atomos ex podagricis egredi, quæ se insinuent externæ rei applicatæ, & prout in re, extrinsecus alligata, inveniunt promtam receptivitatem, simulq; extrinsecum trahendo vel dispellendo eas promovet. Denique ne nescias, *cur canum irâ accensorum pili erigantur*, evolve *Vogleri Comment. de reb. naturalib. & Med. in SS. p. m. 233. ad istud Syr. XXVII. 15.*

## CAPUT IX.

### De pelle canina.

§. 1.

*pellium usus antiquorum.* PEllibus semper religiosè usa est antiquitas. Qui à Diis aliquid petebant, cubabant in eorum, quorum ope indigebant, fanis, responsa ab iis vel vigilantes, vel in somniis accepturi, teste *Diod. Siculo L. l. Bibliothec. c. 25. & Tibullo L. I, eleg. 3. Strab. L. XVII. Sveton. in vit. Vespasian. c. 7. Xiphilin. in epit. Dion. p. 318. Tacit. L. IV. Hist. c. 81. Plaut. Curcul. a. I. S. 1. ℣. 62. Virgil. L. VII. aneid. ℣. 86. seqq.* Vid. fusiùs de hac *Veterum incubatione in fanis* Deorum (quam *ἐγκοίμησιν* dixêre Graji,) Medicinæ causâ facta, elegantissimam differt. *Cl. Henr. Meibomij*, sub præsidio *Conring. Helmst.* an. 1659. *babit.*

*ex pellibus capella. unde capella?* §. 2. Erant olim in tentoriis domunculæ *pellibus caprarum* tectæ, in quibus Missæ celebrantur. Hinc *Capellæ* nomen *Durand. L. I I. divin. off. c. 10. Petr. à Beeck in Aquisgrano c. 2 p. m. 18. Martin. in lex. philol.* Alii inde derivant *capellam*, quòd capiat *λαὸν*. Franci Reges olim, boni ominis causâ, in exercitu servabant cappam S. Martini, quam sub tentorio sanctè custodiebant, idque à *cappa capella*, & presbyteri, custodes *cappæ*, *Capellani* inde dicebantur. Fuisse etiam *Capellanos* & *ArchiCapellanos* antiquitus *Cancellarios* & *ArchiCancellarios*, ex vetustissimis membranis didici. *capellani & Archicapellani.*

Sic

Sic *Eginhard.* dicitur Caroli M. *ArchiCapellanus* & *Notarius. Chron. Laurisheim. ad ann. 805.* Vid. prolixiùs hac de re *Bernh. à Mallinckrot Tract. de ArchiCancell. L. I. p. m. 119. Goldast. T. 2. T. 2. Alemann. rer. p. 5. Lindenbrog. in Gloffar. & Cl. Bangert. not. ad L. I. Helmold. c. 79. p. m. 177.*

§. 3. Veteres Germani *pelles* gerebant, teste *Tacit. de Germ. c. 17.* In primis *ursinis* crebrius incubêre, inde dicti Bährenheuter. Bellè *Frid.* Hoffmann *C. III. epigr. 54.* *unde von Bährenheuter.*

*A bellis quoties pubes Germana quievit,*
*fessaq; pacificis condidit arma focis.*
*Tum ventrem pascens & molli dedita somno*
pellibus ursinis *otia duxit iners.*
*Hinc homo pigrescens, nullâq; exercitus arte,*
*ursinæ incubitor pellis in orbe cluet.* i. e. Bährenheuter.

§. 4. Ipsos Deos Romani *caninis pellibus* induebant, *Pier. L. V. Hierogl. p. m. 49.* Priscos Heroes *ferinis pellibus* corpora texerunt, *Stephan. in L. I. Sax. Grammat. p. m. 34.* Primum Adami vestimentum *pellis* erat, *Gen.* III. 21. & veteres sanctos ambulâsse ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ait *epist. ad Hebr. XI. 37.* *ex pellibus vestimenta.*

§. 5. Ex *pelle canina* vulgus noster chirothecas, & tibialia conficit. Grönlandi vestimento, inclusia, casas, naviculas, (quas Hafniæ Danorum vidi,) ex *pellibus* & *intestinis canum marinorum* faciunt. Operæ forsan pretium erit ex Miscellan. nostris Historicô Geographic. in Acad. olim collect. integrum locum de Grönlandia hîc annectere. *chirothecæ, navicula &c.*

Grönland lieget im Eiß-Meer hinter der Insul Ißland etliche 60 Meilen/ Wird von vielen für eine Insul gehalten / aber es ist glaublicher / daß es an der Ost-Seiten an Tartarey/und an der Westen an America stosse. Arngrimus Jonas, Islandicus, meldet / daß Grünland A. C. 982. erst erfunden / 4. Jahr hernach eingenommen und bewohnet / und zwar von einem Erich Ruffus, oder Roth-Haar genandt / welcher aus Norwegen von adelichem Stamm und gutes Vermögens / mit seinem Vater Thorwald/ (andre sagen wegen eines begangnen Todt-Schlags /) sich nach Ißland begeben / Und weil Erich / nach Absterben seines Vaters/ mit etlichen fürnehmen Häuptern dieses Orthes nit friedlich leben können / habe er sich ferner nach Norden begeben / da er Grünland angetroffen. Und weil er das Land an selbem Orth der Anfarth mit Graßgrün bewachsen gefunden / habe er dem Land solchen Namen gegeben / Hierauf viel Ißländer beredet/ daß sie sich auch dahin gewendet. A. C. 1000 ist Erichs Sohn / Leif genandt / von Grünland nach Norwegen geseegelt / durch den König Olaus daselbst getaufft / und mit einem Priester wieder zurück sich gewendet / und *de Grönlandia.*

 so weit

so weit gebracht / daß sein Vater Erich sich mit allem seinem Volck tauffen lassen/und den Christlichen Glauben angenommen. Diese des Erichs Nachkommen haben sich hernach vermehret / Flecken und Klöster erbauet / und ihre Bischöffe gehabt. Garde hat die Bischofliche Residentz geheissen. An. 1023. ist Grönland dem Königreich Norwegen zinßbahr / und an. 1261 gar unterwürfig worden. Zu der Zeit nun haben die Ißländische und Norwegische Schiffe Grünland offt besucht / die Norweger noch biß zu der Königin Margreten Zeit. Und weil das Einkommen von Grünland zu der Nordwegischen Könige Tafel-Güter gewiedmet worden / hat niemand ohne Erlaubniß dahin gedürfft / ist also die Schiff-Fahrt nach Grünland stecken blieben. Christian. III. und Fridericus II. Könige in Dännemarck haben solche erneuert/ aber theils das Land nicht finden/theils wegen des Eises nicht anseegeln können. Die Königin Elisabetha in Engelland hat 3. Schiffe dahin gesandt/aber weil sie die Völcker wild/türckisch und feindlich angetroffen / ihnen nicht trauen wollen. An. 1605. hat König Christian IV. unter dem Admiral Lindenau 3. Schiffe dahin gesandt / welche auch wohl ankommen / unterschiedene gute Hafen angetroffen / und hat ihnen das Land wegen der grünen Wiesen sehr beliebet. Die Wilden haben auch ihre Trachten willig mit den Dähnen vertauscht / und wurden 5. davon gefangen in Dännemarck gebracht. An. 1606. sind wieder 5. Schiffe dahin gesand worden / drey von Wilden mitgegeben / einer aber ist gestorben / und der ander hat sich ins Wasser gestürtzt. Ob nun wohl die Dähnen abermals glücklich angelendet / haben sich doch die Wilden sehr feindlich gegen ihnen erzeiget. An. 1607. sind abermal zwey Schiffe dahin gesandt worden / aber haben wegen des vielen Eises / so wie hohe Berge aufeinander gelegen / nicht ankommen können. Hierauf haben etliche Kauf-Leute in Kopenhagen dahin zwey Schiffe gesandt/ so geschehen An. 1636. welche auch beym freto Davis (so Johann Davis an. 1586. erfunden / angelendet / mit den Wilden gehandelt / und 2. gefangen mitgenommen. Inzwischen ist Grünland in 20. Jahren unbesucht blieben. An. 1656 hat Frideric. III. König in Dännemarck Henrich Müllern ein Schiff ausrüsten lassen / und dahin seegeln. Und weil solche Reisse wohl abgieng sind sie noch 2. Jahr nacheinander dahin gelauffen. Die letzte Reise geschah an. 1654. lieffen im Frühling aus Kopenhagen / und kamen im Ausgang des Heu-Monats vor Grünland wohl an / handelten mit den Wilden / so anfangs nicht trauen wolten / gar wohl / kriegten 4. davon gefangen, nemlich einen Mann / Jhiob genandt / so zwischen Bergen und Kopenhagen starb / zwey Frauen / eine von 45. Jahren Küneling / die andre von 25. Jahren / Kabelau / diese war durch welche sie alle gefangen / und ein Mädgen von 13. Jahren / Sigoko. Sie sind von Statur kurtz und untersetzt / breit

breit von Angesicht / kurtz von Händen und Füssen / setzen diese immer einwertz. Sehen in allen Stücken den Samojeden / ja auch den Nagaischen Tartarn gleich / ohne daß die Grünländer schwärtzer / und weichere Haut haben / welche als Seide anzugreiffen. Unter dem Gesicht haben sie lange schwartze Striche / welche sie bekommen / wann sie mannbahr werden. Ihre Sprach fällt auf tartarische Arth! Ihre Kleider machen sie aus See-Hunds-Fällen und Rennthiere Häuten / das Rauhe heraus gekehret. Ihre Hemder sind von drögen See-Hunds-Därmern / gehen kaum biß an das Gesäß / heissen Kappissil. Ihre Hütten sind einer Ehlen tief in der Erden mit Seden und See-Hunds-Fellen überzogen. Ihre meiste Handthierung ist mit Fische fangen / welche sie mit Pfeilen zu schiessen wissen. Ihre Speissen sind Speck von See-Hunden / und allerhand Fische / Rennthiere 2c. trincken Fischtrahn und Wasser. Es ist vermuthlich / daß die Grünländer aus America und Tartarey entstehen / weil sie den Tartarn in allem fast gleichen. Conf. quæ *Bartholin.* habet in *act. Med. Hafniens. T. II. obs. 31.* paulo tamen aliter. & *Olear. in Technothec. Gottorpiens. p. 3.* In armamentario Regio Hafniæ vidi naviculas Grünlandicas oblongas, è *pellibus canum marinorum* artificiosè confectas.

§. 6. In aula Serenissimæ Saxon. Ducissæ *Christina &c.* Dominæ olim meæ clementissimæ, *Melchioris Buchneri*, Secret. conjux *Magdalena, paralytica*, svasû, *D. Widemerckeri*, crebriùs summô cum levamine utebatur *pelle caninâ* recente & adhuc calidâ. Chirothecæ ex *pelle caninâ* paratæ *manuum* leniunt *pruritum. Dolorem colicum* eâdem bis compescui. Ita *Cl. Grube agninâ pelle* eodem modo usurpatâ duas fæminas morti proximas cum stupore adstantium servavit. *Vid. dissert. de morb. transplant. p. m. 38.* Amuletum suum *Minderer.* involvit *pelli caninæ*, in der Kriegs-Artzney *p. 124.* *pellis canina in paralysi.* *scabie.* *colica.*

§. 7. Eandem variis essentiis arthriticis imprægnatam, & artubus dolentibus circumvolutam, insigne *podagricis* præbere levamen, præter famosum istum *Italum, Francisc. Joseph Burrhi*, mihi quondam notissimum, & alii sunt, qui asserunt. Fassus est rusticus coram Judice in Comitatu *Hanoviensi*, & de quo uxor ejus questa est, quòd scilicet, *vinctis ligulâ ex pelle canina testiculis*, crebros & vix tolerabiles repetierit congressus, quod *D. Reiselio*, *Amphioni* nostro acceptum refero. *Grülingius* strumam in nobili virgine faustè curârit, sincerè descripsit *L. V. Med. Pract. P. III, c. 19, p. m. 586.* inter alia induxit *corio canino* empl. & scrophulis post inunctionem imposuit. Imò ipsa illinitio super tenso *corio canino* eôdem linimentô madefacto, mane ac Vesperi fiebat, quod minimè temnendum est. *podagrâ.* *in Venere.* *in struma.*



# CAPUT X.

## De pinguedine canis.

§. 1.

*pinguedo canis ad vulnera & cruorem coagulatum.* VUlgus internè eam adhibet in *abstergendis* & *consolidandis vulneribus* ac *ulceribus*, inq; *phtisi* & *cruore ex casu dissolvendo*. At omnes pinguedines nil aliud sunt quàm salia volatilia concentrata, ab occulto acido sale unctuoso suppressa. Hinc licèt *pinguedo canis* ob sal volatile ulcera pulmonum & concretum sanguinem abstergat ac dissolvat, ob acidum tamen occultum nocet, cùm ulcera magis putrida ac sordida reddat. Consonat *Schönborn in Manual. Med. pract. p. m. 99.* Et Amicissimus noster *Achilles* sanctè, fassus est, se optatum effectum *nunquam* esse expertum. *Grüling.* tamen de *morb. infant. c. 27.* iis dedit *in tabe.* in jusculo. *Birlingius* noster in *appendi, var. medicament. ad C. I. Advers. Med. p. m. 134.* a. unguentum hocce contra *tabem* communicat:

℞. Unguent, dialth. ℥ij.
arregon.
axung. taxi
ursi an. ℥j.
*canis* ℥ß.
Oleum castor.
vulpin. an. ʒvj.
Juniper.
later.
terebinth. an. ʒij.
Pulv. alum. ust. ʒiß.
piper. nigr.
euphorb. an. ʒj.
caryoph. ℈ij.
castor. ʒß.
croci ℈j.
aqua vit. alb. ℥ij.
cer. ʒvij. M. f. l. a. Unguent.

*in hydrops.* §. 2. Ceterùm pinguedinis usum in *hydrope* Curiosi nostri *ann. III. Ephem. obs. 322.* historiâ juvenis probârunt, qui post febrem in *ascitem* lapsus, variisq; remediis, frustrà tamen, usus, ut tandem desperarit, inprimis *dysenteriâ* superveniente. Tandem svasû Ducissæ guttulas aliquot

aliquot *axungiæ canis* in juſculis uſurpavit, & tumor pedetentim remiſit.

§. 3. *Externè* varia ingreditur *unguenta* & *emplaſtra*. Nervinum equidem *Auguſtan.* à *Zvvölfer.* prudenter reformatum in tollendis frigidis nervorum morbis eorumq; doloribus eximium eſt. *Vid. pharm.* Aug. *Claſſ. XVII. p. m. 618.* Sic autem fiat: *unguentum nervinum.*

℞. Herb. recent. ſalv.
ivæ arthetic.
majoran.
roriſmarin.
menth.
rutæ
paralyſ. c. flor.
Fl. recent. lavendul.
hyperic.
chamomill.
melilot.
Summit: antethi an. recent. Mj.
Bacc. Junip.
lauri an. ℥j.
Rad. pyrethri ʒij.
Incis. & contus. immergantur in
Ol. lumbricor.
vulpin.
anethin.
hyperici an. ℥iij.
terebinth. ℥j.
*axung.* human.
cati ſylveſtr.
*canis an.* ℥ß.

Macerentur ſine affuſion. Vini (ne illud, dum evaporat, ſubtiliores omnium ferè ingredientium partes ſecum rapiat,) per ſeptimanam unam vel alteram, poſteà in cucurbita ſemel atq; iterum ebulliant, exiguâ, quæ prodit, humiditate herbis & oleis reaffuſa, tum fortiter exprim. & colenti, in expreſſ. & colat. diſſolv.

Maſtich. opt. ℥ß.
ceræ ℥iij.
terebinthin. ℥iiij.
benzoin in ℥ij. Spir. Vin. rectific. diſſolut. ʒvj.

Sicq; ſine ulteriori coctione, utpote quam enumerata balſamica ingredientia,

entia, propter spiritus ipsorum in coctione promtè exhalantes, non ferunt, f. l. a. unguent. nervosis partibus saluberrimum.

aliud unguent. nervin. §. 4. Aliud nobile unguent. nervin. idem habet *Zwölfer. in append. ad Pharm. Reg. p. m. 186.*

℞. *axung.* recent porcin. ℔iiß.
*canis* ℔ß.
human. ℔iv.

Quibus commistis immergant. seqq. per vices & successû temporis, singula tamen incis. & contus, scilicet

Gemmar. populi arbor. recent. ℥iv.
Summit. abiet. vel laricis arboris recent. (fährene Gipfel) tempore Veris. ℥iij.
Summit. Junip. recent. eodem tempore ℥iij.
Herb. recent. calaminth. mont.
chamæpyt.
majoran.
menth. crisp. odorat.
origan.
puleg. an. ℥ij.

H. rorismarin. ℥iv.
salv. ℥v.
serpill. floresc.
thymi floresc. an. ℥iß.

Fl. recent. cham. rom. ℥ij.
lavend. ℥iij.
paralys. ℥j.
bacc. laur. ℥iij.

Factâq; maceratione sufficienti in cellario, ebulliant parùm in alemb. vitr. suô capitellô munitô, & præposito recipiente pro receptione particulæ humiditatis, quæ transit, post dum adhuc parùm calent, f. colat. cum forti expressione. spec. infusar. expresso statim immergantur

Lumbric. terrestr. benè purgat. ℥vj.

ac in eo emori & suffocari permittantur, factâq; , adhuc unicâ ebullitione vel saltem digestione in alembic. vitreo, denuò coletur unguent. & à lumbric. separetur, superaddendo particulam humiditatis, vel aqua odoriferæ per alembic. coquendo prolectæ, item

Oleum stillat. salv. ʒij. vel. ʒß.
majoran. ʒj. odoris gratiâ.

f. l. a. unguent. cui, si balsam. Indic. de Peru addideris, efficacissimum habebis. *Add. Velsch. C. I. Mictomim. obs. 71.*

aliud in paralysi manuum. §. 5. Ὁ κρατιστος *Crato* in *manuum paralysi* hoc ordinavit. *L. III. Consil. 22. & L. II. epist. p. m. 326.*

℞. Cochlear.

℞. Cochlear. nigr. urant. in olla, & collect. ex his humiditat. pinguis ℥iß.
*Pingued.* ardeæ, taxi, *canis domest.* an. ℥j.
sevi hircin. cervin. an. ℥iij.
Mucilag. rad. alth. per Sp. Vin. extract.
sapon. Venet. dissol. in succ. alth. an. ℥ß.
Oleum lumbric. ℥ij. pulv. lumbric. terrestr. ℥vj.
M. f. s. a. unguent.

§. 6. In *motibus convulsivis* hoc præscripsit *Sennert. L. I. prax. P. 2. c. 28. p. m. 569.* *in motibus convulsivis.*

℞. Oleum terebinthin. lumbric. terrestr. an. ℥iß. *pingued.* human. ℥j. *canis* ℥ß. M.
f. l. a. unguent.

§. 7. In *membrorum atrophia* ex *Popio* seq. commendat. liniment. *Becker. Med. Microcosm. L. II. c. 2. p. m. 104.* *in atrophia.*

℞. *Pingued.* microcosm. *canin.* Oleum junip. Sulphur. per. c. an. ℥iv. M. pro linimento. Primò autem fricentur membra Sp. aromat. postea hoc inungantur. Aliud contra *atrophiam* & *contracturam* habet. *Seb.* Greise *in sua Chirurg. p. m. 57.*

℞. axung. vulp. tax. an. ℔ß. *pingued.* cat. sylv. *canis* an. ℥ij.
Mumiæ ex medull. ℥iiij. f. l. a. unguent.

Imò solâ *axung. canin.* loca dolentia & *contracta* feliciter inunxit *Forest. L. X. obs. 122.*

§. 8. Aliud laudabile unguentum in *vulneribus* & *ulceribus*, *cancro*, *aliisq; cacoethicis malis* feliciter usurpandum dabit *Mynsicht.* in *Armament. Med. Chym. Sect. XXXV. p. m. 494.* *in putridis & cacoethicis malis.*

℞. Gummi galban. elect.
opoponac.
ammoniac. an. ℥j.

Solut. in acet. Vin. forti cum expression. Col. express. ab aceto separetur, & separato tandem adde.

*axung.* human. *canis* cervi ursi an. ℥ß.

Mixt. inde cucurbitæ super affundendo

Oleum Terebinthin.
bacc. laur. an. ℥ß.
CC. ʒij.
Sulphuris mediante Olei Jugland.præpar.
Antimon. dulc. ex pulv. emetico per retort. de-(stillat.
Vitroli per laminas ferri edulcorat.
Plumbi an. ʒj.

Iterum misce: postea ad ☉m, vel alio loco calido diger per aliquot dies, & quotidie cum spatul. lign. agitent. & sic pretiosissimum unguentum habebis; quô Paracels. tàm recentia vulnera, quàm inveterata ulcera intra paucos dies consolidavit. Vulnera etiam desperata, lentigines, lupum, cancrum, & podagram curat. Omnibus amputatis & conquassatis musculis membrisq; medetur. Leucophlegmaticâ capitis laborantibus, abrasis prius capillis, & postmodum loco affecto impositum, benè facit. Herniosis item & antiquâ plagâ in inguinibus affectis præstat auxilium. Verbo: *Virtus ejus satis laudari nequit.* Immittatur cum pluma nigræ gallinæ, vel cum stuppis, superimpositô empl. stictico vel diasulphur.

*contra veneficia.* §.9. Sequens unguentum contra *veneficia* ex *Carrichtero* valdè commendat *Henr. ab Heer in obs. oppido rar. n. 8. p. m. 127. seqq.*

℞. *adip. canis bene liquat. & mundat.* ℥iv.
ursi ℥viij.
capon. ℥xxiv.

tres truncos visci colurni adhuc virent. frustatim sect. & tusos, dum humescunt, contund. autem simul lignum, fol. & baccas. M. omnia in phiola, quam Soli IX. septiman. cùm exposueris, virentem extrahes balsamum, quô veneficiatorum corpora, loca maximè dolentia; & juncturas inungendo certô experimentô curabis.

*Oleum ex adipe canis;* §. 10. Modum conficiendi *Oleum ex adip. canin.* in curatione vulnerum præstantissimum docet *Digby P. II. Medic. experim. p. m. 156.*

*pingued. can. ad tumores Venereos.* ℞. *can. pinguem*, abjectisque visceribus & perforatô dorsô: imple sem. lin. & fœn. gr. rad. alth. an. q. s. pon. in furn. & collige pingued.

Quam ad *dolores & tumores Venereos* commendat *Crato L. de morb. gallic. c. fin.*

*empl. nervinum.* §. 11. Eximium *empl. nervinum*, adip. *canin.* nobilitatum, communicat *Zwelfer. in append. ad pharm. reg. p. m. 189.*

℞. Tere-

℞. Terebinth. clar. odorat. ℥vj. in qua liquefac
Gummi Carannæ puriſſim. ℥j.
pulv. gummi tacamahac. ℥ij.
elemi
anim. Sagapen. an. ℥iß.
Maſtich. elect. ℥ij.

His liquatis add. ſeqq. commiſta & liquefacta ſimul jam tùm in alia patella, ſc.

Cer. flav. odorat. nov. ℥viij.
*axung.* human. & *canis recent.* an. ℥j.

Et dum adhuc liquata in diplomate hærent, ſuper injiciantur ſeqq. ſubtiliſſimè inciſ. & contuſa, nimirum

Gemmar. popul. arbor. recent. ℥iv.
Summit. abiet. vel laric. ( fehrene Gipfel ) ℥ij.
Junip. recent. ℥iß.
Herb. recent. calaminth. mont.
chamæpyt.
majoran. an. ℥iß.
roriſmarin.
ſalv. hort. an. ℥iij.
Pulv. croci Auſtriac. ℥iß.
diluti ad form. pullis c. pauxill. vini alb. in quo
Lumbric. terreſtr. ℥ij. ebullierunt,
Pulv. bacc. laur.
oliban. & myrrh. an. ℥iiß.

& in fine, cum qs. refrixerint, immiſceantur
balſam. Indic. de Peru ℥j.
Oleum ſtill. ſalv.
majoran. an. ʒiß.

M. exactè, ut f. s. a. empl. nervos & debilitata membra egregiè roborans.

§. 12. In *hernia* pro ſenioribus tale extat empl. apud *Cl. Becker. in Med. Microcoſm. L. II. c. 2. p. m. 105.* *in herniam*

℞. Gummi ammoniac. tragac. ſangv. dracon.
ſucc. hypociſt.
acaciæ an. ℥ß.
aloes ſuccot. ʒij.
thur. maſtich, ichtioc, ſarcocoll. an. ʒij.

Pulveris. infund. in s. q. acet. fortiss. stent per biduum in loco calente, ut dissolvantur. exprim. fortiter per linteum. Deinde

℞. *Pingued.* human. ℥j. | Medull. cervin.
ursi | Oleum lumbr. terrestr.
taxi | laurin. an. ℥ß.
lepor.
*canis*,

Sevi hircin. cer. virgin. Terebinth. lot. an. ℥ij.
Picis navalis ℥j. colophon. ℥ß.
Liquefiant omnia lentô igne, M. cum suprà dictis,
Demum inspergantur seqq. subtilissimè pulverisata.

Eboris usti ℥j. lap. hæmatit. ℥ß.
bol. armen. ℥ij. minij officin. ℥j.
rad. aristol. rot. cortic. granat.
gallar. balaust. an. ℥j.

Coq. ad cerati crassitiem spatulâ semper agitando, & manibus Oleo humectatis. F. Magdaleon S. groß Bruch-Pflaster für alte Leute.

*plures adipis canin. effectus.* §. 13. Refert ex *Alberto Aldrovand. Lib. III. de quadrup. c. 1. p. m. 535. pinguedinem nigri canis*, cum Oleum sambuc. mixt. & in lampade habente ellychnium è *pilis caudæ caninæ* in mediis ædibus accensam, homines circumstantes fœdâ formâ efficere. Fissuris mammarum inuncta mire prodest.

*alii.* §. 14. Unguentum sagarum pro solenni transvectione ad earum sabbatha plerumque fit ex *adipe* felis, *canis* &c. Commendatur etiam *pingued. canin.* contrà *scabiem* ejus. *Phæmo.* in κυνοσόφ. *c. XXXII. p. m. 12. Pinguedo de matrice canis* sumta, & cum pane *cani* data, facit ut alii eum sequantur. Eâdem *pinguedine* calceamenta inuncta *canes* sequentes allicit, si credis *Wecker. L. VI. de secret. c. 9. p. m. 231.* Quî verò *pinguedo canis* in salvolatile sublimeretur, docet *David van der Beck Experim. circ. rer. nat. princ. p. m. 15.* Plura de hac *pinguedine* vid. sis apud *Burnett. in thes. pract. Lib. I. S. 40. subsect. 6. & 11. Tilemann. de mat. medic. p. 156. & Macas. l. c.* passim.



*CAP. XI.*



# CAPUT XI.

## De carne canina.

§. 1.

DE uſu *carnis caninæ* in cibis ſuprà *S. II. Membr. 2. P. 2. c. 5.* bene multa diximus, ad quæ lectorem remitto. Add. ſis *Jonſton. H. N. de quadrup. L. III. p. m. 180. A. Jam.* de uſu Medico. Equidem *cachexiam* è mala victûs ratione in *hydropem* abeuntem non ſemel percuratam fuiſſe à *carne canina*, ſincerè mihi retulit Excell. D. *Ludovici*, *Archiater Saxô-Gothan. Amicus honoratiſſimus.*

*Caro canis in hydrope.*


§. 2. Et haud ita diu *Isnaci* in Thuringia vivere deſiit fæmina, ſuperioribus annis, ob annonæ ſummam caritatem, in *cachexiam* lapſa, *aſſatâ canis carne* feliciter reſtituta. Simile exemplum notavimus in *Borea.*

*& cachexia*

§. 3. Milites ſuperiori bellô inteſtinô extremâ fame ad *Bernburgum* vexati, poſtquam equos tantùm non omnes devorâſſent, ab *anaſarca* & *œdemate pedum* cum mulieribus comeſtâ *caninâ* liberati ſunt, uti plures laudatiſſimo amico, in *Electorali* ad *Albim Acad.* tunc degenti, candidè retulerunt.

*& œdemate pedum,*

§. 4. Vulgo non invidebimus hæc fercula, ſub ſpe ſanitatis, uſurpanda, licèt elegantiora Ars noſtra languentibus ſpondeat remedia. Si verò dira fames alia ſuaſerit, veluti *Pariſienſib. apud Thuan. hiſt. L. XCIX. p. m. 966. Zwinger. Th. V. H. T. I. p. m. 264.* omninò ferendum eſt. Tunc enim longè deteriora apponit neceſſitas, qualia exempla conſignârunt *Sax. Grammat. L. I. p. m. 15. Hamelmann. Chron. Oldenburg. P. I. c. 18. p. m. 59. Th. Europ. T. III. p. 1026. Val. Max. L. VII. c. 6. Nic. Tulp. L. I. 43. Petr. Petrej. hiſt. Muſcovitic. P. 2. p. m. 228.* Imò ipſe Cous *L. de ſuperfœt.* mulierem, quæ concipere appetit, *catellos elixos* eſſe vult.



# CAPUT XII.

## De oſſibus canis.

§. 1.

OSſa canis ad *philtra* valere, ait *Chabot. in Horat. epod. 5. & Bond. in eund. loc.* Sed quis *philtris* naturaliter conciliabit amorem? Vid. ſis *Sennert. L. I. prax. P. 2. c. 10. p. m. 358. & L. II. Inſt. Med. P. III. S. 2. c. 4. p. m. 422. Mercurial. apud Craton. L. II. epiſt. p. m. 262. Freitag. noct.*

*an oſſa canis ad philtra?*


*med. c. 74. p. m. 322. Mœb. Inst. Med. L. II. P. 2. c. XI. p. m. 251. Rod. à Castro L. IV. Med. Polit. c. 2. J. Matth. qu. 32. Riolan. L. II. de abdit. c. 19. Elwert. in disp. inaugur.*

*ossa canis in hydrope.* §. 2. Circumforaneus verò *sicca canum ossa* in vino hydropicis propinabat, nec sine successû, ut fide digni retulêre. Equidem *Formius*, Chirurg. *Monspeliens.* in observat. *Riverio* communicat. num. 5. vidit mulierem pauperculam & *hydropicam*, cui vetula suaserat, ut *cujuslibet animalis ossa* sub dio *exiccata* sumeret ad ℥j. per integrum mensem cum vin. alb. succo petroselin. misst. & convaluit.

*Succus petroselin. extr.* §. 3. Succus ita extrahitur. ℞. fol. petroselin. Mj. involv. linteo, coq. sub cinerib. calid. deinde contund. in mort. sensim affund. s. q. vin. alb. expr. succ. & vinum ad cyathi quantit. inque eo ossa pulverisat. dis-

*catelli Metallurgici.* solv. Sum. mane per mens. Ex *ossibus caninis* & cinerib. Chymici & Metallurgi *catellos suos* faciunt, fortissimum ignem sustinentes.

*wo der Hund begraben liege?* §. 4. *Norimbergæ* in curia, ubi aditus patet ex Senaculo ad atrium hypocausti Rerum provincialium, *officulum* quoddam, ut ajunt, *caninum*, catenulâ alligatum, intra lapidum fissuras ex alto propendet, cum ipsissima *canis* figura, lapidis exteriori faciei spithamæ longitudine insculpta, à plebejis antiquissimis curiæ characteristicis signis annumeratum, hac addita explicatione vana: Hier liege der Hund begraben. Ex communicatione *Hermetis* nostri.



# CAPUT XIII.

## De Lacte canino.

§. 1.

*lac priscis gratum.* Gratissimum priscis *lac*, quod de *Suevis Cæsar L. IV. de bell. Gallic. de Britannis L. V. de Germanis L. VI.* unà cùm *Tacit. de vet. German. c. 23. de Scythis Justin. L. II. c. 2. de Nomadibus Solin. c. 33.* de aliis alii nar-

*rejicitur.* rant. *Vid. Schock. tr. de butyro c. 4. Helmontius* tamen *tr. de infant. nutrit. ad vit. long. p. m. 622.* omnem *lactis usum* in ipsa infantia aversatur. Ut alimentum ordinarium ad vivendum quidem permittit, non autem ut vitæ longæ inserviat. Fateor: posset infans tenui & delicato quovis liquore ali *sine lacte*, consentiente *Courvæo de nutrit. fœt. in uter. P. I. c. 3. p. m. 6.* nec ineptæ sunt *Helmontii* rationes, legi tamen meretur judiciosa dissert. Curiosi *Garmanni de nutrit. infant. Lips. habit. an. 1667.*

*error Nierenberg.* §. 2. Nunquàm verò subscribimus *Nierenberg. L. VII. c. 22.* dicenti: *lac caninum infantibus magnum esse tutamen, tùm maximè, si ab infante canis ipsa*

*ipsa sugatur.* *Cynamulgos* quidem, Indiæ populos, (de quibus *S. I. c. 1, § 4.*) *canes* mulgere & lacte eorum vesci, ex *Gesner. refert Mœbius L. IV. Inst. Med. P. 2. c. 4. p. m. 491.* at hoc quid ad nos? Quid *lac* valeat in formandis moribus ex historia *Justin. L. XLIV. c. 4.* discere poteris. Conf. *Borell. C. II. obs. 20.* *cynamulgi.*

§. 3. An verò *Æsculapius lacte canino* nutritus sit, dubium est, licèt id asserant *Nat. Com. L. IV. Mythol. c. 11. Zuving. Th. V. H. T. IV. p. m. 3666. Aldrov. L. III. de quadrup. c. 1. p. m. 525.* Tradunt enim, *Phlegiam*, Regem Lapitharum in Thessalia, Coronidis, quæ mater *Æsculapii*, Patrem, Peloponnesum ingressum, filiam gravidam ex Apolline, quòd tamen is non senserat, secum adduxisse: cùmque in *Epidauri* montem pervenisset, illam in finibus ejusdem puerum enixam, quem avus proposuit in monte, qui ab eventu postea *Titthias* i. e. *papilla* vocabatur. Ibi enim *capra* lac infanti præbuisse, & sic papillis *capræ* infans nutritus esse dicitur. Capram hanc *canis* à grege, cujus custos erat, discedens observabat, eique se comitem jungebat, hinc rumor: ipsum *lacte caninô* esse nutritum. *Pausan. in Corinthiac. L. II. Tarquit. de Vir. illustrib.* Sed cui bono *lac caninum* in Arte saluberrima? *an Æsculapius lacte caninô nutritus?*

§. 4. Mulier *difficilè pariens*, aut in utero *fœtum mortuum* retinens, si de *lacte catulæ* modico mellis & vini æqualiter sumat, facilè sentiet partum *Boosch. L. II. c. 30. p. m. 255.* Empiricus, notante Amico meo *Achille*, in *δυςοκία* summo cum successu exhibuit cum *aq. puleg. pulv. ex lacte canin. coagulat. & in charta in loco calid. siccat. cum croc. orient. & cinam. momento.* Hunc pulverem pro summo arcano venditabat, cumque, ut dixi, felicissimè parturientibus propinabat. Cùm *canis* sit animal facilè pariens, atque unô partû plures *catulos* sine magnâ difficultate enitatur, probabile est, ipsius lacti vim aliquam fœtum pellendi inesse. Consentit *Dioscor. Nierenberg. Lib. VII. H. N. cap. 63. p. m. 127. B.* qui lac *primi partûs canis* capillorum ortum amputare scribit. Commendatur quoque contrà *dolorem* & *gravitatem aurium*, *nigredinem* & *scabritiem linguæ* tepidum, *Boosch. l. a. Joël. L. II. Prax. S. VII. c. 7. p. m. 256.* contrà *albuginem* & *inflammationem oculorum*. Hinc *Q. Seren. Sammonic.* *lac canis in δυςοκία.* *contra sic-xuritem pilorum. dolor. aurium. scabritiem lingua. inflammationem oculor.*

*Si genus est morbi, miserum quod lumen adurit,*
hic *calor infusô mitescit* lacte caninô.



CAP. XIV.



# CAPUT. XIV.

## De sanguine canis.

§. 1.

*sanguis canis contrà toxica.*

SAnguinem *caninum* cum successu bibi ajunt contrà *morsum rabiosæ bestiæ* ac toxicum. *Plin. Lib. XXIV. cap. 4. Wecker. synt. utr. Medicin. Lib. I. Part. III p.m. 232.* Ego ut omnem bestiarum, ita *canini* sanguinis esum usumque omninò aversor. Damnat eundem Deus, *Gen.* IX. 4. *Lev.* III. 17. XVII. 10. XIX. 26. *Deut.* XII. 16. *Conf. dissert. Bartholin. de sanguin. vetit*, & vid. sîs hist. *de felis* sanguine improvidè hausto valdè memorabiles apud *Schenck. Lib. VII.* [illegible] 79. & *Salmuth. C. I. obs. 47.* Certè κυνανθρωπίαν phantasticam ex *sanguine canino*, inprimis arterioso, calidè hausto oriri, certum est. Pulchra *Sennerti ratio L. II. Inst. Med. P. 3. S. 2. c. 4. p. 424.*

*sanguis hominis in curatione epileptica damnatur.*

§. 2. Quorsum igitur *sanguinis hominis* in curanda *epilepsia?* quod *diaboli cum inventum* ( ut *Jonstan. Thaum. nat. Cl. X. cap. 3. a. 3.* prudenter vocat,) toto animô execramur cum *Sennert. Lib. I. pr. P. 2. c. 31. qu. 15. Tulp. Lib. IV. obs. 4. Libav. disp. de lachrym. cruent.* cumque aliis Christianis Medicis, (Vid. *Bonett. Lib. I. Medicin. Septentr. S. XIV. c. 33.*) quicquid etiam in contrarium adducant sanguisugæ. Quid autem de *sanguine canino in Chirurgia transfusoria* censendum? verbo: est res nullius pretii.

*sanguis caninus, in peste.*

§. 3. ℞. *sanguin. canis,*
hirci, cum grumis nigri panis,
add. pauxill. acet. & sacchar. coq. & cum pulv. scord. rad. tormentill. alth. symphit. maj. & melle q. s. sine cera in lene empl. subige, utere contra pestem. *Jacob. Weizius, Archiat. Gothan. Amicus Curios. in sua de peste meditat. c. fin.*

*historia.*

Quas præstigias Diabolus in cœnobio quodam, *sanguine caninô*, pro ipsius Redemptoris sanguine adorato, callidè exercuerit, cum publica fama testabitur *Deusing. in fascic. dissert. select. p.m. 127.*



CAP. XV.

# CAPUT. XV.
## De Urina canis.

§. I.

Bonus lucri odor ex re qualibet, ait apud *Sveton. Vespasianus* Imperator. *Canes* enim ante regimen *Anastasii* quoq; erant *tributarij. Zeiler.* C. *III. epist. p. 357.* Nos equidem cum lotio - Physicis (quos Freitag. *Noct. Med. c. 14. p. m. 59. Lang. L. II. epist. 23. Fuchs. L. IV. Inst. Med. S. III. c. 1. Forest. L. de incert. urin. judicio* justè castigant,) nunquam ex urina captavimus lucellum. Ridiculum enim & insulsum plane est ex lotii intuitu de morborum indole aut ægrotantium statu & conditione, haruspicum more, quicquam certi ac solidi velle divinare. Exosculor itaque prudentissimum *Londinensium* Medicorum decretum à *Primeros. L. II. de error. vulg. c. 5.* consignatum, omnesq; istos speculatores urinæ procul ire jubeo. Similes omninò sunt *morioni isti Aquisgranensi* apud *Freitag. l. c. p. m. 59.* *lotio-Physici castigantur.*

§. 2. Interea pretium suum ponimus *urinæ*, Vilissimo enim huic latici vitam & salutem non uno nomine debemus. *Vid. Beckeri Med. Microcosm. c. 9. Mizald. C. I. §. 12.* memorab. & alios. Auribus instillata *gravi auditui* subvenit, teste *Verzascha C. I. obs. med. 91.* Ad *dentium corrosionem* & *cariem* quidam commendant hoc: *canis in gravi auditu,*

℞. *Urin. catuli*, thuris, dentis canin. an. q. s. Redig. in pulv. M. cum urin. & impon. denti eximendo. *Sennert. L. II. Prax. P. I. c. 10. p. m. 27.* *ad dentium corrosionem*

*Urina canis pastoralis* feminæ acrochordones seu *verrucas* solô illitû, (at sæpe iteratô, tollit certissimè, quod euporiston minimè temnendum Ersordiæ in nobili aliqua Virgine probatum, teste *Achille nostro Curioso.* Commendatur etiam ad *ulcera capitis manantia* & *furfures*, *nomas genitalium* cohibet, *phocasq;* abstergit. *Wecker. Syntagm. Utr. Medic. L. I. P. III. p. m. 234.* Additô *nitro lepram & pruriginem* tollere, ait ex Dioscorid. *Nierenb. L. VII. H. N. c. 63.* *& verrucas, & ulcera capitis, & pruriginem.*

§. 3. At nugæ, quas *Plin. L. XXIX. c. 5.* vendit inquiens: *si quis in canis urinam suam egesserit, eum torporem in lumbis sentire.* Plura vid. sîs apud *J. David. Ruland. in Pharmacop. Stercorar. & Urinaria.* *Somnium Plinii.*

§. 4. Singulare & omninò curiosum est, quod *Spielenberg.* de Comitissa Hungarica, summâ *catellorum* fautrice & nutrice, nimirum quæ, post diuturnam dysuriam, quotidie animadvertit cum urina sua veros,



& ex-

& examine vario probatos, pilos longitudine medii digiti exire, colore inter se distinctos, albos nempe flavos & ruffos, adeoque eos omninò referentes, quibus aliquot ejus *caniculi* versicolores amicti erant. A qua trichiasi quidem liberata, sed, cùm *canes* non dimitteret, locô pilorum multos quotidiè flocculos perquàm subtiles, quantitate seminis milii, nubeculæ distinctæ Vicem præstantes, prædicto vero ipsorum colore æquè inter se variegatos, minxit. *Excell. D. D. Bonet. L. III. Med. Septentr. S. 29. c. 6.*



# CAPUT XVI.

## De stercore canis.

§. 1.

*Natura benignitas.* ADeò benigna & æqua est Natura, ut etiam abjectissimas sordes ad magnos servet usus. Nos tamen orientem adoramus Solem, &, nisi ab extremis Indis cuncta sint petita, nostræ sordent dementiæ. At quousq; deliramus? domi est, quod quærimus. In nostris sylvis, agris, pratis, hortis, stabulis parturit benevola Natura, quicquid ad tuendam & restaurandam flagitamus sanitatẽ. Nec cogites velim Lector,

- - - - - - *quòd stercore fœda canino*
*atria displiceant oculis venientis amici. Juven. Sat. 14.*

*usus stercoris anserini.* §. 2. Næ obstructum *hepar* lienemq; ex voto recludit *stercus anserinum* ob pastum *rad. gramin.* & insignem dissolvendi vim, quæ in isto stercore propter caloris excessum, deprehenditur. *Petraeus Nosolog. dissert. harmon. XXXIII. T. II. p. m. 192. Pavoninum* inveteratam curat *vertiginem*, *Hartmann. Prax. Chym. c. 18. §. 2.* In *epilepsia* quoq; mirè efficax. *Borell. C. III. obs. 15.* *pavonini,* præsertim *album pavoninis excrementis* derasum, & in decocto *millefolii* propinatum, Herculeum morbum, ab *immoderata Venere* ortum, validè domat, exemplô Illustris Neogami apud *Henr. ab Heer obs. oppid. rar. n. 18. p. m. 232.* *bubuli* *Bubulum* M. Maj. collectum miram præbet aquam contra *calculum*, *F. Hofmann. Lib. I. M. M. c. 12. p. 190. hydropicis* & ad curanda *ulcera cancrosa* eandem commendat *Quercet. Med. Spagyr. c. 6. p. m. 134.* De stercoris *suilli vi antifebrili* lepidam narrat historiam D. *Cummen. ann. III. Eph. Cur. Germ. obs. 120.* de summa ejus potentia in sistenda *hæmorrhagia Müller in Myster. Med. Chym. p. 73.* *suilli.* Rusticus Antverpianus in myropolium aliquando divertens *animi deliquium* patiebatur, cum vitæ periculo, sed *equini.* *fimô equinô* naribus admodô servatus est. *Lemn. L. II. O. N. c. 2. Conf. Sal-*

mut. C. III. obs. 71. & Mizald. C. I. Memorab. h. 42. *Asininium* in ictero sa- *asinini.*
nanda efficacissimum, *Kircher. de Magnet. L. III. P. VII. c. 6. p. m. 720.* &
sistenda *hæmorrhagia*, *Schonborn. Manual. Med. pract. p. m. 219.* *Cervinum* *cervini.*
secretum est ad *hydropem*, *Plin. L. XXVIII. c. 17. Conf. Matthiol. in Dioscor. L. II. c. 73. p. 309. seqq.* *Lupinum in colico dolore* miraculi instar. *Zacut.* *lupini.*
*Lusit. L. II. M. P. H. 96.* Plura congessit *Castor noster II. D. Albrecht. Phys. Hildesiens. in Dec. II. Miscell. Cur. Germ. ann. I. obs. 81. Poterius in Pharmac. Spagir. p. m. 66. J. Dav. Ruland. in pharmac. stercorar. Achilles* noster de *card. bened. p. m. 114. & Dryander in Manud. ad mat. med. p. m. 183.* De *humani* stercoris usu *humani.*
in re medica latè *Becker. L. I. Med. Microcosm. c. 10. p. m. 62. seqq.* præsertim in *cancro ulcerato*, *Hippocrat. noster*, *D. Giseler*, *Phys. Brunsvic. Amicus olim optimus*, *ann. II. Eph. Cur. German. obs. 148. in peste*, *River. observ. communic. 18. & aliis venenis. Zac. Lusitan. L. III. obs. 89.* Nos de stercore *canino.*

§. 3. Pharmacopœi *album græcum* vocant, ad differentiam *nigri*, quod *canini.*
est muscerda. Risum movent cordato *Hoffmanno in Paralip. Offic. c. 41. p. 661.* nominant etiam *flores Melampi*, at nos simpliciter *stercus*, idque in *angina pituitosa* jure prædicamus. Imò vix est præstantius pharmacum *usus ejus in*
vel in *angina*, vel in *magna tonsillarum inflammatione*, aut *iis*, quibus ex *glan-* *angina.*
*dularum affectionibus suffocationis periculum* imminet. Accipe igitur, resicca, tritumq; modicè cribra & serva ad usum, melle dilutum, idq; parti affectæ ilitum. *Zac. Lusitan. M. P. H. L. I. obs. 82. Epiphan. Ferdinand. in obs. p. 345.* Nobilis quidam *diuturnâ gutturis inflammatione* laborans, à nemine, etiam *selectissimis remediis*, restitui poterat, tandem à *Scholiast. Forest. L. XV. obs. 10.* dato eclegmate ex *stercor. canin.* sacch. penid. & syr. viol. ac diamor. pulv. ireos ℈ß. injectô, ad refrenandum odorem, ex voto convaluit. Ipsemet ego in molesta hac inflammatione, quæ ἀφωνίαν ex potu subsequebatur (*vid. ann. III. Miscell. Cur. Germ. obs. 60.*) sordidi hujus excrementi virtutem sensi eximiam. Rectè igitur *Mynsicht. in Armament. Med. Chym. Sect. XXXVII. p. m. 520.* cataplasmati suo contrà *anginam* immiscuit, ut & *Plater. L. II. observ. p. m. 385.* cum *Sennert. L. II. prax. P. I. c. 24 p. 116. Grüling. Med. Pr. L. II. P. I. c. 1. p. 155.* gargarismus in hac affectu sequens.

℞. Lact. Vaccin. recens mulcti ℥xii.
*alb. græc. præp.* ʒiij.
virid. æris ʒß.
Mell. ros. colat. ℥ij. f. gargarism.

Etiam in tussi pituitosa insigniter prodest, uti experientia me docuit. *in tussi pituitosa.*

§. 4. Per clysterem infusum *colicos dolores* compescit. *Smet. Lib. II.* *in colica.*
*Miscell. Med. c. 45. p. m. 113. Sennert. Lib. III. Med. Pr. P. II. S. 2. c. 2. p. 276.* talem præscribit.

℞. Rad. alth. ℥ß.
H. parietar. mercurial. viol. fl. chamom. an. Mj.
Sem. lini fœn. gr. an. ʒij.
caric. pingu. n. iij. Coq. l. a. Col. ℞. ℥x.
admisc. elect. diacathol. ℥j.
hier. f. ʒij.
Mell. rof. fol. ℥ij.
Oleum viol. ℥iij.
*stercor. canin. alb.* ʒij. M. f. clyst.

*ulceribus malignis & ozænæ & ulceribus narium.* §. 5. Medetur etiam *malignis ulceribus* (inspersum) *apostemata* rumpit, *exulcerationes* abstergit, durosq; *tumores* emollit. *Cl. Sennert. L. I. Prax. P. III. Sect. 4. c. 1.* efficacem commendat aquam, quæ non solùm in *ozænis*, sed omnibus *narium* ac *oris fœtidis ulceribus* maximè utilis:

℞. Mell. rosacei ℥ij. Sulphur. vivi, alum. crud. an. ℥j. *alb. græci*, Summit. sabin. an. ℥ß. spongiar. sambuc. ʒj. fol. hyperic. rut. rorismar. plantag. salv. pulegii an. Mß. coq. omnia in vin. & aqu. ℔ij. ad consumtionem digiti transversi, sub fin. add.
ærugin. æris ℥j.

& relinqu. donec refrixerint, postea col. S. usui. Cujus tempore in cochleari calefiant, & penicillo aqua madida locus exulceratus illinatur, vel lana mollis, aut linteum eâ madidum, naribus immittatur. Vid. etiam Guil. Fabricius C. II. obs. 23. Lactè caprino haustum (in quo prius igniti calculi fuerunt extincti, aut ignitum ferrum, quod Græci *στόμωμα* vocant,) *dysenteriam* curat, quin & *periodicas circulares ve febres* depellit, si cochlearis mensura in accessu ex vino præbeatur bibendum, Insciô ægrotô. *Matthiol.* quod historiâ recentissimâ sanctè attestari possum. *in Diosc. L. II. c. 72. p. 310. Massar. L. III. Prax. c. 22. p. m. 465. Epilepticis* datur ab *Aldrovando lib. sæpiss. cit. p. 531. & Petræo diss. harmon. VI. p. m. 112. in hæmorrhagia. Idem diss. XII. p. m. 232.*

*dysenteria, febribus, epilepsia, hæmorrhagia.*

*tumore,* §. 6. Habeo agnatum (est observatio prænominati *Israël Schmid. ex MS.* ejus) qui sub brachio olim dextro sensit *tumorem* valde magnum gravissimos excitantem dolores. Conjux ejus propinat albiss. pulv. in aq. card. ben. Crevit tumor jamjam ruptionem minaturus. Parochus istius loci svadet empl. ex cepis contus. addit. Sal. culin. ficu ac *sterc. canin.* Quô impositô brevi post ruptus tumor multum pus evomuit, & in hoc quàm plurimos vermiculos. *Conf. Plater. L. III. obs. p. 656.* Ingreditur etiam potionem vulnerariam decantatissimam *Lipsia Schleinitziorum.* *vulneribus.*

*quale stercus optimum,* §. 7. Non immeritò autem *stercus album* ex *albo cane* (inprimis qui *ossibus* duntaxat vescitur,) *Maj. mense* collectum, vel cùm *canicula* ascendit,

dit, præfertur, quia hujusmodi *canes* melioris ſunt conſtitutionis, & in *albo* ſtercore *ſal abſtergens, diſcutiens, aperiens, reſolvens volatile* continetur, quod in diebus *canicularibus*, cùm *canum* natura exaltatur, penetrantius & ſubtilius evadit. *Vid. ſis latius P. Ægnet. L. III. c. 27. Aetium Tetr. ſerm. 4. c. 47. Avicenn. IX. 3. c. 11. Dioſcor. L. II. c. 73. Matthiol. Comm. in h. l. Plin. L. XXX. c. 8. Gesner. L. I. de quadrup. c. de can. Paſchal. L. I. de cur. morb. c. 24.* & alios. Cur autem *ſtercus canis* per quatuor horti vel agri angulos terræ infoſſum *erucas, papiliones* & *pulices*, ut vulgò putant, *terreſtres*, aliaq; inſecta abigat, indagine dignum foret, niſi mihi videretur, hoc non ſine ſuperſtitione paſſim ab hortulanis fieri. *an inſecta abigat?*

## CAPUT XVII.

### De vomitu canis.

§. 1.

Falsò credidit *Plin. L. XI. c. 37. ſolos canes* inter bruta *vomere*. Frequentiùs vomunt (cauſam dat *Mercurial. L. VI. V. L. c. 18.*) at non ſoli. *Plinii error.* Ægri, aut lumbricis infeſtati, tritici herbâ devoratâ vomitum ſibi ciunt. *Ariſt. L. IX. H. A. c. 6.* Et ſic homines primò uſum *vomitoriorum* & *purgantium* edocuiſſe, *tradit. Ælian. L. V. c. 46. Canibus*, ait, *herbam Natura oſtendit, quâ ſuis vulneribus medeantur. Idem ſi lumbricis vexentur, ſegetem herbeſcentem depaſti eos excernunt. Cum autem alterutrum ventrem exhaurire habent neceſſe dicuntur herbam quandam comedere, cujus vi partim evomendo partim dejiciendo alvo, quicquid in iis redundat, ejiciunt. Unde Ægyptios & Syrmaiſmum, quô utrumq; ventrem expurgant, didiciſſe ferunt.* *canes vomitoria monſtrârunt.*

§. 2. Quî autem fiat *vomitus*, cum *Cl. Rudbecio obſ. anat.* 20. ita notavimus in *cane* vivo aperto. Primò *Pylorus* ſe contrahit, mox *ſyſtole* totius ventriculi ab orificio inferiori ad ſuperius ſequitur, & tandem *Oeſophagus* materiam effundit. *Vomitus quî fiat?*

§. 3. Quid vero *vomitus* in Medicina? *Booſch. l. a. & Jonſton. L. III. Hiſt. animal. quadr. lit. 3. c. 1. p. 177.* ventri illitum ad educendam *hydropicorum* aquam commendat. Mendicus mihi nuper narravit, ſe in *eriſypelate* feliciter uſurpâſſe *canis* ſui vomitum, exq; eo laudabile ſenſiſſe levamen. An vera dixerit, neſcio. *Vomitus canis in hydrope. in eriſypelate.*



# CAPUT XVIII.

## De catellis.

§. 1.

*in apoplexia.* Contra *apoplexiam* hoc extat empiricum apud *Francisc. Hildesheim. in spicileg. de morb. capit. p. m. 539.*

℞. *Canem nigrum lactantem*, pulverisatumq; in aq. pulegii propina. Veteranus Venator de *catello masculo nivei coloris* idem asserit.

*in epilepsia.* §. 2. In *epilepsia.*

*D. Kolbij specificum.* ℞. *Catell. recens natum* pro sexûs differentia, (est tamen superstitio) exime *fel*, uno vel altero dieante novilunium, perfora officulô seu lignô, impone Acet. destillat. digere in loc. calid. per unum alterumvè diem, abstrahe Acetum destillatum ad remanentiam aquositatis fellis. Dos. gut. iij. vel iiij. in Ignis vel sp. lil. convall. Sunt, qui pulv. *catelli* adhuc *lactantis* præbent cum aqua puleg. *Fr. Hildesheim l. c. p. 669.* Vel da *fel catuli lactantis* strangulati cum liquore convenienti. Ita Ducis *Buckengami* filiolus est sanatus. *Fr. Hoffmann. L. I. M. M. c. 19. p. 292. Lac. River. L. I. c. 6. prax. p. m. 33. Hildesheim. Spicileg. VII. p. 609.* Equidem Cl. D. *Ludovici*, *Archiat. Gothan.* Fautorem meum singularem, hoc experimentum plus *vice simplici* destituit, etiam in affectû *consensuali*. *Forsan*, ait in liter. ad me datis, *aliquando acorem p. n. vellicantem in stomacho pusionum correxit, aut suscitativum saltem fuit. Conf. ejus dissert. I. de pharm. mod. secur. applic. p. m. 515.* Addo binas observ. *Nestoris nostri II.* Amici colendi, in *Medic. Septentrion.* à Celeberr. *Boneto* nuper repetitas *L. I. Sect. 14. c. 35.* Puellula VII. annorum *XV. paroxysmis epilepticis* An. 1672. correpta, ad quam vocatus statim dedit ipsi aq. suam picarum sæpius expertam, post pulv. epilept. cum ap. Langii, sed frustrà: imò multa, quæ ab aliis pro infallibilibus euporistis habentur, sine omni successu data sunt. Placuit tandē efficaciā *fellis canini* experiri, cujus adhuc *calentis gut. v.* cum *aq. epilept. Lang.* puellæ dedit, *paroxysmô statim remittente.* Dosis sæpius reiterata, ægraq; feliciter restituta. Die octavô Mart. ejusd. anni Idem vocatus ad puerum XV. annor. Primò in nares inspiratus pulv. ptarmicus. Secuta sternutatio, sicque morbus solutus. Postea enema injectum, &, ne recidivam pateretur, *fel canis nigri* dedit in aq. sua antapoplect. ter quaterq; reiteratâ dosi ista, *amplius nihil tale passus est.* Venator ille apud *Hildesheim. in spicil. . u. p. 609.* substituit *felem*; at malè. Cujuscunq; verò coloris canis sit, perinde est, nec sexûs habenda est ratio. *Conf. T. III. Act. Med. Hafn. obs. 21.*

§. 3. Catu-

§. 3. *Catulus* per dorsum incisus, veluti porcus, abjectis interioribus, relictô tamen corde, hepate & pulmone, & ita capiti impositus, contra *phrenitidem* commendatur à *Vincent. L. XIX. Spec. Nat. c. 17. River. in prax. p. 52.* *in phrenitide.*

§. 4. *Unguentum catulinum Leonelli Faventini in Med. pract. c. VII. p. m. 63. in paralysi* tale. *in paralysi.*

℞. *Catellos ruffos*, eviscera & elixa in Aq. sufficient. usque ad ex ossation. ita ut in superficie ossa prorsus denudata sint. Collige liquor. cumq; eo inungantur nucha & artus resoluti.

§. 5. *Oleo catellor.* usus est *River. in convulsione C. I. obs. 52.* Ita autem componitur à Medicis *Londinensibus.* *in convulsione.*

℞. Oleum olivar. ℔iiij.
*Catell. nuper natos* n. ij.
Verm. terrestr. (lumbr.) vin. alb. ablut. ℔j.

Coctis *catellis* ad ossium compaginis dissolutionem, injiciantur vermes, & paulò post exprim. Deinde cum terebinth. cypr. ℥iij. Sp. vin. ℥j. perficiatur oleum s. a. Vid. *Pharmacop. Londin. p. m. 259.* Aliud *ruffi canis* Oleum pete ex *Alex. Pedemont. L. I. de secret. p. m. 38. River. C. I. obs. 52.* linimentum tale.

℞. *Oleum catellor.*
lumbric. terrestr. an. ℥ij.
amygd. dulc. ℥iij. M.

Ipse ego in hoc affectu *catulis* cum herbis nervinis in aq. coct. feliciter usus sum.

§. 6. In *spasmo* Egregium unguentum ex *Paræo* commendat *fabric. Hildan. c. 24. tr. de gangrana*, oleô *catellorum* auctum: secretum prodidit *Birlingius* noster, Amicus & Collega Curiosus, in *append. Adversar. Curios. p. m. 173. A.* quod ipsius verbis recitabimus. *& spasmo.*

Nimm eine fette Ganß / exenterire sie / und nimm das Fett von den Därmen ab / hernach nimm 2. kleine junge Hündlein / exenterire sie auch, rursus à visceribus separando pinguedinem, fülle die Gans damit an / und nehe sie zu / daß aber das abgeschnittene Fett vom Hunde und Gans erst hinein gethan sey / abiectis visceribus brate sie / exstillantem pinguedinem excipe acet. rutaceo, in vase sub ansere collocato, inunge locum spasmo tentatum Miraberis. Sisto me testem, utpote quô faustè usus sum in puella paralytica. *Balsam. è catulis* composit. fit ita:

℞. *Catul. integr. in vin. alb.* suffocat. coq. cum herb. nervin. Oleis & resin. in balsam.

Qui

Qui *contracta membra* sanat, *ischiadicos & arthriticos* dolores compescit. *Schröd. L. V. pharm. Med. Chymic. Class. 1. p. 275. A. Bruel. prax. med. p. m. 22. Salom. Alberti, Prof. olim Wittenb. in Prælect. MS. in IX. libr. Rhazæ c. X.* commendat hoc balneum.

℞. Catul. vulp. n. 1. ij. aut iij. vel *catul. canin.* totidem, & viscerib. exemt. coq. in aq. suff. & quart. part. succi aneth. injice hed. terrest. & beton. an. Mj. simul ebulliant, donec caro ab ossib. separetur, f. balneum. Pinguedo supernatans ex decoct. refrigerat. collig. eâq; tota membra perungantur.

*in rabie.* §. 7. *Catuli recens nati coagulum* ex aq. potum contra hydrophobiam commendat *Hoffmann. Lib. I. M. M. c. 19. p. 292. Andr. Furnerius ex catulis*

*in pilorum luxuria.* aquam destillat, quam in *cohibendo pilorum augmento* mirificè prædicat.

*in tabe.* §. 8. Cl. *Dornavij* conjux planè tabidum filium lavit in decocto *trium catulorum*, qui feliciter restitutus est. *T. III. Eph. Cur. Germ. obs. 328.* Similia Vidimus exempla.

*in cancro.* §. 9. Pulv. cancror. in cancro *J. Dominic. Sala* & *Bened. Sylvatico* cum fructu adhibuerunt in *Aqua latrabili Bartoletti* dilutum, & peciis intinctis carcinomati applicatum. Ita autem paratur:

℞. *Catellos adhuc lactant.* pone vivos in B. exque iis destill. Aqua, ad mediam tantùm eorum consumtionem, post extrahe: ebulliant in s. q. virg. aur. adjiciendo superiorem aq. destillat. & tamdiu bulliant, quousq; caro separetur ab ossibus. Tandem omnia simul destill. in MB. & f. ad usum.

Vid. *Sachsii nostri Gammarol. p. m. 803.*

Caput *catelli* unius mensis in clibano siccat. & in pulv. redact. *cancro ulcerato* inspersum eundem curare prodidit empiricus apud *Velsch. C. III. Mictomimem. obs. 32.*

*in dolore intestinorum. & præcordiorum.* §. 10. *Catulus* coctus, sed ante nonum diem occisus, & comestus; *intestinorum dolores curat in æternum*, est hyperbole *Vincent. Lib. XIX. Spec. Nat. c. 17. Lactans catulus* dolentibus *præcordiis* applicatus adfert dolorem. *Id. l. c. Lienem catulorum* nondum videntium *spleneticis* commendat *Bosch. L. II. c. 30. p. m. 254.*

*in Urina incontinentia.* §. 11. Sæpius puerperis à partu accidit *urinæ incontinentia*, quam Cl. *Sennert. L. IV. Prax. P. 2. S. c. 9. p. m. 466.* curat balneô, in quo fol. beton. salv. laur. rorismar. puleg. origan. fl. stoech. arab. cocta sunt; à balneo verò pubem inungi jubet seq. unguento:

℞. *Catellos pingues*, *qui in Oleum lumbric.* lil. alb. & vulpin. ad carnis ab ossibus separationem coquantur, adde

Thuris;

Thuris, ftyr. calamit. benzoes, opopanac. macis an. ℥j.
Olei nuc. moſch. expr. ʒß. pingued. anſerin. Cer. an. q. s.
f. l. a. Unguent.

§. 12. Ex *catellis* quinque vel ſex dies natis, calore & ſpiritu nativo uberrimè adhuc præditis, deſtillando præſtantiſſima elicitur Aqua, inſipida, nec odore vel ſapore ingrato imbuta, ad inſtar aq. font. quæ quantis virtutibus excellat, ex eo liquet, quòd ſi membris dolore atrociſſimô podagrico obſeſſis pennâ ſaltim illinatur, vel linteolô in eâ madefactô parti dolenti applicetur, ſine ligatura, in inſtanti ferè præſentiſſimum percipietur levamen, doloribus evaneſcentibus. Præterea hæc Aqua internè exhibita in epilepſia, tùm infantum, tùm adultorum, virtutibus non exiguis pollet, mitigando & compeſcendo furentem archeum. Hinc & plurimis affectibus aliis atrocibus, hyſtericis præſertim, proficua eſt, hac tamen lege ne alienis & heterogeneis rebus permiſta, ſed ſolâ, nullâ re additâ peregrinâ, exhibeatur. Porro & hoc notatu dignum eſt, quòd cùm hæc Aqua ſpiritum vivificum & conſequenter ſummè volatilem contineat, ea ad longum & diuturnum tempus viribus ſalvis aſſervari nequeat, utut arctè & ſtudioſè Vitrum, quô aſſervatur, obturetur, ſed ut protinus ac deſtillata eſt, (quò citiùs eò meliùs) affectui, ſeu interno ſeu externo, adaptetur, neceſſum eſt, cùm ultrà duas vel ad ſummum tres ſeptimanas vires non retineat. Scias autem, mi Lector, *integros vivosque catellos* alembico vitreo immittendos eſſe, & ſic, applicatô capitellô, receptaculôque vitreô præpoſitô, & juncturis undiquè luto benè clauſis, ſubitò & derepente in MB. inſtituatur deſtillatio, continueturque donec omnis humiditas prolecta ſit, quæ ſtudioſè in vitro anguſti orificii cerâ & veſicâ optimè clauſo ſervanda eſt, vel protinus in uſum trahenda; quod ſecretum candidè revelavit *Zvvölfer. in append. ad animadverſ. pharm. Auguſt. p. m. 49.* Sequens unguentum in *arthritide* à *cauſa frigida* multum prodeſſe, teſtatur *Paræus L. XVII. Chirurg. c. 15.*

*in arthritide, affectu hyſterico &c.*

℞. *Catellor. junior.* rejectis pellib. capitib. pedib. & inteſtin. n. ij. includ. illos anſeri pinguior. & add.
ranar. vivar n. x.
viperar. in fruſta conciſ. ſine exuviis n. iiij.
Theriac. Mithridat. an. ℥ß.
fol. ſalv. anth. rut. thym. an. Mß.
bacc. laur. Junip. conquaſſat. an. ℥ß.
nuc. moſch. zinzib. piper. charyoph. an. contuſ. ℥j.

*unguentum nobile.*

Hæc omnia anseri include, & pingued inter assandum destillantem collige, posteaque cum s. q. ceræ, terebinth. Venet. & parum Aq. vitæ f. unguent. Aliud vid. in *Medicin. experiment. Digbaeana P. II. p. m. 9. edit. Francof.*

*in vulnerib. ex machin. bellic.* §. 13. Unguentum ad *vulnera ex machinis bellicis contracta* parat *Weckerus in antidot.* ex *duobus catellis* recens natis, ℔iv. Oleum vid. & ℔j. verm. terrestr. Aliud dabit *Barbette P. II. Chir. L. II. c. 9.*

*contra veneficia.* §. 14. Contra *veneficia* & *incantationes* hoc habet unguent. *Nicol. Casp. Elvvert. in disp. inaugur. de philtris habit. Heydelberg. an. 1673.*

℞. Sulphur, galban. asæ fœtid. aristol. hyperic. rut. an. ℥iij. f. l. a. suffumigium. Tunc

℞. adianthi suo tempore collect. ℥ß.
medull. oss. equin. &
*catulor. adhuc lactant.* an. ℥ß.
sangu. hirci,
talp. ad ℥iij.
butyr. è lact. equin. ℥ß.
visci colurni ℥ij.

Contus. & pulveris. M. ad phialam, quam 9. dies ☉ cùm exposueris, nobilissimum extrahes unguent. *Joh. Agricola* contra *veneficia* hoc commendat emplastrum in *Chirurg. parv. p. 648.*

℞. Rad. filic. maj. ℥j. antirrhin. adiant. aur. an. Mij. (ante Solis ortum collect.) Herb. verben. Mj. bacc. junip. Mij. coq. in s. q. Aquæ herb. adiant. post expr. & fund. in vascul. seu fictil. add. *sangu. catell.* ℥ij. corall. rub. præpart. ℥j. cer. ℔ß. Resin. ex visco coryl. parat. ℥j. terebinth. ℥ij. f. empl.

*pro splenetic.* §. 15. *Catellorum* nondum videntium *lienem* devoratum *spleneticis* commendat *Galen. L. de Med. facilè parab.* Conf. nos suprà *cap. VI. §. 2.*

*Unguent. admirabile neuriticum.* §. 16. Communicavit Cl. *Dan. Prottenius*, meus quondam in inclyta Hafniensi Commilito, postea Phys. Helsingorens, *unguentum admirabile*, in doloribus arthritidis tam vagæ, quàm simplicis, luxationibus, ariduris membrorum, spasmo, & quàmplurimis aliis nervoso generi familiaribus morbis præsentaneum, stupendæque virtutis remedium, quod sequens est.

℞. *Can. Junior.* per totam cutem *rubicundi* coloris, hunc duor. mens. vel sex ad minimum septimanarum spatio, ad satietatem ciba

ac sagina,

ac ſagina juſculis ex lacte, cui ſimplicia nevritica ( eg. *teſtudines*, *concha*, *lumbrici*, *oſſicula pedum animalium* contuſa ; herbæ itidem floresque *rorismar. lavend. ſalv. beton. hyperic.* ) fuerunt incocta, paratis. Deinde benè ſaginatum ac eviſceratum imple iterum modò recenſitis ſpeciebus, præſertim verò *lumbricis* tàm terreſtribus, quàm humanis, *limacibusque*, albis pariter ac rubris, quibus inſuper axung. human. atque caſtor. adjungere, ac loco lardi exterioribus ejus partibus limaces lumbricosque circumcirca intertexere poteris. Atque ſic demum hoc modo præparatum *canem* unà cum pilis lento Carbonum igni admove, ac deſtilla ex inde, pinguedine ſœpius humecta eundem ſuperficialiter, idque tamdiu repete, usque dum liquor iſte ſatis imbutus ſuprà dictarum ſpecierum virtutibus. Tum recipe hujus oleoſæ pinguedinis ℔ij. eique antequam prorſus frigeſcat, infund. axung. human. ac caſtor. deſtillat. an. ℥iij. ol. *lavendul. rorismar. ſuccin. deſtill.* an. ℥iß. Quod ita præparatum unguent. S. ad uſum. Omnibus aliis è *cane* confectis unguentis palmam præripit. Admirandæ inſuper ac voto plerumque reſpondentis efficaciæ in omni, etiam truculentiſſima, *colica*, tùm exteriori regioni abdominis inunctum, tum ipſimet alvo, mediante clyſtere, intus injectum. Coloris elegantiam augere poteſt *croc. orientalis*. Dum nimirum proportionata quædam illius portio tàm ab initio ſtatim reliquis exenteratus *canis* referciri debet, ſpeciebus intermiſceatur, quàm poſtmodum quoque in nodulo colligata calenti adhuc injiciatur pinguedini, Gratiorem ſvavioremque odorem facillimè conciliabit *moſch. ambr. Oleum roſat* &c. Virtutem ejus exaltat ol. *hyperic. viſcique*, inprimis *colurni*, ſicque in convulſionibus *epilepticis*, & cruciatibus à *veneficio* inductis, ſalutari planè & feliciſſimo eſſe poterit auxilio. Vid. Excell. *D. Bonett. Medicin. Septentrional. Col. latit. L. I. Sect. IV. c. 14. p. m. 69. ſeqq.* Conf. §. *5. 6. & 12.* hujus capitis.



# SECTIO IV.

EST

Physico-Medica.

DE

## RABIE,

SEU

ΥΔΡΟΦΟΒΙΑ,

cujus

## CAPUT I.

### De nomine potissimum: & an priscis fuerit cognita?

§. 1.

*Morbi canum tres.* Morbi *canum* tres sunt: *rabies, podagra, angina. Illa cum difficultate sanatur, ista omnino insanabilis, hac ducit ad mortem,* ait *Nicol. Leonicen. de serpent. p.m.* 307. Licèt verò *Vegetius* in *Mulo Medic.* ac *Phamo Philosophus*, seu potiùs *Demetrius Constantinopolitanus*, cognomentô *Pegapomenus L. de cura canum Lips. à Rivino edit. an.* 1654. Summusq; *Aldrovand. lib. sæpiùs citat. p.m. 498. seqq.* de brutorum (*canisq.*) morbis latè egerint, nos tamen de iisdem alibi etiam disputavimus. Hîc de *rabie*.

*etymolog. rabies.* §. 2. Gravissimus equidem & abstrusissimus omnium affectus est ὑδροφοβία, seu *rabies*, quam non ineptè *miraculum Naturæ* vocavit *Heredia L. I. disp. c. 1.* Non datur enim *majus venenum*, quàm *caninum*, *P. J. Faber L. V. Panch. p. 602.* Dicitur ὑδροφοβία ab accidente, quòd eâ affecti *aquam* omnemque liquorem respuant ac horreant. Teutones vocant Wasserscheu. *Rabies* autem dicitur, qs. *rapiens*, *a rapiendo*, quòd rabiosi vehementiori & insolentiori velut irâ accensi alios, notos & ignotos, *rapiant*, illisq; morsum infligentes malum communicent.

*error Galeni.* §. 3. *Canina* vocatur, non quod à *canibus* tantùm infligatur, seu, quòd soli *canes* rabie corripiantur, uti falsò docuit *Galen. L. VI. de loc. aff. c. 5.* siquidem & cetera bruta in *rabiem* incidunt, quod multis exemplis probat *Arist. L. IIX. H. A. c. 22. Aurelian. L. III. acut. c. 9. Fernel. L. II. de abdit. cap. 14. Bartholin. C. V. hist. 52. Casp. à Reys. Camp. elys. jucund. qq. 61. Schenck. L. VII. obs. 55. & Jacob Caranta Decad. Med. Phys. L. II. c. 1. p. m.* 333.

133. Sed quia *canes* maximè præ aliis animalibus rabidi fiunt, cumq; familiariùs nobiscum vivant, faciliùs hoc malum nobis communicant.

§. 4. Utrum priscis notus fuerit hic affectus, antiqua lis est. *Mercurial. T. III. Consil. 61.* negat; ipse autem *Epicharmus*, discipulus *Pythagoræ*, meminit hujus morbi, teste *Plin. L. XX. c. 9.* & *Dioscorid. L. VIII. c. 2.* describit eundem, additis remediis. Miror, doctos Viros adeò sollicitos esse de lana caprina. Amabò, quid juvat scrutari, an *rabies* seu *scorbutus* veteribus fuerit cognitus? cura me, est unicum ægrotantium votum. Evicit tamen *Hercules* noster è *Strabone in Ephem. Germ. Curios. ann. II. obs. 234.* Arabibus *scorbutum* fuisse notissimum. Quid ampliùs requiris? *an rabies priscis notae*



## CAPUT II.

### De scrutinio causæ morbi.

§. 1.

E Tripode autem *Cous L. de Art. t. 30.* ἡ γνώμη Ἰητρῦ καὶ ἢν ἀγαθὸς, καὶ ἢν ἀγχίνοος; τὰ πολλὰ ξυνίδεα τῆς προφάσιος. Rationem dat L. de flatib. c. p. inquiens: εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῷ σώματι ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τῷ νοσήματι. Fas igitur, ut *causam* morbi indagemus sollicitè: hâc erutâ *præcipuum* ac *penè unicum Artis nostræ secretum*, uti *modum medendi* vocat *Guid. Patin. in epist. Bartholian. C. III. p. m. 61.* manifestum erit. *causa morbi benè scrutanda.*

§. 2. Plurimi ad inscitiæ aram, *occultas qualitates*, confugiunt. Nos verò cum *Fracastorio L. de morb. contag. c. 3.* istos, *tanquam nihil dicentes docentesq;* jure odimus, & cum *Excell. Paulli L. de febr. malign. §. 21. occultos morbos* catè explodimus, licèt *Galen. II. Simplic. Penelopen*, Doctorem suum, castiget, quòd hujus affectûs (rabei) rationem è causis manifestis reddere conetur. Sit itaque omnibus sua *reverentia*, & *decus*, & *laus*, laborum proemium, quod cum *Scalig. S. III. exerc. 160.* & *relinquimus* libenter, & *concedimus* cumulatè, & *deferimus* liberaliter. Interim nulla magna nomina reformidabimus veritatem, veritatis gratiâ indagaturi. Hæc enim divinum illud *fermentum* est, quod in philosophi animo ita turgere debet, ut capi nequeat: ad hujus præsidium & conservationem etiam *propriam delebimus sententiam*, monente *Stagirita l. Eth. 7.* *occultæ qualitates explodunter.* *veritas mea norma.*

§. 3. Verè & acutè *Kircher. errantium Medicorum Hermes*, qui mihi totus hæret in medullis, *L. de Peste S. I. c. 8. p. m. 94.* *Mirantur*, ait, *Medici in exoticis morborum quorundam constitutionibus effectus penè prodigiosos, & p. n. ordinem evenientes; tentantur omnia, pharmacopolia ferè suis evacuan-* *aureus aphorismus.*

*tur medicamentis, nullâ tamen spe salutis promovendæ relictâ. Qui si latentis inimici molimina ritè dignoscerent, forsan in optatum tandem sanitatis portum per appropriata medicamenta infirmum constituerent.* Rectè etiam *Borell. C. I. obs. 89. Plerunq;*, dicit, *morbos, quorum causas è longinquo petebant Medici*, vermibus *multis ejectis, curatos vidi*. Symbolum suum addit *Excell. D. Christian. Lang. in præfat. sup. Kirch. tr. de peste. Omnes*, inquiens, *singulosq; morbos, qui à præstabili putredine & suspecta humorum vitiosorum fermentatione scaturginem suam adipiscuntur, juxta susceptæ analogiæ amussim esse animatam, seu undiq; verminosam progeniem, intrepide statuimus, minimè nos fallente prosperæ tunc curationis successu, si dederimus, quæ vermibus specificè sunt infesta, & quæ robustam præcipitandi vim habent.* Sunt enim revera, (judiciô Cl. *Ramsey, in considerat phys. de vermib.*) *malum epidemium, quod magis interimit, quàm ulla pestis.* Profectò, inquit *Phil. Marci* apud *Bonet. L. III. Med. Sept. S. XVI. c. 4. sæpenumero in morbis intricatissimis τὸ θεῖον hariolamur: at si rem apertioribus oculis pensitamus, vermes sunt atq; lumbrici. Adeò peritissimos etiam deludere novit fædum hoc atq; ignobile animalium genus. Signa enim eorum nonnunquam adeò obscura & symptomata adeò multa, ut doctissimos aliquando Medicos fallant. Forest. L. XXI. obs. 28. Schol.* Θεῖον itaq; Hippocr. non tàm mihi Sulphur. est, judiciô *Kircheri de pest. S. III. c. 7. quàm colluvies animata.*

## *CAPUT III.*

### De Vermibus ubiq; in Macrocosmo.

§. 1.

*Vermes ubique.* INtuemini mecum, queîs *oculi sunt in capite, Eccles. II. 14.* universum hoc, quod mundum dicimus, & miramini innumera *vermium* agmina, vel tamen *seminia*, aut *excrementa* eorum *seminio* imprægnata, inevitabiliter in nos transplantanda. *In aqua.* *Aqua* ægris pariter ac sanis ad vitam maximè necessaria, *Gal. L. I. Simpl. c. 4.* unde pro *omni alimento* ponitur, *Neh. IV. 23.* ejusq; penuria pro *maxima pœna. Amos IV. 6. 8.* Quàm fœdè autem scatet *vermibus*. Cl. *Paul* Brand unica in aquæ guttula innumerum vermiculorum oberrantium numerum vidit. *Bonet. L. III. Med. Septentr. S. X. c. 18.* *In & sub terra.* Quot reptant in & sub *terra?* hi, vel eorum *semina* ac *excrementa*, cum succo nutritio à plantis attracta, ad animalia, & demum ad nos, jure qs. perpetuô, deveniunt. Omnia excellenter putrida *verminosa:*

*hæc*

: : : : *hæc dilapsa liquescunt,*
*afflatúq; nocent, & agunt contagia latè. Ovid. vi. Met. f. 25.*

Quot atomi verminosæ in *aëre?* notante etiam Incomparabili *Harvéo Exercit. de gen. anim. 41. p. m. 149.* Hæ per inspirationem, aliisvé modis, attractæ sunt reverà antiquus iste *Python*, quo de *Ovid. L. I. Met. f. 8.* Sanè athmosphæra, seu aer, effluviis sæpè putridis & *verminosis*, sub forma rubiginis, interdum, segetes & fructus horarios corrumpentis, arborumq; foliis arefactis auripigmenti adinstar, adhærentis, scatet, variaq; in sinu suo occultat seminia morbifica facilimè in nos trahenda. Ferunt, in *Quitensi* provincia, cœlô serenô, nonnunquam in ipso *aëre* quosdam excludi *vermes*, qui in terram delapsi in *angues* mutantur *bicaudatos*, eâ qualitate imbutos, ut, quemcunq; momorderint, eum statim, resolutis sanguinis ostiis, non tantùm ex omnibus Naturæ orificiis, sed & per ipsos poros, cruorem profundere usq; ad ultimum hominis exitium cogant, *nullô adhuc* contra tam immane malum *inventô remediô. Kircher. de Peste S. III. c. 3. p. m. 307.* In *Islandia* pluit interdum *lumbricis*, notante *Wormio* apud *Bartholin. L. de luc. brutor. c. 15. p. m. 229.* Vin' causas horum insectorum geneseos? adi jam laudatum *Kirch. L. XII. Mund. Subterr. S. II. c. 8. p. m. 372.*

*in aëre.*
*hist. singularis.*
*pluvia lumbricorum.*

§. 2. Plantas ζωογονεῖν, ut *Theophrast.* loquitur, *L. III.* de frugum vitiis, nemo inficiabitur. Illota *salvia* multos enecuit. *Schenk. L. VII. obs. 81. Mizald. C. I. Memor. h. 1.* Causam referebamus olim in *halitum bufonum*, sub salvia hospitantium. Sed *Kircher. L. de pest. p. m. 71.* nebulam discussit. *Vermiculi* sunt, qui virulento suo humore hoc lethum apportant, quamvis *Paterson.* hanc observation. suô experimento suspectam reddere velit in *Ephem. Germ. Curios. L. II. obs. 27.* Vidit insignis *Helmont. in Tumul. pestis p. m. 884.* Mens. Jul. decrescente Lunâ, *bufonum* oculos *albis vermiculis* adeò refertos, ut uterq; in eos transformatus videretur. De *vermibus* in *fæniculo* eorumq; vi exitiali vid. *Schenck. L. VII. obs. 150.* licèt *Panarol. Pent. V. obs. 40.* vim istam ab alia deleteria facultate derivet. *Rusticorum theriaca*, ut *Galen. L. XII. M. M. c. 8 p. m. 309.* vocat *allium*, *vermes* quidem necat & expellit. Hinc *Thestylis Maroniana, Ecl. II. ℣. 10.*

*planta verminosa.*
*salvia.*
*fœniculum.*
*allium.*

- - - - *rapidò fessis messoribus æstû*
allia *serpillumq; herbas contundit olentes.*

Conf. *Macer. L. I. c 5. Arnolfus* tamen Imperator *alii* usu *lethali verminatione* objit, *Krantz. L. III. Saxon. c. 3.* In *card. bened.* invenit vermes *Kerger. L. de Ferment S. I. c. 10. p. m. 98.* in spongiola *cynosbati Jonston. Thaum. nat. Cl. VIII. c. 24. art. 3.* in *roremarino* Hagedorn / Curios.

*card. benedi.*
*cynosbat.*
*rosmarin.*

Curios. Pegas. II. *in Ephem. Germ. Curios. obs.* 190 & *in capite mortuo* ejusdem *Hannemann. in Decur. II. Miscell. Curios. ann. I. obs.* 135. *Franc. Corvinus*, *singula herba,* Botanicus Roman. indiversissimæ speciei herbis singulari studio in singulis singularem reperit *vermem*, *Kirch. L. XII. Mund. subterr. T. II. S. I.* *& arbores,* *c. 9. p. m. 347.* Conf. *Sachs. Gammarol. P. I. c. 13. §. 12.* Imò *singula arbores* adeo *diversos* habent *Vermes*, ut hujus arboris *vermes* ad alios translati supervivere nequeant. *Bartholin. de morb. Bibl. p. m. 132.* Ratio est: quia cuiq; alimentum ex *propria* subministratur *materia*. *Theophr. Eres. de caus.* *fungi* *plant. L. V. c. 14. p. m. 339.* Annon fortè *fungi mortem Galen.* L. II. *de alim. c. 69.* & tâm gravia excitârunt symptomata, *Zacut. L. V. M. P. H. 23. Joh. Theod. Schenk. hist. gen. humor. c. 2. p. m. 36.* propter perniciosissimos *vermiculos* intus hospitantes? Simpliciter itaq; damnamus cum *Sebiz.* L. II. *de alim. fac. c. 8. p. m. 416.* & *Kirch. de peste S. II. c. 2. p. m. 205.* imò, si sumptuosissimè parati sunt, *fimeto* eos dabimus cum *Excell. D. à Bernitz in Eph.* *mora.* *Germ. Curios.* T. II *obs. 54. in Schol. p. m. 112.* In *moris* esse *vermes*, cum experientia confirmat *Cardan. in Hipp. progn. t. 18.* Hinc ea in ventriculo *rubi.* corrupta *veneni* naturam induunt. *Galen. L. de cib. c. 8.* Nec *rubi* ab hoc fato sunt immunes *S. Paulli Bot. quadrip.* Cl. III. *p. m. 457.* *Fragorum* innocentiam seriò tuetur *Nonnius* L. I. *de re cibar. c. 30.* cur verò à communi *frumenta.* labe excipiantur, ego non video. Frumenta *situm* contrahentia maxima apportant damna, exempló *pestis Delphicæ* an. 1557. *Forest.* L. VI. *obs.* 9. Proxima autem *pestis* causa *putredo animata*, seu minutissimi vermiculi, vel potius atomi verminosæ, quod invictis rationibus & multis exemplis *lolium.* probat *Kircher. meus L. de peste.* Inter nitentia culta infelix *lolium* & sterliles dominantur avenæ; queritur Mantuanus Poeta I. *Georg.* ✝. 154. Quanta *lolij* noxa sit, declarant historiæ *Galen. l. de alim. c. ult.* & *Wieri* L. III. *de præstig. Dæm. c. 18.* Sed & ista nequitia est à *fœtura Verminosa*. Ideò inter *fimus.* *frugum morbos* refertur *lolium* à *Plin.* L. XXVIII. c. 17. Fimus quod occulit *vermes*? & hi conspurcant fruges tantemq; nocere capiunt. Ideo *Lemn.* L. I. *O. N. c. 78.* rectè defendit *Hesiodum stercorationem* improban- *fructus arborum.* tem. *Arborum fructibus blandas* subesse *vitæ insidias* & *latentem pestem*, pleriq; ignorant, bene dicit *Nonnius* L. I. *de re cibar. c. 28.* scilicet cùm à variis arrodantur & conspurcentur *vermibus* ac insectis, eorumq; imbibant *excrementa* & *seminia*, non est, quòd miremur, eos furtim & sine sensu occidere. Muscæ profectò, inprimis majusculæ, alimentis seu crudis, seu coctis, insidentes, fermentumq; *verminosum* m[illegible]lignum in cibos transportantes, vel ovis ubiq; suis, è quibus nascuntur *vermes*, alimenta conspurcantes, mihi maximè semper fuêre suspect[illegible]. Non semel enim ex iisdem, cibariis immersis, assumtisq;, κάθαρσιν [illegible]rtam notavi. Audiamus igitur Optimum Senem D. D. *Sim. Paulli Botan. quadrip.* Cl. II. *p. m.* 80.

Lini

*Lini* & *cannabis* fasces in aquis maceratæ reliquam inficiunt aquam, quod lugubris *Pena* historia apud *Schenck. L. VII. obs. 8.* testatur. Et licèt linum non usq; adeò tetrum spiret odorem, tamen ab ejusmodi *corruptis aquis* seminia *malignarum febrium* quis sibi non spondebit? *D. Paulli in Botan. quadrip. Cl. III. p. m. 235.* In his verò uberrimus *vermium* proventus. P. à *Castro in opusc. de febr. puncticul.* In *Chili*, Americæ meridionalis provincia, *arbor* est, in cujus foliis *vermes* primò nascuntur, qui dum in terram concidunt, mutantur in *serpentes.* Ratio est: quòd arbor per radices ad se attrahat succum *semine serpentiferò* fœtum. *Kirch. L. de Magnet. p. m. 623.* *Plantas, fructus, radices*, & *semina* in officinis prostantia, suos quoq; alere *vermes*, meritò suspicamur cum *Aug. Hauptmann. in epist. ad Kircher.* Asteriscum meretur diligentissimi *Borelli C. III. 54.* observatio. Vidit is *semina tamarisci* saltâsse, crebrisq; saltibus à mensa decidisse. Ejus miraculi causa erant *vermes* intus latitantes. Idem facere *filicis semen* asserit ibid. In *Kali* geniculis quoq; *serpentulos* invenit. l. c. Nec *aquas destillatas* quis excipiet, quæ eò citiùs in *vermes* animantur cùm *sale* suo sint orbatæ. Ideò sagacissimus *Langius*, Prof. Lips. eas vocat *cadavera*, *in Miscell. Med. cur. p. m. 93.* In *vitium* pampinis conspicimus etiam *vermes*, quorum mentio fit in sacris. *Deut. XXVIII. 39.* Sunt in *Sacchare Act. Med. Hafn. Vol. I. obs. 54.* in *aceto* copiosissimi, *Pincer Lib. III. ænigmat. c. 26. Baccius. L. I. de nat. vin. c. 23.* & *L. VI. de thermis c. 21. Bartholin. C. IV. h. 13. Vogt.* Physical. Zeitvertreiber *C. II. n. 41. Paterson. in Eph. Cur. Germ. T. II. obs. 27. & T. I. obs. 13.* *serpentiformes Borell. obs. microsc. j.* aut *anguilliformes Eph. Curios. Germ. ann. I. p. 26.* Scribit tamen *Nardius in noct. genial. I. p. m. 75.* se microscopio in *debilibus* tantùm vinis observâsse aliquot. Et *Billich. anat. ferment. platon. c. 5. §. 49.* autumat: saltem ex *aceti corruptela* eos nasci. Sed *Carol. Piso concl. Phys. path. 62. p. m. 137.* aut *nunquam*, aut *ægerrimè*, *corrumpi* seu *putrescere acetum* contendit. *Kergerus de Ferment. S. I. c. 10. p. m. 97.* in aceto ab *omni putredine* aut *corruptione* salvo vidit *vermes.* Quocirca *Panarol. Pent. IV. obs. 36. omnia aceta, etiam acerrima*, (generosiora enim vina acerrima exhibent aceta, *Sachs. Ampelogr. Curios. S. VIII. c. 1. p. m. 528.*) *verminosa* esse affirmat, eorumq; *acredinem* ex *majori vermium copia* deducit, quòd verò cum *Castore nostro II. Dec. II. Miscell. Cur. ann. I. obs. 77.* negat *Th. Willis de ferment. c. 8. p. 50. Thomas Bartholin.* tamen, Fil. PP. Hafn. etiam in *paucissimo aceto vermes* notavit, *Act. Med. Hafniens. T. V. obs. 7.* In *sale* colonisensi *vermes* inventi, teste D. *Reiselio*, *Vid. Ephem. Cur. Germ. ann. VIII. obs. 52. in pipere Vol. II. Act. Med. Haffniens. obs. 111.* In *cerevisia*, per unicam duntaxat noctem in vitro benè clauso & mundo à me servata, vidi nuper altero die ultra 70. *vermes albos longosq;*. Et quis non mirabitur mecum *Jaspidem cariosum* Celeberrimi D. *Velschij*, Amici olim optimi, in *Miscell. Cur.*

*à lino febres maligna.*

*Hist. curiosa.*

*Vermes in plantis officinalibus. in semine tamarisci.*

*in pampinis vitium. in sacchare, aceto.*

*in sale.*

*in pipere.*

*in Jaspide.*



*Cur. Germ. T. I. obs.* 154. Hi *vermiculi* quo nomine speciali vocandi sint, quærerem ego cum *Cl. D. Majore*, Amico maximo, *c. 34. memor. Sachsian. p. m.* 59.

*in carne.* §. 3. *Caro Lunæ* madori exposita subitò animatur *in vermes*, observante *Kirchero L. de pest. p. m.* 70. Causam vult dicere *Plut. L. III. Symp. c.* 10. & *Macrob. L. VII. Saturnal. c.* 16. At nisi oculus sit armatus, nullos omninò cernes, etsi *totus* fores *oculeus*, ut Comicus jocatur *Aulul. a. III. S. 6. v.* 19. *Caro leanæ putredini obnoxia* juniori cani famelico nuper objecta est *Viennæ*, & *canis* sequenti die *ἄνω καὶ κάτω meros excrevit vermes. Eph. Cur. Germ. ann. II. obs.* 5. Auf dem Berg Cybeles genandt / (ait Cl. *Ditherr. in addit: pract. Thes. Besold. ad verb.* Fasten *p. m.* 252. *B.*) bey Neapels ist ein Kloster / da auf eine Meil Wegs in der Nähe herum / man weder Fleisch / Eyer oder Milch-Speise essen kan / oder hinbringen / weilen von Stund an Würme und Maden drinn wachsen / es sey gleich gesotten / geräuchert

*in lardo.* oder gesaltzen. In veteri *lardo vermes* non solùm oculis & villis horridos, sed & *innumera* alia *animalcula* alterius figuræ vidit *Borell. obs. microsc.* 14.

*in piscibus.* *Pisces* nullis morbis aut *vermibus* esse obnoxios, credunt multi, quos inter etiam *Nonnius L. III. de re cibar. c.* 8. respondet autem *Arist. L. VIII. H. A. Sagittar. exerc. phys. XII.* §. 20. *Franz. hist. anim. sacr. c.* 1. *p. m.* 599. In *nulli* piscis ventriculo *vermiculi* nascuntur *seminivori*, *Jonston. Thaumat. Nat. Cl. VIII. c.* 24. *a.* 1. aliosq; pisces multos in ventriculo habere *vermes* nar-

*in ostreis.* rat *Arist. L. VI. H. A. c.* 16. De *vermibus* in *ostreis* vid. *Eph. Erudit. à Nitschio*

*in cervis.* *vers. T. II. p. m.* 169. *seqq.* *Cervis*, ob molestam *vermium* rosionem circa cornuum radicem, eadem decidere, rectissimè docet *Zwölfer. in Pharm. aug. reform. p.* 805. licèt id neget *Schenck. Prof. Jenens. in epist. Sachs. Gammarol. affix. p. m.* 937. Imò omnes *cervos* suo in *capite* vivos alere *vermes*, (præter eos, quos Engerle vocant,) haud minores iis, quos *putridæ carnes* gignere solent, numero circiter XX. testatur *Arist. L. II. H. A. c.* 15. *Plin. L. XI. c.* 37. *Graba in Elograph. p.* 34. *Matthiol. in Diosc. L. II. c.* 52. *p. m* 290. *Nierenberg. L. VI. H. N. c.* 9. Et legi omninò meretur, quæ de *capitis cervini ac vervecini vermibus* notavit *Cl. Fr. Redi in experiment. circa generat. insect. p.* 305.

*in ovis.* §. 4. In *ovis* deprehenderunt *vermes Fort. Licet. Aquapendens* & Chili-

*in alveari-bus.* archa apud *Bartholin. C. VI. h.* 87. In *alvearibus* interdum minutissimi conspiciuntur, apes qui necant, & mel conspurcant. *Coler. Oecon. Germ. L.*


*in lacte.* XIII. c 143. *p. m.* 565. *Lac*, inprimis *acidum*, *vermibus* est refertissimum.

*in caseo.* *Kirch. L. XII. Mund. Subt. S. I. c.* 10. *p. m.* 352. Pulvis in *caseo* innascens *prodigiosum* refert animal. *Borell. obs. microsc.* 27. Quot sunt animalia *vermes*, eosq; *venenatos*, vorantia, quæ nobis cedunt in alimentum? an nobis noxia sint, necnè, jam non disquiro. Vid. *Sebitz. L. V. de alim. fac. probl.* 56. *p. m.* 1348.

*p.m.* 1348. *Higmor. I. Anat.* P. II. c. 3. p. m. 24. *Moeb. Fund. Med. Physic.* c. XI. p. m. 159. *Sennert.* L. VI. *Prax.* P. VIII. c. 1. *Zacut.* L. II. *M. P. H.* p. m. 792. *Lang. I. epist.* 69. *Matthiol. in praf.* L. VI. *Dioscorid.* Hoc saltem ajo: nos ita participes fieri *vermium*, aut *seminum* eorum, vel tamen *excrementorum*. Excrementis autem *fœcundam* quoque inesse materiam & *principium vitale*, rectè tradit *Arist.* L. III. *de gen. anim.* c. 3. Exempla addunt Eruditi *Lemnius* L. II. *O. N.* c. 4. *D. Sim. Paulli Botan. quadr.* Cl. 2. p. m. 140. *Kerger. de ferment.* S. I. c. 6. p. m. 51. Margraf. *hist. plantar. Brasilens.* L. III. c. 7. p. m. 140. *Kircher. de peste* S. II. c. 2. p. m. 308. *D. Sorbait in Eph. Curios.* T. II. obs. 103. excrementa fœcunda.

§. 5. Est *avis* Indorum *Tuputa*, narrante *Nierenb.* L. X. c. 14. quæ tota farcitur *vermibus*, hosq; pro carne habet, his singula membra imbuta, præter hos & pellem nil carneum. Cutem non perforant densis exornatam pennis. Versatur in carectis & herbosis locis, proceras arbores non amat. *Phasiano* formâ similis est, sed minor. Conf. *Fr. Fernandez. hist. avium nov. Hispan. Tract.* 2. c. 221. De *vermibus* in *viperis* vid. *Nobil. Redi de viper. tract.* p. m. 29. Avis verminosa.

§. 6. Quid dicam de *vermivoris* istis apud *Plin.* L. XXVII. c. 24. & *Ælian.* L. XIV. *de anim.* c. 13. *Sachs. Gammarol.* L. II. S. I. c. 1. p. 550. *Muscæ* quàm fœdè cibos & nos conspurcent, non animadvertimus. *Crabro* in nobilem Neapolitanum *pestem* transfudit. *Kirch. de peste* S. II. c. 4. p. 247. *Patersonius* in musca occisa LXXII. *vermes* membranæ inclusos numeravit aquâ limpidissimâ refertos. Certè ex *majorum* muscarum excrementis proveniunt *vermes* carnibus infesti. Quid? quòd *omnia animalia*, *quadrupedia*, *volatilia*, *aquea suos habere vermes*, asserimus cum *Kirchero in epist. ad August. Hauptmann.* Conf. *Joh. Theodor. Schenck.* L. I. *Exercit. anat.* III. S. 2. c. 8. p. m. 233. Nec *nix* caret *vermibus*. Vid. *Ol. Magnus* L. II. *Hist. Sept.* c. 8. *Olear.* L. I. *Roset. Persic.* c. 42. *Plin.* L. XI. c. 35. *Bartholin.* L. *de nive* c. 9. *Vogt. disp. de nive* p. m. 92. *Franz. hist. anim. sacr.* P. V. c. 5. p. m. 831. T. IV. *Ephem. Cur. Germ.* p. m. 80. *seq. Sachs. Gammarol.* p. m. 265. Inprimis *fulmine* icta paucos intra dies fiunt *verminosa*. *Senec.* L. II. *quæst. nat.* c. 31. Vide sîs etiam, quæ de *vermibus arborariis*, *fruticariis*, *leguminariis*, *frumentariis*, *herbariis*, *animalium & hominum*, studiosè collegit *Jonston.* L. III. *de insect.* c. 2. Conf. *Aldrov.* L. VI. *de insect.* c. 2. p. m. 647. *seqq.* Vermivori. observatio. in nive Vermes.



# CAPUT IV.

## Παράδοξον de igne fatuo verminoso.

§. I.

ignis fatuus PLus ultrà: *Fatuum ignem* scholæ dicunt pinguem, Sulphuream & nitrosam exhalationem, cujus partes per minima dispersæ, nocturni frigoris, tanquàm contrarii, vi comprimuntur, & collectæ postea per ἀντιπερίστασιν flammam concipiunt, *Sperling. L. V. Inst. Physic. c.7. Fromond.* L. II. *Meteor. c. 2. a. 1. Keckermann.* L. VI. *Physic. c. 4. Magir.* L. IV. *Phys. c. 3. Jonston. Thaumat. nat. Cl. 3. c. 3. Sagittar. Exerc. Phys.* IX. *th. 6. Brendel. disp. V. Phys.* §. 23. *Combach.* L. III. *Phys. c. 2.* & complures alii. Quærenti, cur sequentem fugiat, & fugientem sequatur, respondent ex *Conimbr. Colleg. Comm.* II. *Met. c. 2.* quia, cùm quis accedit, aerem propellit, & cum eo simul istum ignem. Si verò fugit, aerem secum trahit, & cum eo

lapsus Gottwaldi. ignem. Cachinnum movet hæc opinio *Joh. Gottvvaldo disp. de meteor. ign.* §. 40. sed cùm ipse cum *Cicogna* P. I. *theat. Nat.* VIII. 5. *Euphorm. Sat. I.* aliisque (quos *Hornius* L. II. *H. N. c. 2. p. 83.* recenset,) putet, ignem fatuum esse *Dæmonis ludibrium*, turpiter labitur, omnemq; effundit gratiam.

ubi inprimis erret? §. 2. Circa paludes, macella, sepulcra, & loca suppliciis destinata frequentiùs errat fax ista fatua. Novimus autem, & videmus tantùm non quotidiè, quot agmina *verminosa* interdiu ibi ludant. Hæcne noctû quiescere credis? Omnia creata *nativam* habent *lucem*, & *insecta* eâdem radiant, quod Illustris *Bartholin. in splendido suo de Luce animal.* L. II. c. 12. clarissimè probavit, *Add. J. Theod. Schenck, hist. gener. de humorib. c. 5. p. 72.* & *lampyrides* circa festum S. *Joh. Bapt.* vesperi maneq; scintillantes abunde

παράδοξον. testantur. Hinc conjicit acutissimus *Langius*, almæ Philyreæ Decus eximium, in *animadv. MSS. ad Fabri Pathol. Spagyric.* fatuum ignem nil aliud esse, quàm *innumeras minutissimorum Vermiculorum turmas, culicum generi* non adeò dissimilium, quorum lux à *diurna* quidem obfuscatur, *noctu* autem fit illustris flammamq; exhibet.

objectio. §. 3. Dices: licèt insit cunctis animalis *lux* quædam, non tamen in omnibus manifestatur, ita, ut *splendorem* emittat. Etiam oculis hominum lux inest, ipsi tamen noctu splendorem non emittunt. Sic est: sed quid exinde? lucidi hominis oculi *noctu* splendorem non emittunt. E. nec

R.sio. *vermes*, aut alia insecta, de quibus Nos. Imò sæpius luxerunt oculi noctû, exemplô *Tiberij apud Plin.* Lib. XI. c. 37. Civis Brigantinus altis tenebris

bris cuncta distinguebat acutissimè, *Conimbr. L. II. de anim. c. 99.* quod de seipso fatetur *Cœl. Rhodigin. Lib. XV. A. L.* Vid. *Th. Barthol. de luc. homin. c. 14. p. m. 81. seqq.* pluscula citantem exempla. Ecce! *putrida ligna! interdiu* non lucent, at *noctu* splendorem emittunt clarum; unde hic? non nisi à *vermibus* intus stabulantibus. Insecta in Italia *noctu* per campos volitantia non tantùm *lucent*, sed etiam *ardent*, quod suo damno expertus est *G. Endius Apol. pro circul. sangv. §. 35. p. m. 102.* In nova Hispania *vermis* reperitur magnitudine *scarabaeum* æquans, qui *nocturnô* tempore tantam de se spargit *lucem*, ut *ardentis candelæ instar euntibus viam monstret. P. Hispan. P. 5. c. 3.* De pluribus *vermium* speciebus *splendido fulgore* coruscantibus vid. *Ovied. L. XV. hist. Ind. c. 2. & Libav. disp. de ignium miracul. th. 20. habit. Coburg. 1614.* *exempla splendida.*

§. 4. *P. du Tertre, Ord. Prædicat. in hist. Antillar. à Gallis inhabitat. P. II. de muscis lucentibus*, quæ in illis terris habentur, asserit, quòd fusci coloris sint & *interdiu*, cùm *lumen* suum abscondunt, pro *muscis* communibus habeantur. *Nocte* verò appropinquante (audin?) tantùm, ait, eas vibrare *lumen*, ut *stellulas* etiam per agros transcursitantes referant. Incolæ eas capiunt, quò *luminis loco* suis in ædibus uti queant. Addit Autor, Clericos adhibere eas, cùm ex *Breviario* suo orant, eosq; tam facilè *unâ lucente muscâ* officiô fungi posse, quàm *unâ accensâ candelâ.* Quò verò capi possint hæ muscæ, nullâ re amplius opus esse, quàm ut sub vespertinum tempus *candelam* vel *titionem lucentem* ad fenestram apponant. Captas, dicit etiam, non nisi XV. dies, aut tres summùm septimanas vivere, *lumenq;* ipsarum debite reddi, cùm morbô afficiuntur, omninò verò extingui, si moriantur. *Vid. T. III. Ephem. Erud. à Nissib. vers. p. m. 101. seqq. Add. Libav. L. I. de orig. rer. Grimmij, Med. olim. in Ind. Orient. obs. 172. in Dec. II. ann. I. Miscell. Cur. Germ. Nierenberg. L. XIII. H. N. c. 3. & Bartholin. l. c. c. 12.* *muscæ lucentes.*

§. 5. Verosimile itaq; & istos *vermiculos*, de quibus nobis sermo est, *noctû lucere*, dumq; ob motus sui instabilitatem, & inordinatum aeris flatum, modò ad dextram modò ad lævam vergunt, modò antecedunt, modò sequuntur, modò altiùs, modò depressius volitant, glaucomâ objicitur ignorantibus. Scribit ex *Roberto Flud. Casp. Schottus Phys. Curios. L. XI. c. 9. p. m. 1208.* illum aliquando *ignem fatuum* noctu in- & assecutum, ac reperisse materiam non igneam, sed *viscosam* & *lubricam*, compactam, in modum *spermatis ranarum*, distinguentibus *nigris* & *exiguis maculis* subalbidam, quæ vice *speculi* redderet stellarum lumen. *captura ignis fatui.*

§. 6. Quòd heroinam illam apud *Scalig. exerc. 174.* (*Conf. Libavij disp. de ignium miraculis th. 10. seqq.*) cùm in mediis tenebris *capillus* pecteretur, *ignem* vomere visam, ut pluribus accidit, spectat, ait *Lang. in MS. Animadv. ad Pathol. Fabri*, reverà nihil aliud fuêre, quàm *acori spiritu & sulphure* *cur capilli pectinati luxerint?*




suo vi-

*uo vitali manifesto gaudentes*, *qui capillis fermè insensibiliter accrescunt & adhærescunt.* Decidentes enim non secus ac *cicindela* micant & scintillant. Interroganti, cur *loto* & postmodum *pectinato capite* magnis confertim hujusmodi *scintillæ* decidant, & secus fiat in *illoto*, respondet, quòd, dum *lotus capillus à viscida & unctuosa immunditie liberatur*, *acori*, seu bestiolæ illæ, *tàm firmitèr*, *quia glutine illo destituuntur*, *adharescere lotis crinibus nequeant*, *unde his pectinatis promtiùs delabuntur*. Contrà si *illotum caput*, *crinis etiam multâ visciditate & glutinosâ impuritate imbutus*, *cui tenaciùs inhærent*, & *dentibus pectinis tàm facilè non cedunt*. Cadit itaq; opinio *Libaviana. disp. cit. th. 17*. Scrutamini Naturam, quotquot æquo & vero sincerè favetis! Ego verò ulteriori *Curiosorum* dispuisitioni ut *omnia*, sic hoc quoq; παράδοξον, lubenter expono. *Nihil mihi abscondo*, *nihil transeo*: *quare enim quicquid ex erroribus meis timeam*, *cùm possim dicere*: *Vide*, *ne istud amplius facias*, *nunc tibi ignosco*. Senec. L. I I I. de Ira c. 36.

*imprimis loti.*

*& contrà.*



# *CAPUT. V.*

## De objectionibus cum responsis.

§. 1.

*I. objectio.*

SEd quis cernit istos *vermiculos*, de quibus tu supra? *profani sunt*, *qui nihil aliud verum putant*, *quam quod* pugnô *tenere queant*. *Plat. in Theod. p. 1 2 0.* Quæ *oculorum aspectum effugiunt*, ea *mentis acie* (& armatô oculô) comprehenduntur. *Hipp. L. de Arte.* Quis cernit *atomos?* E. non dantur? Quis videt *cavitatem in pilis?* est tamen docente *Bartholino L. III. Anat. reform. c. 1. p. m. 3 0 7. & L. I I I. de luc. animal. c. 2. p. 250. Panarol. Pent. IV. obs. 34. Cæsalpin. L. V. quæst. peripat. 3. Lindan. Med. Phys. p. m. 8 5 2. Poros* in *septo cordis* rarò cernes, sunt tamen teste *Sachsio in Ocean. Macro Microcosm. §. 60. Bartholin. L. I I. Anat. ref. c. 7. p. m. 2 6 7. & C. II. hist. 67. Helmont. in Blas. human. §. 21. Bordbeck. C. IV. obs. 20. Knobloch. Inst. anat. disp. IX. c. 3. §. 11. Galen. L. V I. U. P. c. 17.* licèt id negent Viri pariter docti & celebres *Slegel. de sanguin. motu c. 7. Highmor. L. I I. Anat. P. 2. c. 4. J. D. Horst. Manud. ad Medicin. P. I. c. 1. s. 2. p. m. 4 1. Maur. Hofmann. in disp. singul. de h. m. Walæus epist. 1. ad Th. Bartholin.* Quis vidit occulta *semina*, è quibus *vegetabilia* emerserunt in *homine & brutis? Vid. Bartholin. C. II. hist. 20. T. I. Act. Med. Hafniens. obs. 3. Ephem. Erudit. à Nitsch. edit. T. IV. p. 1 26. seqq. Miscell. Cur. Germ. ann. II. obs. 5 3. Bonet. L. I I I. Med. Sept. S. X I I. c. 14. Borell. C. I. obs. 10. Sachs. Ampelogr. L. I. c. 7. p. 62. & in append. ej. p. m. 17. Gammarolog. p. m. 187. seqq. Nierenberg. L. I. Hist. nat. c. 10.* Est *monstrum* quoddam *marinum*,

*Resp.*

*historia curiosa.*

*rinum*, Laplandiæ, Finmarchiæ (& Norvvagiæ) incolis sub elevatione poli 71. gr. 30. Seekrabbe dictum, quod in vicinia castelli Wardehus se conspiciendum dare solet mari à ventorum impetu planè tranquillô. Formâ refert *cancrum Heracleoticum*, vel Majam, ut *Gesner. in hist. anim.* hoc cancri genus depinxit. At magnitudo ejus planè monstrosa, & suô ambitu tantum comprehendit spatium, ut *turma militum* in ipsius dorsi plano possit exerceri. Quando mare in malaciam se componit, à ventis est tranquillum, & sol tempore æstivali radiis suis abblanditur, solet hoc monstrum paulatim & motu ferè insensibili ex aquis altiùs atq; altiùs emergere, & dorsum suum calori solis exponere. In qua statione manet immotum, donec Sol altiores cœli partes deserat, & Horizonti fiat propior, calorq; ipsius remissior. Tunc, ut motû lento & vix sensibili è profundo maris emersit, sese demittit, & sub undis occultat. Videntibus videtur esse scopulus musco obsitus; quamdiu in planitie maris excubat. At si quis scaphis propiùs accesserit, brachia expandit, & hamis uncisq; suis, quodcunq; apprehendit, ad se pertrahit. Incolæ putant, quòd homines tali modo captos devoret. Quando autem mare à ventis turbatur, latet in profundo nemini nocivum, uti *Hafniæ Danorum* in ædibus *Amplissimi Viri Matthiæ* Hagens/ *S. R. Maj. in Collegio bellico Camerarii expeditissimi, Hospitis mei honoratissimi*, quondam antiquâ fide retulit *Cl. D. Ambros. Rhodius Med. & Mathemat. Reg. Christianiæ in Norvvagia, Amicus sincerissimus.* Conf. *Eph. Cur. Germ. ann. VIII. obs. 51.* Addidit alius in Borea Amicus, in *dorso* istius belluæ *arbores* satis *proceras* aliquando progerminare. Verè sic est, ut *Eccles. XLIII. 26.* ait. Unde autem *arbores in dorso? ex suo seminio.* Vid. *Kircher. L. III. Magnet. P. V. c. 3. p. m. 631. seqq.* Cumq; *arbores* istæ ad debitam creverint magnitudinem, imò *floruerint*, necesse est, ut suam quoq; habuerint *circulationem*, non secus ac animalia, qua de eruditè disserit *Hesperus noster*, Amicus venerandus, in *dissert. botan. de plant. Gottorpiens. ann. 1655.* Vid. etiam mirabilem *barbarorum* insertionem apud *Curt. L. VI. c. 5. L. IX. c. 1.* Conf. *Gorop in Indo Scyth. p. 485. Carol. Clus. L. II. exot. Münster. L. IV. Cosmogr. c. 2. Mandelsloh. epist. ad Olear. script. & an. 1645. edit. & Curt. Varior. p. 621.* & miraberis *circulum* in *plantis* paucis adhuc notum. *Circulatio in plantis.*

§. 2. Proh! quàm suaviter somnias, quàm bellè nugaris! Pausa, amice. Omnia, quæ nunc *vetustissima* creduntur, *nova* fuêre: hoc quoque *inveterascet*, & quod hodie *exemplis* tuemur, inter *exempla* erit. *Tacit. L. XI. Annal. 24.* Absurdum planè videtur *embryonem*, *Th. Bartholin. C. VI. h. 100.* *mulam*, *Nierenb. L. VI. H. N. c. 2.* *ac vitulam Sachs. de mir. lap. nat. p. m. 57.* in *utero* fuisse *pragnantem*, totam civitatem cum incolis subitò in *saxa* fuisse mutatam, *Bartholin. C. II. hist. 100.* hominem sine *lingua* locutum idem *II. objectio.* *Bysse,*

C. III. *hist.* 22. *Ann.* III. *Miscell. Cur. Germ. p. m.* 560. feminam peperisse *glirem*, *Barthol.* C. I. *h.* 10. *gallinam*, *Lyser. obs.* 6. *ad Th. Bartholin. miss.* & *piscem* fuisse *viviparum*, *Nierenb. de mirac. nat. in Europ. L. VI. c.* 41. alium *quatuor*, *S. Paulli de febr. mal.* §. 58. alium *sex* dies sine omni *pulsu* vixisse. *Bartholin.* C. IV. *h.* 42. Omnia hæc & sexcenta alia ἄπιςα videntur καὶ παράδοξα, sunt tamen vera & subtili speculatione digna. Fuit seculum, quo de *Antipodibus* doctrinam non solùm subsannabat plebs imperita, sed etiam docti & sublimes Viri *fabellæ* loco eam habebant, adeò quidem, ut *Vigilius*, *Episcopus Invaviensis*, (quem *Aventin.* L. III. *Annal. Bojor. divinarum humanarumq; rerum perquàm peritum, in Mathematicis etiam disciplinis ac profana Philosophia magis, quàm tunc Christiani mores ferebant, eruditum* nominat,) à sacerdotio depelleretur, quòd *Antipodas* pro concione asseruisset. Dari tamen eos, notum est, nec prisci nescivêre.

*Epis. ob Antipodas depositus.*

*Ill objectio. Resio.*

§. 3. Esto! dicat alius, largiar hæc. At num *vermiculi* tui post tot coctiones & alterationes resurgunt? Maximè. Si ex *lumbricorum terrestrium* pulvere *verminantibus* puerulis propinato alii nascuntur *lumbrici*, ut catè suspicatur *Sennert.* L. III. *Prax. P.* 2. *S.* I. *c.* 5. *p. m.* 213. *Henr. ab Heer in obs. oppidò rar. n.* IX. *p. m.* 137. *Sperling. de O. F. p. m.* 33. & *Dryander* noster, Amicus maximus, *Manud. ad mat. med. p. m.* 155. Nosq; hujus rei flebilem nuper vidimus tragediam. Et si ex pulverisatis ac propinatis *salamandris* & *bufonibus* alii generantur, *Borell.* C. III. *obs.* 57. quidni *vermes* in corpore humano, tot coctionibus elusis, resuscitentur? suspectus ideò mihi semper fuit *pulvis bufonum* in *hydrope*, utut eum commendent *Petræus Nosol. diss. harm.* 35. *p.* 235. *Wier.* L. III. *de præstig. c.* 35. *Solenand. S. V. Consf. med. n.* 15. *Donat.* L. VII. c. 7. *Fr. Hofmann.* L. I. *M. M. c.* 19. *River.* L. VI. *prax. c.* 6. *G. Horst. S.* 2. *ep. med. p. m.* 355. de quo in *Phrynographia* nostra *Curiosa*, σὺν θεῷ, latiùs. *Formas* enim à suis *corporibus* nunquam *avelli Kergerus L. de ferment. S. I.* prolixè probavit.

*pulv. bufon. in hydrop. suspectus.*

*plantarum resurrectio.*

§. 4. Certè plantas è *semine* suo, in *cinere* latente, resurgere, multa testantur exempla apud *Kirch.* L. XII. *Mund. subterr. S.* 4. *p.* 414. *Kerger. l. c. S.* I. *c.* 6. *p.* 50. *seqq. D. Major. dissert. de cancr:* & *serpent. petref. p. m.* 32. *Sachs Ampelogr. p. m.* 636. & *in append. p. m.* 67. *Borell.* C. II. *obs.* 21. & C. III. *obs* 71. *Vogt. Curios. Phys. c.* 2. *Borrich. L. de Hermet. Ægypt.* & *Chem. sapient. p. m.* 361. *seqq. in Act. Med. Hafn. T. I. p. m.* 78. *seqq.* utut Celeberimus *Rolfin. c.* L. VI. *Chym. c.* 3. & *Conring. L. de Herm. Med. II. c.* 7. inter *non entia Chymica* reponant, & pro *commento* vel *magica* re habeant. Audi tu doctissimum *Higmorum* admirandæ hujus resurrectionis modum acutè docentem L. I. *anat. P.* 4. *c.* 5. *p. m.* 105. Ipsa quidem planta non resurgit, sed idolum ejus seu imago explicata, ne quis habeat, quod rodat.

# CAPUT VI.

## De vermibus ubiq; in Microcosmo.

§. 1.

*Vermes ubique in homine.* *in capite & cerebro.*

NUnc pusillum perambulabimus orbem in quovis angulo hostes inquilinos digitô tibi monstraturi. Ecce in *capite* & *cerebro* apud *Holler. L. I. de morb. intern. c. 1. Joubert. c. 9. de affect. capit. Forest. L. IX. obs. 2. in schol. Avicenn. Fen. tr. 2. c. 3. &* L. III. *canon. Mont. c. 19. t. 4. anasc. morb. Montan. Consil. 39. Paraeum* L. IX. c. 22. *Hildan. C. I. obs. 16. Baricell. in hort. genial. p. m.* 135. *Conradin. de febb. malign. c.* 11. *Bonett.* L. I. *Med. Septentr. Sect.* VII. *cap.* XI. *p. m. 74. A. Sachs. Gammarol. p. m.* 275. *Duret. in Holler.* L. I. *c. 54. Bartholin.* C. VI. *h. 3. Ephem. Germ. Curios. ann.* II. *obs. 147. & ann.* III. *obs. 266. Th. à Veiga ad c. 5. L. 4. de loc. aff. Galen. Mercurial.* L. IV. *de Morb. mul. c. 12. Ganner. obs. apud Meibom. in disp. de cephalalg. Helmst. habit.* an. 1673. & complures alios.

*in pilis.* *in oculis.* *in auribus.* *in naribus.*

§. 2. In *pilis* quotidie cernimus. Vidit *Borell. C. I. obs. 23. pilos* verè *animatos.* In *oculis Lusitan.* C. VII. *curat. 63.* Σκωληκιῶντα ὦτα, ut *Dioscorid.* ait L. III. exhibent. *Galen.* L. VII. de *Med. simpl. fac. Valesc. de Taranta* L. IV. c. 30. *Gruling.* C. I. *obs. 79. Montan. Consil. 40. Ephem. Cur. Germ. T.* IV. *obs. 5. Velschius* C. III. *Miscell. med. obs. 73. Ruland. C. X. curat. 82. Bonett.* L. I. *Med. Septent. Sect.* XXII. *cap. 67. &* S. XXIII. c. 5. *Forest.* L. XII. *obs. 8. Bened. Sylvatic.* C. II. *consil. 19. Aët.* L. VI. c. 86. *Henr. à Moinichen obs. 16. Panarol. Pent.* IV. *obs. 27. Salmut.* C. II. *obs. 39. Bartholin.* C. III. *h. 96. Miscell. Curios. Germ.* T. II. *obs. 24.* in *naribus* offendit eos *Bartholin,* C. I. *h. 64. Borell.* C. III. *obs. 45. in schol. & obs. microscop. 31. Holler. ad* L. I. c. 54. *de morb. int. Hildesheim spicileg. 1. de cerebr. & capit. morb. int. p. m. 45. Bonett. Lib. cit. Sect.* XXIII. c. 4. *Trincavell.* L. IX. c. 11. *Eph. Cur. Germ. ann.* IV. *p. 35. Horst.* L. I. *obs. p. 139. Hornung. cist. med. ep.* 112. *&* 214. *Th. à Veiga Comm. ad* L. I. c. 5. *de loc. aff. Forest.* L. I. *obs. 26. & 28. in schol. Beniven. obs.* 100. *Fernel. L. V. Pathol. c. 7. Tulp.* L. IV. *obs. 11. &* L. I. *obs. 26. Alsar. Crucius de quaesitis per epist.* C. III. *p. m. 188. seqq. Conf. Bonett.* L. I. *Med. Septentrion. S.* VII. c. XI. In *dentibus Alex. Bened.* L. VI. *de curat. morb. c. 13. Dodon. ad c. 100. de abdit. Beniv. Crato L. V. cons. 8.* Curiosus *Pechlin.* apud *Bonett.* Lib. II. *Med. Septentr.* S. IV. c. 16. ( qui, recitatâ flebili historiâ, vivum horum vermium schema exhibet, ) *Th. à Veiga Comm. ad* L. I. cap. 5. *de loc. aff. & Salmut.* C. III. *obs. 32. in lingua Mont.* T. IV. *anas. morb. c. 19. Eph. Cur. Germ. ann.* VIII. *obs. 100. Smet. L. X. Miscell. p. m. 582. Schenck,* L. I. *obs. 387. in aspera arteria Athasarav. c. de tussi.*

*in dentibus.* *in lingua.* *in aspera arteria.*

*in mammis* *in mammis Ronsæus epist. miscell.* 10. *Rondelet. Hist. aquat. c. de cancr.*
*in corde.* *fluviatil. in corde Baricell. hort. genial. p.* 322. *M. Aur. Severin. L. IV. de rar. abscess. p. m.* 281. *J. D. Horst. Manud. ad Medicin. P. I. c. 1. S. 2. §. 3. p. m.* 43. *Bonett. L. II. Med Sept. S. XIX. c.* 15. *Hartmann. prax. chym. p. m.* 154. *Scholiast. ad Holler. de morb. int. L. I. c.* 29. *Zacut. L. I. Admir. pract. obs.* 130.
*in pericardio.* In *pericardio Spherer. in observ. Schenck. L. II. obs.* 194. *P. à Castro in prax. MS. citante Sachsio in ocean. Macro-Microcosm.* §. 39.
*in pulmonibus.* In *pulmonibus Aloys. Mundella dial.* 6. *Beniven. de abdit. c.* 77. *Fernel. de part. morb. & sympt. c.* 10. *p. m.* 568. *Avenzoar. Lib. I. tr.* 21. *c.* 3. *Th. à*
*in hepate.* *Veiga Comm. cit. Joach. Camerar. in obs. ad Schenck.* §. 3. In *hepate Wier. L. IV. de præstig. Dæm. c.* 16. *Bartolin. L. I. Anat. ref. c.* 14. *Schenk.* L. III. *obs.* 33. *Sect.* 2. *Hildan.* C. I. *obs.* 10. *Borell.* C. III. *obs.* 33. *Ephem. Erudit. à Nitschio vers. T. IV. p. m.* 85. *seqq. Crato L. VI. ep.* 34. *Jonston. Thaumat. nat.* Cl. VIII. *c.* 24. *a.* 1. *Stoltz apud Greg. Horst. ep. med.* S. XVIII. *p. m.* 501.
*in vesicula fellea.* *Eph. Cur. Germ. T. I. obs.* 50. In *vesicula fellea Hildan.* C. I. *obs. chir.* 60. *Mercurial. L. IV. de morb. mul. Ephem. Erudit. à Nitschio vers. T. IV. p. m.* 85.
*in renibus.* In *renibus Fernel. de part. morb. & sympt. L. VI. c.* 10. *p.* 568. *Bartholin. L. I. Anat. reform. c.* 17. *p. m.* 116. *Gerh. Blasius P. VI. obs. med.* 12. *Vid. Vidius Lib. X. c.* 14. *de curat. membror. Fontech. Med. Christ. specul. p.* 417. *Tulp. L. II. obs.* 49. *Eph. Cur. Germ. an* III. *obs.* 261.
*in vesica.* De *vermibus in vesica* natis lege *Güldenklee L.* III. *cas.* 38. *Joh. de Muralto in Dec. II. anni I. Miscell. Curios. obs.* 104. & per *meatum urinarium* exclusis *Decur. Misell. Cur. allegat obs.* 77. *Bonnet.* L. III. *Medic. Septentr. S. XXIX. c.* 31. 32. *Olig. Jacob.* PP. Hafniæ *T. V. Act. Med. Hafn. obs.* 105.
*in ventriculo.* *J. Matth.* Heß *Cas.* 3. *observ. Med. p.* 130. *Salmut.* C. I. *obs.* 49. *in Ventriculo Schenck.* L. III. *obs.* 205. *Sect. I. Scholiast. Forest. L. XXI. obs.* 26. *Bartolin. C. IV. h.* 77. *Eph. Cur. Germ. ann. IV. obs.* 38. & 80. *Solenander. Cons. Med. S. V. p. m.* 490. Putat quidem *Geilfusius L. II. inst. med. c.* 6. cum *Forest.* L. XVIII. *obs.* 19. *in schol. vermes in ventriculo* non reperiri, nisi istùc irrepserint, sed respondet *Sennert.* L. II. *Inst. med.* P. II. *c.* 9. *p. m.* 256. & *Donat. L. IV. H. M. c.* 26.
*in intestinis* *in intestinis Schenck.* L. III. *obs.* 79. 194. *S. I.* Quoties perforârunt ista cum *ventriculo? Æginet. L. IV. c.* 57. *Avicenn.* L. III *fen.* 16. *tr.* 5. *c.* 1. *Paræus L. XIX. c.* 3. *Bonet.* L. III. *Med. Sept. S. II. c.* 7. *Eph. Curios. Germ.* T. I. *obs.* 145. *seqq.* & in *append. ej. Tom. p. m.* 35. *Hipp.* VII. *epid. t.* 105.
*in umbilico.* *in umbilico Höchstetter L. V.* P. II. *Decad.* 6. *Zacut. Lusit. pr. adm.* L. II. *obs.* 33. *Plater.* L. III. *obs. p. m.* 831. *Borell.* C. I. *obs.* 40. *Sennert.* L. III. *Prax. P.* 4. *c.* 4. *Frid. Hofmann.* L. I. *M. M. c.* 19. *p. m.* 326. *Forest.* L. II. *obs.* 35. *in schol.* & L. XXI. *obs.* 26. & L. VII. *obs.* 75. *Omnibon.* L. IV. c. 13. *Trincavell.* L. IX. c. 11. *Schenck.* L. IV. *obs.* 261.
*in utero.* In *utero Autor de morb. mulier.* L. II. *Harmon. Gynæc. c.* 25.

c. 25. *Schenck*. L. IV. *obs.* 312. *Bartholin*. C. I. *h*. 89. *Eph. Cur. Germ. obs.* 75. *ann*. VIII. *Panarol. Pent*. IV. *obs*. 12. narrat, fœminam quandam quolibet mense sine ullo labore quàmplurimos *vermes mensium locô* excrevisse. In *vasis spermaticis Mercurial*. L. IV. *de morb. mul. c*. 1. *in testibus* *Plut*. L. VIII. *symp. qu*. 9. *in inguine Schenck*. L. V. *obs*. 59. *Fallop. de tumorib. p. n. c*. 4. *Plater*. L. III. *obs. p. m*. 831. *Tulp*. L. III. *obs*. 12. *in ano*, *Bertrut*. *Tr*. 5. S. III. c. 3. *Joh. à Jessen in obs. in malleolis & pedibus Lang*. L. II. *ep*. 42. *Plut*. L. IIX. *Symp. qu*. 9. *Borell*. C. I. *obs*. 28. *Remig*. L. III. *Dæmon*. c. 1. *in vasis spermaticis. in testibus. in inguine. in ano. in malleolis & pedibus.*

§. 3. Est in *Brasilia*, peculiare *vermium* genus semicubitum oblongorum, qui in *plantis* pedum, in modum globuli fili duplicati, conglomerati jacent & mordicant, quosq; singulari artificiô, sc. exiguâ *trochleâ*, extrahere norunt incolæ. Si verò *disruptus* seu *laceratus* aliquis extrahitur, mortem infert certissimam, ut bonâ fide mihi retulit Vir ἀξιόπιστος & αὐτόπτης *Dn. Petr*. Lützen / *Senator & Capitaneus Christiani-Hafniæ Danorum*, *Amicus Colendus*. Conf. *Miscell. Cur. Germ. ann*. IV. *obs*. 174. (ubi tamen aliter notavit *Lachmund*.) & inprimis *Guilielm. Pison*. L. III. *de Med. Brasil. c*. 22. Valde etiam memorabile, quod *J. Albert*. à Mandelsloh *in epist*. ad *Olearium* script. & *Slesvici* an. 1645. *edit*. de civitate Indiæ, Kamron dicta, *p. m*. 4. *c. f*. his verbis refert: Auch ist das Wasser sehr ungeschmackt / und ungesund / machet vielen Leuten Haar-Würme / etliche Ehlen lang / zwischen Fell und Fleisch wachsen / und stirbt auf den Holländ- und Englischen Schiffen daselbst das meiste Volck. *bisz fingerlang. alia.*

§. 4. In *dorso* & *spina dorsi vermes* tibi sistent *Sennert*. L. II. *Prax. P*. 2. c. 24. & L. II. *inst. med. P*. 2. *c*. 9. *p. m*. 256. *Fr. Joël L*. X. *Prax*. S. III. *art*. XI. *p. m*. 559. *Forest*. L. VIII. *obs*. 15. *in schol*. *Borell*. C. I. *obs*. 80. *Sebiz*. T. II. *Specul. Med. pr. P*. VI. *c*. 34. *p. m*. 1339. *seqq*. *Ephem. Curios. Germ*. T. II. *obs*. *Dudithius in epist. ad Wencesl. Raphan*. Nec est, quòd Cl. *Mœbius* L. II. *Inst. Med. P*. 2. *c*. 14. *p. m*. 138. cum *J. Theod. Schenckio exercit. anat*. L. I. *S*. 2. *c*. 3. *p. m*. 213. & *Frid. Hofmanno* L. I. *M. M. c*. 19. *p. m*. 344. existimet, non esse *vermes*; sed *recrementa* viscola, & in cutis poris condensata. In *partibus musculosis* vidit eos *Scholtz epist*. 27. & *Sennert*. *Lib*. II. *Inst. med. P*. 2. *c*. 9. *c. f*. *in sanguine Kircher*. *Art. M. luc. & umbr*. L. X. *P*. 2. *c*. 8. §. 15. *pragm*. 2. *p. m*. 832. *Plin*. L. XXVI. *c*. 13. *Rhod*. C. III. *obs*. 61. *seqq*. *Sachs*. *in ocean*. *Macr. Micr*. §. 139. *Schenck*. L. III. *obs*. 15. *Lang. disp. de morbillis* §. 57. *Rod. à Castro de febr. puncticul*. S. I. §. 15. *Ephem. Curios. Germ*. T. I. *obs*. 50. *in schol*. & T. II. *obs*. 154. Experientissimus D. D. *Sim. Paulli L. de febb. malign*. & *in Botanic. quadrip*. C. III. *p. m*. 342. cum *Cl. Schockio L. de ferment. c*. 25. *p. m*. 450. impugnat quidam *Kircherianam* de sanguine malignè febricitantium ordinarie ver- *in dorso & spina dorsi. in partibus musculosis. in sanguine.*

rie *verminoso* experientiam *L. de peste P.* II. *p.* 240. At ideone atrô carbone notandus, quinq; hispidas, setosas, hirsutas &c. salis volatilis figuras etiam *animatas* statuerit? Ita, *mi Paulli*, sunt corpuscula maximè salina, quæ μιάσματα dicimus modò cum *Paullini animata* ea dixeris. Vid. infra cap. IX. §. 6. *Borell.* C. III. *obs.* 4. insecta *balaniformia* in *sanguine* humano, tanquam in rubro Oceano, natantia vidit, siphonibus retrò capita instructa, quîs eructabant sanguinem. *Renodæus* L. III. *pharm. c.* 33. sectâ brachii venâ, *vermem* palmi longitudine erupisse cum *sanguine* refert. In *urina* observavit *vermes Solenander S.* 5. *Cons. Med. p.* 488. *Rhod.* C. III. *obs.* 35. *Eph. Cur. Germ. ann.* IV. *obs.* 156. *Pacheq. apud River. obs.* 40. *commun. Bartholin. L.* I. *anat. Ref. p. m.* 131. & C. I. *h.* 89. *Bonnet. L.* II. *Med. Septentr. S.* XIX. *c.* 15. & S. XXI. c. 1. *Cardan. ad aph.* 76. *Mont. L.* IV. *c.* 19. *Paræus L.* XIX. *c.* 3. *Tulp. L.* II. *obs.* 50. *seq. Mœb. Fund. Med. Physiol. c.* XVII. *p. m.* 442. *Plater. L.* III. *obs. p. m.* 844. *Cur. Germ. Miscell. T.* I. *obs.* 50. *in schol. Henr. ab Heer in Spadacren. c.* 8. *Salmuth.* C. I. *obs.* 49. Et annon *Myssenbruchius semen humanum animalculis* multorum generum repletum vidit, idque verissimum esse *Vollerus* postea dixit *Th. Bartholin. F. PP. Hafn. Vid. T. V. Act. Med. Haffniens. obs.* 7.

*in urina.*

*in semine humano.*

§. 5. En! amice Lector hos ego saltem, aliud qs. agens, observavi quot latent occulti? Quantum enim est quod nescimus! Salsè interdum jocamur: Der Kerl hat einen Wurm / er wurmt: Profectò seriò dico, & candidè dico: *omnes omninò homines vermes nutrire in suis corporibus.* Ὁμόψηφον habeo Virum omni elogio majorem *Kircher. de pest.* S. II. *c.* 4. *p.* 240. licèt non singuli similes sint *opilioni* isti *verminoso*, quo de *Nestor meus* II. *Vol.* III. *act. Med. Hafn. obs.* 11. vel *cubicularii* istius *vermibus l. d. obs.* 56. Laudo sagacitatem mulierum in Gallia, rectè sibi persuadentium, *omnes pueros laborare vermibus*, notante *Riverio in obs. communic. à Pacheq.* 57. *p. m.* 308. Causam ingeniosè reddidit *Magnus Kircher. Mund. subterr.* L. XII. *sect.* 2. *c.* 1. *p.* 357. quod frequenter *lacte* vescantur. Hoc autem *vermibus* omnino scatet, qui ex *seminio*, vel *alimento*, à vaccis & nutricibus assumto, orti, unà cum chylo in ubera earum derivantur.

*omnis homo habet Vermem.*

§. 6. Hisce & similibus exemplis motus *Aug. Hauptmann.* fertile ingenium, *in epist. prælimin. tr. de viv. mort. imag. edend. ad P. J. Fabrum ann.* 1650. *in* 8*vo edit.* & *in epist. ad Athanas. Kircher. eod. anno excus. in tr. de therm. Wolckenstein.* & *in* peculiari *libello* (quem tamen nunquam vidi,) intrepidè asserit; *mortem naturalem nihil aliud esse quàm substantiam verminosam* seu vermiculum insensissimum, qui (è suo seminio) in subtilissimo excrementi genere minutum corpus assumit, & tenaciss-

*an mors naturalis sit Vermis?*

nacissimæ vitæ est, quia ex constantissimi principii excremento, *salinô* putâ, eandem capit. Hanc controversiam hîc quidem non facio meam, magis tamen mihi arridet, quàm *Arist.* somnium *L. II. de gener. anim. c. 1.* & *Galeni* delirium *L. XIV. U. P. c. 11. peccati stipendium mors*, Rom. V. 12. quid autem istud *propriè* fit, quod omnibus & singulis τὰς παμφάγους ὀδόντας infigit, (ut *Agapetus Diacon.* apud *Justinian. Imp.* loquitur,) est quæstio sublimiori ingenio digna. Viden', ubi latitent *vermes*, eorumvè *semina* & *excrementa*, quæ ut declinemus, parùm cati sumus.

## CAPUT VII.

## De vermibus, justissimi Dei flagellis.

§. 1.

Miraberis mecum justa Dei judicia & gravissima supplicia plerunq; per *vermes* exercita. *Herodes Ascalonita* γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξεν. *Act. XII. 23.* Add. *Joseph. L. XIX. A. J. c. 2. & de B. J. c. 4. Nicephor. L. II. H. E. c. 13. Cluver. Hist. univ. p. m. 234. Bartholin. de morb. bibl. c. 23.* quod etiam de *Juliano*, Juliani *Apostatæ* avunculo, *Socrates L. V. c. 7.* de *Antonio Meligalo Arnold. Ferron. in Francisco I. sub init. L. VI.* de *Antiocho Epiphane* Syro II. *Maccab.* IX. 9. de *Maximino Euseb. L. IIX. H. E. c. 28.* de *Hunnerico*, Vandalorum Rege, *Mich. Sachs. Chron. P. II. p. m. 18.* de *Illustrissimo* quodam *Donat. L. I. M. H. c. 5.* de *nobili Walter Temp. histor. n. 267.* & de *aliis Petrarcha Lib. II. de remed. utriusq; fort.* ac *Ursin. acerr. philol. L. III. §. 24.* recensent. *Herodes* σκωληκόβρωτος. *& alii.*

§. 2. Justissimus Zebaoth *Judæ* & *Israëli* excidium denunciaturus inquit *Hos.* VI. 12. ero Ephraimo quasi *tinea*, & domui Judæ *qs. putredo*. Rebelles *Judæos* puniit *mannâ verminosâ. Exod.* XVI. 20. Novimus, quosdam ex Naturæ principiis demonstrare voluisse, quî βρῶμα istud πνευματικὸν I. Cor. X. 3. *verminari* potuerit, sed hoc est *candens ferrum* non forcipe, verùm *digitis contrectare. S. Chrysost. hom. 5. in I. Cor.* Unam eandemq; fuisse *Mannam* Israelitarum & nostram officinalem, *Valles. Phil. sacr. c. 57. p. m. 361. seqq. & Lemn. herb. bibl. explic. c. 3.* defendunt. At, licèt magnam permittamus similitudinem, major tamen occurrit dissimilitudo; utramque pulcrè delineant *Sebiz. L. II. de alim. fac. p. m. 297. seqq. Densing. diss. de Manna §. 78. seqq. Sennert. L. IV. Phys. 8. Kekermann. L. VI. Phys. c. 10. Martin. in Lex. philol. & Zeiler. C. V. epist. 358. C. IV. qu. 30. p. 151.* Murmurantes *Israelitas dracunculis* excruciavit Vindex scelerum. Eos adeò *malignos* divinat *Licet. L. III. de spont. vivent. ortu* c. XI. ut eorundem membra crudeli- *manna verminosa.* *dracunculi Israelitarum.*

 ter

tes *eroserint*, *erosa inflammârint*, *inflammata dolore vexârint*, ab effectû deniq; morboso *ignei* denominationem traxerint. Quam opinionem cum Excell. *Bartholino L. de morb. bibl. c.6. p. m. 31.* lubens amplector. *planta Jonæ Verminosa.* plantam *Jonæ*, seu *cucurbita* fuerit, vel *hedera*, aut *ricinum*, abrupit *vermis*, si Theophylacto credimus, *eruca*.

§. 3. *Juditha*, admirabilis Heroina, gentibus cladem expositura ait c. XVI. 21. Deum corpora eorum afflicturum *igne* & *vermibus*. Idem populo suo animum additurus, ne pertimescat inimicos suos, spondet: *tineas* eos esse exesuras uti *pannum Es. L. I. 8. Eccles. VII. 19. Seneca dolores* *podagra Verminosa.* *podagricos* nervosè explicaturus ait *L. de vit. beat. c. 17.* remedia podagræ meæ compono, contentus, si rariùs accedit, & *minùs verminatur. Mar-* *& aures.* *tial. L. XIV. ep. 23.* molestissimam *aurium pruriginem* eâdem voce exprimit sic enim:

Si *tibi morosâ* prurigine verminat *auris*,
*arma damus tantis apta libidinibus*.

*& fœmina.* Et fœminæ, dicente *Heinsiô, Exercit. sacr. p. m. 291.* dicuntur *verminari*, *Jesus Vermis.* cùm imminentes *partûs dolores* sentiunt. JESUS sævissimos suos cruciatus publicè declarans queritur Ps. XXI. 7. se esse *vermem*. Scio quid de hoc *verme* disputent Critici, quòd scilicet non fuerit *lumbricus*, sed *Theolaath*, Scharlacks-Wurm / *vermis ex grano ilicis coccigera* (de qua *Quiqueran. apud Clusium L. I. rar. plant. c. 16. Plin. L. XXI. c. 8. Dioscorid. L. IV. c. 43.* *error Schindleri.* *Bellon. C. I. obs. 17.* prolixè agunt,) natus. Vid. *Schindler. Lexic. hebr. p. m. 1974.* Qui verò *purpuram* cum *coccino* malè confundit. *Purpura* est conchæ genus in mediis faucibus liquorem illum habens, tingendis vestibus expetitum, *Plin. L. IX. c. 36.* At *coccus* est fruticis genus. Nec naturæ tantùm ratione, & materiæ, sed etiam ipsô *colore* & usu differunt. Quare quis mirari posset, quòd *chlamy*, quam *Matth.* XXVII. 28. vocat *coccineam*, *Marc. c. XV. 17. & Johann. XIX. 11.* appellent *purpuream*. At hic nodus solvitur, si dicamus latiùs *purpurei* voce usos esse *Marcum* & *Johannem*. Nec desunt ejus acceptionis exempla apud classicos Autores. *Vid. G. J. Vossii Etym. p. m. 144.* Add. sîs *D. Henr. Mülleri de JESU patiente not. 36. Jobus* c. XXIV. 20. caducam impiorum gloriam & gaudium *vermi-* *cruciatus inferni Verminosi.* *nosum* fore divinat. Imò ineffabiles damnatorum cruciatus cum *verme nunquàm moriente* comparantur. *Es.* L XVI. 24. *Marc.* IX. 44. 48. *Eccles.* VII. 19. Sic apud *Virgil. L. VI. Æneid. ℣. 597. seqq. & Ovid. L. IV. Met. f. 13.* tales cruciatus depinguntur per *vultures* utrinq; assistentes, qui *Tityi* jecur fodiebant. Quam fabulam *Homerus* confinxisse videtur, (ait *P. Ravanella Biblioth. sacr. P. 2. p. m. 810.*) ut quidam censent, quòd à Patribus accepisset, esse *vermem*, qui nunquàm moritur, *rodentem* conscientiam, ita ut *vermem* mutârint in *vultures*. Nam apud antiquissimos patres,

etiam

etiam ante *Esaiæ* tempora, locutionem illam de *verme rodente*, eô, quô diximus, sensû usitatam fuisse, verosimile est. *Cæl. Rhodigin. L. X. c. 14.*

# CAPUT VIII.

## De abstrusis morbis à vermibus ortis.

§. 1.

NUnc *morbos* etiam scrutabimur *abditos* sanè & *stupendos*, quorum fabri erant *vermes*. Videbimus, quàm multos *occiderint*, Medicis ne suspicantibus quidem tantum nefas: quàm multi contrà, iis à *Natura* vel *Arte* expulsis, mirabiliter fuerint *servati*, ut lucem fæneremur thesi infrà proponendæ. *Vermes abstrusorum morborum fabri.*

§. 2. Lutetianæ puellæ in vico Delphino, annor XII. curatis *variolis* (malè fuerunt curatæ, cùm nihil aliud sint, quam *animatæ putredinis soboles*,) *tantus capitis dolor* supervenit, ut (bone Deus!) *trium mensium spatio nec dormire* potuerit, nec *requiescere, nullas dolore inducias concedente*. Tandem cùm *tabida* obiisset, *statim apertô craniô deprehensa fuit universa cerebelli substantia* in dextro, à reliquo corpore sejuncta, *nigrâq́;* tunicâ involuta. Ruptâ *tunicâ* nigrâ *vermem vivum pilosum duobus punctis splendidis locô oculorum* viderunt *ejusdem ferè molis, quâ reliqua cerebelli portio*, qui duar. horar. spatio supervixit. *Bartholin. C. I. h. 64.* Ancilla Cimbrica *diu capitis doloribus enervata*, cum forte reclinatô capite rhedæ incumberet, alius autem, ipsa insciâ, baculo fortiùs rhedam percuteret, statim *fractum cranium* dissiliit, *innumerabilibus Vermiculis* prodeuntibus. Alia *diuturnô* quoq; *capitis dolore* tentata, cùm pavimentum heri sui scopis purgaret, & fortè fortuna quidam januam opinione citiùs in caput ejus aperiret, eandem mortis aleam subiit. In Scania rustica fœmina *caput sæpè dolebat, dolore toties remittente, quoties vermes, caudâ bifidâ, colore albô, magnitudine grani siliginis per aures exibant. Bartholin. C. VI. h. 3.* Stockholmiæ mulieri in caput retrolapsæ cranium diffractum per magnas rimas *locustarum germinantium examen* ostendit, quæ *ingentes anteà capitis dolores* fecerant, ipsumq́; *cranium ad fragilitatem istam exederant*, referente *D. D. Reiselio, Consil. & Archiatro Stuttgardianô, Amico honorando.* Nobilis Norvvagus *lue vereneâ* laborans tàm *immani capitis dolore* comprehendebatur, ut non solùm *deliraret*, sed etiam *sævis convulsionibus animiq́; deliquiis crudeliter constrictus* fuerit, quod gravissimum symptoma *nullis penitus internis medicamentis* cedere voluit, donec tandem *empl. ran. Vigon. cum mercurio* temporibus applicaret Medicus Bergensis *D. Treubler.* ubi *miraculi instar dolor recessit* & nunquam rediit. *Dolor capitis acutissimus.*

*Bartho-*

*Bartholin.* C. III. *epist. med. 55.* Alius, *eâdem lue* infectus, etsi probè curatus videretur, tamen *longô ac diuturnô capitis dolore, nullis remediis cedente*, affligebatur. Tandem apertô craniô sub eo inventum suprà duram matrem nigriusculum quid *instar gurgulionis*, qui *vermis cùm auferretur, cessavit dolor*, nec amplius rediit. *Forest. L. VII. obs. 9. in schol.* Annon autem genuina *luis venereæ* causa *Vermiculi?* annon ☿ *pestis eorum?* vid. nos *infrà c. IX. §. 16.* Capitanei cujusdam servus annor. XXIII. percipiebat *exquisitissimos capitis dolores*, maximè in sincipite, qs. *aliquid cerebro inesset, quod rodendo ipsum vellicaret.* Dicebat autem, se omninò existimare, *vermes* esse *convolutos, & ex motu eorum ejusmodi cruciatus se percipere.* Nec fefellit eum suspicio. Expulsi sunt enim *plurimi. Hildesheim. Spicil. I. de cap. aff. p. m. 41.* Vetula Biterrensis post *ingentem hemicraniam* 40. *vermes ascaridiformes per nares* emisit, & sic curata est. *Borell. C. IV. obs. in epilog.* Ancillæ *acerbè longeq; ex capite dolenti, neq; ullis remediis adjutæ* tulit tandem suppetias *vermis è naribus* prorumpens, longitudine medii digiti. *Tulp. L. IV. obs. 11.* Nobilis Virgo *continuis capitis doloribus* afflicta, variisq; frustrà tentatis, pilulas devoravit, & *quinq; vermibus, erucis similibus, ejectis*, sanata est. *Salmut. C. II obs. 51.* Nobilis quidam Danus in templo Hagestedano sepultus, *dolore capitis confectus* fuerat à *verme* longo, qui ex *naribus* mortui prodiit, & tumbæ ferali suâ pyxide inclusus servatur in tumulo. *Th. Bartholin. L. de Med. Poet. p. m. 24.* Pluscula hujus rei exempla vid. *apud Plater.* L. III. *obs. p. 830. Bonett. L. I. Medicin. Septentr. S. V. c. xi. & Sect. XXIII. c. 5. nec non Sect. XXIV. c. 16. in schol. D. Luc. Schrökl. Schenk. L. I. obs. 35. 77. seqq. Hildan. C. I. obs. 8. Greg. Horst. in epist. med. S. XVIII. Donat. L. IV. H. M. c. 26. Rhod. C. I. obs. 74. Ronsæum epist. X. in Eph. Cur. Germ. ann. II. obs. 147. & in Decur. II. Miscell. Cur. ann. I. obs. 99. in schol.*

*stupenda convulsio & contractio faucium &c.* §. 3. Puella XIV. annor. in *collo constrictionem* sentiens, multis *frustrà* adhibitis, tandem in ipso paroxysmo, instante *suffocationis* periculo, advocat *Tonnerum*, Med. Ulmens. qui ægram offendit erectam in lecto sedentem, & querulam de *ingenti contractione faucum*, sibi, respiratione interceptâ, moriendum clamantem, nî subitò subveniatur. Conspicuus etiam aderat *motus convulsivus utriusq; brachii & cruris*, modò *dextrum brachium*, modò *sinistrum ad pectus*, modò *dextrum crus*, modò *sinistrum magnâ violentiâ ad nates usq;*, invitâ ægrâ, qs. *funiculis* alligata, alternatim reflectebantur. *Oblongis* tandem *vermibus*, cum vitiosis humoribus excretis symptomata remiserunt. *Thonner. L. II. obs. p. m. 94.* Conf. *Dec. II. Miscell. Curios. ann. I. obs. 120. & Bonet.* L. I. *Med. Septentr. S. XV. c. 5. p. m. 133. &* L. III. *S. 16. c. 4.*

*catalepsis & lingua peregrina.* §. 4. Alia 13. annor. *variis symptomatibus & catalepseos* specie laborans, *tribus idiomatibus* peregrinis, cumprimis *gallico*, quod tunc temporis

poris non adeo perfectè callebat, sine hæsitatione loquebatur. Tandem post *multorum alexipharmacorum usum vermis mirandæ formæ ore exclusus est, & symptomata desierunt.* Vid. *analect. ad Miscell. Cur. Germ. ann. IV. p. m. 303.* Alia octennis *eodem morbô* correpta *septem diebus nihil hauserat* præter Jus pulli, in quo portulaca decocta fuerat; Jacebat *pallida, muta, sine sensu & motú graviter respirans.* Tandem mater ex melle glandem injecit, & ægra sine sordibus 42. *vermes rejecit*, sibi feliciter reddita. *Schenck.* L. I. *obs. 107.* Italus quidam, nunquam in *Germania* versatus, ac ne per somnium quidem *germanicam linguam* callens, tamen *germanissimè* loquebatur. *Vermibus autem excretis, morbus cum lingua evanuit. Cardan.* L. VIII. *de Var. rer. c. 43. Conf. Zacut. Lusit.* L. III. *pr. admir. obs. 222.*

§. 5. Civi Uratislaviensi *febricitanti* post quintum paroxysmum *lingua subitò intumuit admodum*, & *nigrore infecta* visa est. Aperitur vena sub eâdem, mox *vermiculus* vivus prorupit & post aliquot guttulas sanguinis alius paulò major, (cujus iconem exhibent *Collect. Eph. Cur. Germ. ann.* VIII. *obs. 100.*) *quô rejectô convaluit.* *lingua tumor.*

§. 6. Nobilis *desperatâ phtisi diu* pressus tandem fatis cessit. Ex *ore naribusq;* defuncti *innumeri* prodibant *vermiculi, rubrô capite*, cunctis stupentibus. *Bartholin.* C. *I. h. 46.* Alius etiam pro *tabido* habitus, *vermibus expulsis, curatus est. Borell. C. I. obs. 90.* Senatoris cujusdam filiolus decennis pro *phtisico* à parentibus & famoso Medico diu habitus, tandem ad me defertur. Metuebat pusio, quod alii prædixerant, lethum. Quare, re altiùs expensâ, confide, ajebam, mi fili, cape hunc pulverem, & lustra excreta tua. Miraberis consalinos. Paret: cumque *incredibili phlegmatis copia ultrà centum rejecit vermes fædissimi coloris, adhuc pancraticè valens.* *phtisis.*

§. 7. Princeps quidam valetudinarius *gravissimè* decumbens *exercitatissimos undiquaq;* convocabat Medicos. Propinabantur *generosissima* remedia, *nullô sequente levamine.* Tandem *tyro* artis nostræ, Archiatri principis amicus, asseruit, se legisse, *vermis quoddam genus cordi nonnunquàm innasci,* quod solô *alliô* manè sumtô necaretur. Seniores exsibilant tyronem. Morbus acquirit majores vires. Summa: Princeps moritur. Apertô cadavere scrutantur abditam morbi causam, & ecce! deprehendunt *vermem album præ acutô rostellô eôq; corneô præditum, cordi adhærentem.* Conjicitur in mensam, adjectô in circulum *allio.* Torquet se mirificè; tandem verò *allii* nidore victus succumbit. *Schenck. L. II. obs. 194.* Gebhard Mejer quadragenarius, cùm *diu malè* habuisset, & plurimis medicamentis, ipsisque *acidulis Pyrmontanis incassum usus* fuisset, de improviso sanitati restitutus est, *tæniâ in rotundum glomum* *morbus oeculum.*

*convolutâ*, *& per posticum emissâ.* *Lr. Brechfeld in Act. Med. Hafn. Vol. III. obs. 71.*

*colica.* §. 8. Puella triennis *diu*, at *frustrà*, pro *colica* tractata, tandem, *rejectis vermibus*, integrè convaluit. *Thonner. L. III. obs. 4.* Nobilis Matrona *anorexia.* per aliquot annos *anorexiâ* laborârat, tandemque planè consumta erat. Sed idoneis exhibitis remediis mucosam substantiam cũ *minutis Vermiculis* excrevit felicissimè. *Mœb. Fund. Med. Phys. c. XII p. m. 205.* Honesta fœmina *Varia symptomata puerpera.* in Dioecesi *Corbeiensi*, elapsô post partum octiduô, *varia & insolita* patiebatur *symptomata*, quæ, dum crederet Medicus, à partûs difficultate provenisse, electis ad hanc rem medicamentis compescere fideliter studuit; At laterem lavit. Tandem aliud qs. agens ipsa emeticum sumsit, à quo per biduum vel *mille erucas & vermiculos diversi coloris evomuit*, *omni dolore penitus cessante.* *Conf. Ephem. Cur. ann. VII. obs. 234.* Civis Chemnicensis dies *horror.* noctesq; *intolerabili cruciabatur horrore, nullis remediis tantisper cedente.* Tandem, *expulsis per alvum duobus vermium globulis, ovi gallinæ magnitudine, subitô cessavit horror*, & patiens consuetos iterum adiit labores. *Garmann. in Eph. Cur. Ann. I. obs. 104.*

*cardialgia.* §. 9. Faber lignarius *cardialgiâ biennium gravissimè* laborans, *peritissimos* quosq; consuluit Medicos, at *frustrà*. Deniq; pituitâ *ἄνω* ejectâ, unà cum *lumbrico palmari, capite rubrô, levi, pisiformi, lanuginoso, caudâ lunatâ, quadrupede, pristinam recuperavit sanitatem.* *Schenck. L. III. obs. 216.* Alius, ob *cardialgiam & dolorem lancinantem circa umbilicum*, plures etiam consuluerat Medicos, tandem *D. Ledelius*, pract. Grunberg. præscripsit evacuans, quod illico secum aufert rusticus. Cumq; alterô lapide à civitate distaret, moræ impatiens arripit vitrum, probèq; liquorem exhaurt, putans, operationem differri eòusq; dum iter hoc esset emetitus: acriter itineri insistit, vires medicamenti motû excitatæ operatione viatorem interturbant. *Exclusô itaq, verme bicipite, digiti longitudinis, horridioris aspectûs, omnium dolorum autore, lassior quidem, sed omnimodè sanus* factus. *Ephem. Cur. Germ. ann. III. obs. 84. & 285. Act. Med. Hafn. T. V. obs. 34. Bonet. L. III. Med. Sept. Sect. V. c. 2.*

*Vagi dolores* §. 10. Juvenis quidam de *vagis dorsi & intestinorum doloribus* conquerens, inprimis de *frigore nasi*, quem proximô triduô sideratum iri casurumq; asseveranter juravit, epotis catharticis *octingentorum & octo pedum lumbricum latum* excrevit, nullô adhuc capite spectatô. *D. Borrich. Vol. II. Act. Med. Hafn. obs. 47.* Scriba quidam sensit *dolores* ventris, *dorsi*, *lateris*, *& cordis*, adeò ut non amplius *erecto corpore* incederet. Tandem meô consiliô purgans ex rad. Jalapp. sp. diat. c. rhab. & crem. Tartari sumsit, ac *latissimum diversiq, coloris vermem* excrevit, *omni molestiâ evanescente.* Adeò verum est, quod de *Jalappa* in *expellendis lumbricis latis* suis experimentis confir-

confirmant *Drawiz. de scorbut. tit. 2. p. m. 1 1 7. & Argonauta noster tr. de absinth. p. 125.*

§. 11. *Variolas & morbillos* nihil aliud esse quàm *animatam, ac innumerorum minutissimorumq;*, vel *atomorum ad instar insensibilium, vermiculorum pullulaginem*, acutissimus *Langius*, exploso Veterum errore, rectissimè docet in judiciosissima sua de *Morbillis disp. habit. Lips. an. 1660.* Adde *Zacut. L. III. pr. admir. obs. 46. Rhod. C. III. obs. 64. Borell. C. II. obs. 72. & obs. micr. 31. Bartholin. C. V. h. 20. Hauptmann. de Therm. Wolckenstein. p. m. 207. Fr. Joel. L. IX. Pract. Sect. 5. p. m. 518. Sachs. Ocean. Micr. macr. §. 149. Forest. L. VI. obs. 53. Rubeum in hist. med. exerc. 7. Schol. p. m. 107. Crat. L. VI. epist. 34. Eph. Cur. German. ann. III. obs. 28.* Rectè igitur *Grassius* ☿ ceu *singulare veneni variolici alexipharmacum*, commendat, quia hostis est *colluviej animata. Eph. Germ. Curios. ann. III. obs. 56.* Curiosam hîc narrabo historiam, positionem *Langij* bellè confirmantem. Fuit in Pomerania paucis ab hinc annis rusticæ filius, qui anno ætat. XII. *variolis* corripiebatur. Mater paupercula, ob rem domi angustam, vetulam consulit, hujusq; consilio, filio *theriac.* propinat in *aq. card. ben.* ægrumq; ad sudorem componit. Quid fit? paulò post ægrotans in universa cute *intolerabilem* sentit *pruritum:* rogat igitur matrem, ut fortiter ipsum fricet. Annuit ipsa. Pruritus augetur. Tum æger: quæso, accuratiùs inspice corpus meum. *Repit, mordet, pungit, vellicat*, & quid singula? Genitrix perlustrat nudum filii corpus, & ecce! *undiquaq; minutissimos vermiculos è poris cutis partim egressos, partim egredientes* deprehendit. Attonita vicinis rem insolitam indicatura, filium frigido aeri nudum expositum relinquit. Reversa vix spiritum trahentem invenit, qui tandem, graviore *syncope* superveniente, eôdem die excessit. Conf. *sis ann. VI. Eph. Curios. obs. 3.* Similem ferè historiam narrat *Cl. Schmidius*, Phys. Gedanens. in *ephem. cit. ann. VIII. obs. 85.* Adde *Henr. ab Heer obs. an. 23.* *Variolæ & morbilli.* *hist. curiosa.*

§. 12. Mirandos alioquin *sudores* recensent passim Naturæ Consulti. *Sudorem mellis Rhod. C. III. obs. 68. epota cerevisia, Salmut. C. II. obs. 28. viridem, Borell. C. II. obs. 56. nigerrimum, Zacut. L. III. pr. admir. obs. 73. Curios. Germ. in Ephem. ann. VI. obs. 10. vini rubri, Bartholin. C. IV. h. 61. Sachs. Ampelograph. p. m. 395. arenularum, Bartholin. C. I. h. 34. J. D. Horst. Manud. ad Medic. P. I. c. 2. p. m. 123. Zac. Lusit. L. III. pr. admir. obs. 53 urinæ, Salmut. C. II. obs. 82. atramenti Bartolin. in Act. Med. Hafniens. Vol. I. obs. 80. stannarum, Th. Europ. T. VI. p. m. 632. Lips. de D. Virg. Aspricoll. c. V. p. m. 11. Bartholin. C. VI. h. 93. croceum, Hildan. C. VI.* luteumq; ab assumto rhabarbaro, *D. Menzel. Eph. Cur. noster. obs. 78. Ann. VI. obs. 77. oleosum & pinguem, Eph. Cur. Germ. ann. VI. obs. 170. & ann. II. obs. 19. cæruleum, Eph. Cur. cit. T. VI. obs. 67. luteum lib. dict. p. m. 113. crystallisatum ibid. voluntarium Act.* *sudores miraculosi*

*Med. Hafn. Vol. IV. obs. 82. perpetuum volæ manus Ol. Borrich. Vol. V. act. cit. obs. 76. septem annorum, Tulp. L. III. obs. 42. post mortem ad quartum usq; diem, Ephem. Curios. T. III. obs. 83 & T. VI. obs 185. sanguineum, Aristot. L. III. H. A. c. 9. & L. III. Part. anim. c. 5. Maldonat. T. I. in Matth. c. 26. Fernel. L. VI. Pathol. c. 4. Tulp.* L. II. *obs. 31. G. Horst.* P. II. *obs. 15. Drexel.* P. II. *de-lic. gen. hum. c. 1. §. 3. Rolfink. Differt. anat.* L. VI. c. 62. *Donat. L. I. M. H. c. 2. Thuan.* L. XI. *hist. Bartholin. hypomn. IV. de cruc. Christ. Libav. disp. de lachrym. cruent.* §. 4. *Becker. L. I. Med. Micr. c. 5. Zacut. Lusit.* L. III. *obs. 72. Jonston. Thaumat. nat. Cl. X. c. 3. G. Fabricius* L. III. *Annal. Misnic. Th. Europ.* T. II. *p. m. 115. Mercurial. L. IV. V. L. c. 12.*

*dysenteria.* §. 13. Vir sexagenarius *dysentericus*, postmodum febre tertianâ laborans, cùm jam convalescere videretur, pulsus apparuit *intermittens*, *per tres aut quatuor dies*, cum animi angore & virium prostratione. *Causa à Medicis investigari non potuit.* Tandem *lumbricus crassitie digitum æquans*, *longitudine brachii, excretus est, & integrè æger restitutus River. C. III. obs. 3.* Puer octennis *dysenteriâ epidemiâ lethaliter* decumbens, cum cruore copioso & ramenta intestinorum rejiciebat, vires omninò collapsæ, dolores acuti, mors ante fores. Precibus tamen parentum commotus, præscribo ei elect. mollè è conf. ros. laud. opiat. conf. alcherm. c. syr. cydon. confect. Fluxus imminuitur, dolores quiescunt, somnus obrepit, cuncti sperant meliora. Sequenti die ex tamarind. Myrob. citr. rhab. & syr. rof. solut. datur potiuncula. Purgatur blandè, excretis simul *lumbricis crassis & magnis.* Do contra *vermes* specificum: expulsi *innumeri*, servatô puero, qui adhuc optimè valet. Vid. fusiùs de *verminosa dysenteria Act. Med. Hafn. T. V. obs 31. & Bonet.* L. III. *Med. Septentr. S. X. c. 17.*

*contractura. tumor ventris &c.* §. 14 Alius quinquennis, cum virium & nativi caloris jactura, *febre lenta, ventrisq; tumore*, & *subsecuta brachiorum*, inprimis *pedum, contractura*, ut neq; *stare* neq; *ambulare* amplius posset, miserè correptus, *vermibus expulsis*, ex voto curatus est. *D. Fribe, Amicus Curios. in Eph. Germ. ann. III. obs. 63.* Alius septennis *universali contractura* decumbens, *ventre immensum distento, facie cadaverosa, pedibus inflatis, manibus fœdissima scabie obductis* quondam ad me delatus obtinuit pulv. ex Mercur. dulc. CC. crud. rasp. &c. Quô solô, Dei gratiâ 73. *vermes* expuli, puerô in integrum restitutô, *Conf. Eph. Cur. Germ. Ann. VI. §. 1. obs. 136. & Bonett. Med. Septentr. L. I. Sect. XV. c. 4.*

*Pestis.* §. 15. *Pestis* causa adeò latuit in occulto, ut etiam *Jul. Palmar. de febb. pestilent. c. 17.* queratur: *inscrutabili Dei consilio cognitionem* hujus mali *nobis fuisse denegatam. Nemo enim hactenus* satis *explicavit*, addit *Sennert. L. IV. de Febr. c. 2.* Sed *Kircher. Philosophus* verè ἰσόθεος, Amicus olim optimus, in *aureo* suo *pestis scrutinio*, quod reverâ est *abstrusioris Naturæ amusium, & titubant-*

*tubantium Medicorum statua Mercurialis*, solidè evicit, *sagittas* istas *volantes* Ps. XCI. 5. *Deut.* XXXII. 21. nihil aliud esse, quàm *minutissimos vermiculos.* I nunc, livor, & cepas ede!

§ 16. Erat rusticus sexagenarius, morbo *atroci, novo*, aut saltem *paucis cognito*, à *quindecim annis* malè detentus. Locum affectum nec *digito*, nec *instrumento* tangi patiebatur. *Poterius* tandem pennulâ Oleo Mercur. imbutâ tumorem istum leviter tetigit, à *quo omnis dolor sublatus* videbatur. At sequente die redibant insultus. Admovetur potentiale causticum tumori, escharam basilic. unguent. & butyr. procurando. Quâ sublatâ *vermes pertenues, veluti pili*, prodierunt, qui scalpro attriti *tantos dolores* suscitabant, ut non licuerit ipsos forcipibus evellere, æger enim statim *humi concidebat*, unum tantùm vivum, *apis* instar *aculeo nigro* armatum extraxêre, ceteros laceratos, & mortuos. Cùmq; *vivum* istum in manum poneret Medicus, illicò momordit & *gravissimum* excitavit dolorem. Vulnere tandem persanatô lœtus ille rusticus domum se contulit. *Poter. C. I. curat. 47. p. m. 91.* De pluribus *abscessibus, tumoribus, vulneribus* & *ulceribus Verminosis* vid. *Severin. de abscessib. c. 7. p. m. 144. Dec. II. Miscell. Cur. ann. I. obs. 126. & 104. Cabrol. obs. 27. Ronsaus ep. X. Pareus L. XIX. c. 3. Fallop. c. 4. de tumor. p. n. Bartholin. C. II. h. 23. & C. V. h. 63. Donat. L. IV. c. 26. Borell. C. II. obs. 86. Lemn. L. II. O. N. c. 40. Plater. L. III. obs p. m. 831. Forest. L. VII. obs. chir. 10. Eph. Cur. Germ. ann. III. obs. 322. & ann. IV. obs. 190. Hildan. C. I. obs. 56. Tulp. L. III. c. 12.*

*morbus insolitus, atrox, novus.*

*tumores, abscessus & ulcera Verminosa &c.*

§. 17. Puella quinquennis pro *fascinata* habita, *vermiculis diversicoloribus* & *multipedibus, lumbricorum terrestrium* magnitudinem referentibus, unà cum arena, luto &c. per os frequentissimè rejectis, Oleum hyperic. compos. ceu particulari remediô, præmissis universalibus, à D. *Fabricio*, Med. Norinb. feliciter curata est. *Wolfgang. Fabricus in Disp. de signat. plantar Coroll 2. p. m. 36.* Conf. *Frider.* Käsebergs disp. inaug. *de morb. a fascino c. 1. p. m. 9. seqq. & c. V. p. 30. habit Jenæ an. 1682.*

*morbus à fascino.*

§. 18. Typographi Servestani filia *tantos patiebatur dolores*, ut omnia, quæ ore contingeret, præ dolore arroderet. Ex defunctæ corpore complures proripiebant *vermes. Salmut. C. I. obs. 26.* A Batavo quodam, post *varios dolores* & *maciem* extinctô, *vermis*, secessit *multiceps, cauda longa, cornu gemino, cancro similis, palmi longitudine. Rhod.* C. III. *obs. 66.* Novimus Nobilem, robustô corpore, in morbum, *Medicis ignotum, cum acerrimis doloribus* lapsum, & intra biduum mortuum. Ex cujus cadavere *candidi vermiculi, digiti longitudine*, catervatim prodibant Medentium inscitiam publicè coarguentes.

*dolores acerrimi.*

§. 19. Quanta multitudo puerperarum *Lips. à morbillis igneis*, ipsis der Friesel/ peremta sit, testabitur *Welschius in sua disp. An. 1655.* habita. At der Friesel unde

unde istud malum, nisi à *putredine animata?* Grandæus iste ap. *Brasavol.ad*
*Vermes ejectis multos servant.* *26. aph.* L. III. cui omnia ad funus erant parata, *vermibus* ejectis, præter omnium spem, convaluit. Idem accidit puero in Prussia, *Becker. L. I. Med. Micr. c. 12. p. 67.* & nobili Matronæ apud *Monard. de simpl. nov. orb. c. de verbena.*

§. 20. Vidisti B. L. ὡς ἐν τύπῳ autores *abstrusissimorum* & *atrocium* morborum: Juvat tamen plura subnectere παραδείγματα, *animatæ Nosologiæ* interpretamenta. A *vermibus* enim ἀφωνία, (seu rectiùs ἀναυδία,) *Zac. pr. admir.* L. II. *obs. 36.* phrenitis, *Paracels.* L. II. §. 2. Mania, *Eph. Germ. Curios. T. IV. obs. 37. Erasm. Declamat. de laud. Medicin. T. I. oper. p. 456.* Add Excell. *Bonetti Med. Septentrion.* L. I. *Sect.* 20. *c.* 4. inquietudo, *Beniven. c. 92.* apoplexia, *Zac. Lusitan.* L. II. *pr. admir. obs. 36.* incubus, *Sennert.* L. I. *pr. P. 2. c. 29.* epilepsia, *Barthol. C. VI. h. 20. Zac. Lusit.* L. II. *M. P. H. c. 17. Nic. Pisô* L. I. *de morb. cognit. & curat. c. 19. Forest. L. X. obs. 65. Gruling. C. III. obs. 74. Mœb.* L. II. *Inst. Med. P. 2. c. 12. Rhod. C. I. obs. 59. Hauptmann. in epist. ad Athan. Kircher.* & Nos multa hujus rei habuimus exempla. Vigiliæ cum ejulatu diuturnæ, *Eph. Germ. Curios. ann. VIII. obs. 36.* Odontalgia *T. V. Act. Med. Hafn. obs. 108. Bonett.* L. II. *Med. Septentr. Sect. IV. c. 13.* aurium dolor, *Panarol. Pent. IV. obs. 27.* polypus, *Monard. de Med. simpl. ultrà Ocean.* paralysis, *Salmut. C. I obs. 44.* stupenda αἱμοῤῥαγία *D. Ernst. in Dec. II. Miscell. Curios. ann. I. obs. 99. Bonett. L. I. Med. Septentr. Sect. XXIV. c. 16. Schenck.* Lib. VII. *obs. p. m. 467. Pleuritis, Rhod. C. II obs. 12. Schenck L. II. observ. 92. Gesner.* Lib. III. *epist. p. 49 Bonett. l. d. p. m. 374. Quercet. in demonstr. Herm. med. c. 5. River. C. I. obs. 5.* tussis, *Th. à Veiga Comm. ad L. I. Gal. de loc. aff. c. 5. Beniven. c. 77. de abdit. Schenk* L. II. *obs. 51. Rolfinck. diss. de tussi p. m. 115. Mœb.* L. II. *Inst. Medic. P. 2. c. 10.* cordis palpitatio, *Forest.* L. XXI. *obs. 26. in schol. Paræus* L. XIX. c. 3. syncope *Zacut.* L. II. *pr. adm. obs. 40. Bonett.* L. III. *Med. Sept. S. XVI. c 4. Schenck.* L. III. *obs. 218. Panarol. Pent. IV. obs. 29.* mammarum dolores, *Rons. ep. 10.* cancer ulceratus, *D. Giseler in Eph. Cur. Germ. ann. II. obs. 148.* fames canina, *Trallian.* L. VII. c. 4. *Donat.* L. IV *M. H. c. 2. Forest.* L. XXI. *obs. 28. in schol. Dodon. ad c. 87.* dolor Ventriculi, *Witer.* L. IV. *de præstig. dæmon. c. 16. River. C. II. obs. 6. Bartholin. C. II. h. 23. Schenck.* L. III. *obs. 78. Dodon. ad c. 85. Beniven.* deglutiendi difficultas, *Avicenn.* Fen. 16. 3. tr. nausea, River. C. I. obs. 28. *Bartholin. C. I. h. 47.* vomitus, *Mœb. Inst. Med.* L. II. *P. 2. c. 5. p. m. 183. Lemn.* L. II. *O. N. c. 40.* isq; cruentus *Decad. II. Miscell Cur. ann. I obs. 7.* Ventris dolor, *Tonner.* L. III. *obs. 1. & 2. Zac. Lusit.* L. II. *pr. admir. obs. 31.* & tumor ejusdem *Forest.* L XXI. *obs. 26. in schol.* quem etiam Nos notavimus nuper. Dolor iliacus *Forest. lib. cit. obs. 31. in schol. Dec. II. Miscell. Cur. ann. I. obs. 118. & 164. Hildan.*

*Margin notes:* ἀφωνία. phrenitis. inquietudo. apoplexia. incubus. epilepsia. Vigilia. odontalgia. aurium dolor, polypus. paralysis. αἱμοῤῥαγία. pleuritis, tussis. cordis palpitatio, syncope. mammarũ dolor. cancer ulceratus, fames canina. dolor Ventriculi. deglutiendi difficultas. nausea. Vomitus. dolor Ventris & tumor. dolor iliacus

*Hildan. C. I. chir. obs. 75.* cônstipatio alvi, *Henr. à Moïnichen obs. 16.* & fluxus, *River. C. I. obs. 28.* tenesmus, *Forest. lib. cit. obs. 29. in schol.* hydrops, *Forest. ibid. obs. 26. Bartholin. C. I. h. 90.* atrophia *Borell. C. I. obs. 5.* renum dolor, *River. in obs. commun. n. 40. p. m. 302. Sennert.* L. III. *prax. P. 7. S. I. c. 7.* δυσυρία *Schenck.* L. III. *obs. S. post* ἰσχυρία, *Schenk. l. cit. obs. 312.* Mictio cruenta. *Idem l. d. obs. 294. Sect. post* Gonorrhæa, *Borell. obs. Microsc. 53. Aug. Hauptmann. de Therm. Wolckenstein. p. m. 208.* uteri dolor & durities, *Panarol. Pent. V. obs. 33.* dolor ossis sacri, *Barthol.* C. II. *h. 79.* & pudendorum, *Gerh. Blas obs. Med. P. VI. n. 10.* nec non pubis & penis, *Eph. Germ. Curios. obs. 14.* spasmus horribilis, *Forest L. X. obs. 117. Schenkius* L. I. *obs. 217. Dravvitz de scorbuto Tit.* II. *p. m. 127.* Febres, *River.* C. I. *obs. 28. & 91.* C. II. *obs. 12. & 16. Bartholin.* C. II. *h. 33.* C. VI. *h. 29. Schenck.* L. III. *obs. 81. Hipp. IV. Epid. 23. Smet. L. X. Miscell. p. m 563. Borell.* C. III. *obs. 4. Hochstett. Dec. I. obs. p. m. 62. Sachs. Ocean. Micr. Macr. §. 139. Hauptmann. de Therm. Wolckenstein p. m. 199. & 249. Miscell. nostr Curios.* T. II. *obs. 104. P. à Castro de febr. punctic. S. I. §. 15. Heurn. de morb. capit. p. m. 55. Donat.* L. IV. *c. 26. Rubeus hist. Med. exercit.* IX. *p. m. 122. Panarol. Pent. I. observ. 41. Pent. V. obs. 15. Gr. Horst. S.* XVIII. *epist. 1. seqq.* Nosq; multa notavimus exempla, Scabies, *Borell.* C. II. *obs. 72.* & Nos crebriùs observavimus. *Cirones*, seu *acori*, Rietliesen/quid nisi *vermiculi?* quos depinxit *Aug. Hauptmann. in epist. ad R. P. Kircher. Vermes capillares* sub unguibus quantos excitant cruciatus; & sunt rêverà *vermiculi.* Breviter: Nos cum *Kircher. nostro* T. II. L. XII. *Mund. subterr. S. 2. c. 7.* omnes morbos, seu ex- seu internos *vermibus* obnoxios credimus quod tamen limitatè & sobriè accipias velim. Vid. *infrà c. XI. §. 1.* Add. *dist. de Vermibus Joh. Michaël. PP. Lips. habit. ibid. an. 1628.* Felix ergò

*alvi constipatio. & fluxus. hydrops. atrophia. renū dolor. δυσ- & ἰσχυρία. mictio cruenta. gonorrhaea. uteri dolor & durities, dolor ossis sacri. & pudendorum. pubis & penis. spasmus. febres.*

*scabies. cirones. vermes capillares. omnes morbi & externi.*

- - - - - - - *quicunq; dolore*
*alterius discit posse carere suo. Tibull.* III. *eleg. 6.*

§. 21. Ferè oblitus essem *phtiriasin*, fœdissimum morborum, quo de vid. *Schenk. L. V. obs. 170. Sim. Paulli Bot. quadr.* CIIII. *p m. 216. Amat. Lusit.* C. III. *curat. 58. Forest. L.* VIII. *obs. 15. in schol. Donat.* L. I. c. 5. *Borell.* C. I. *obs. 20.* Inprimis singulariter notandus est morbus iste *universaliter verminosus*, qui, (teste *Hulsio* L. VII. *Navig. Holland. c. 48. Conf.* T. II. *Eph. Curios p. m. 79. Nierenb.* L. XII. *H. N. c 34. & Zacat.* L. III. *obs. 94.*) incolas pariter & exteros sine ullo discrimine corripit, cùm *Minam*, Lusitanorum urbem, in medio regionis *Guineæ* præter navigant, quodq; *Hamburgi* & *Hafniæ* ab aliis fidei plenis fusiùs accepi.

*phtiriasis. morbus universaliter verminosus.*

*Hui! homunculi quanti sumus. Plaut. Rudent. a 1. S. 2. ℣. 66. & Capit. in Prolog. ℣. 51.*

*CAP. IX.*

# CAPUT. IX.

## De lue Venerea vere Verminosa.

§. I.

*κύαμοι Pythagoræ quid?*

ORaculum *Pythagoræ* fuit: *ἀπέχου κυάμων, abstine fabis.* Quid autem κύαμοι propriè sint, adhuc in schola Criticorum est pomum Eridos. Varia opinionum divortia vide sîs apud *Laert.* L. VIII. c. I. *Sebiz.* L. II. *de alim. fac. p.* 224. *Nonn.* L. I. *de re cibar. c.* 9. Nos pollicem premimus *Cl. Dn. van der Linden. Med. Physiol. c.* 7. *a.* 3. §. 28. *p.* 269. B. qui per *κυάμους sororiantium mammarum papillas* rectissimè intelligit. Sic enim olim dictas esse, testatur *Ruff. Ephes. L. I. c.* 11. Mammæ quidem summum (θηλὴ) *papilla*: ejus autem prima in pubescentibus ex sertio *κύαμος*, *faba*, nominatur. Quo tempore quia & florere Virgines, & turgere simul incipiunt. Idcirco Philosophi monitum:

Δειλοὶ, πάνδειλοι κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.
*Ah! miseri, miseri, à cyamis subducite dextras.*

*Amor quippe & melle & felle est fœcundissimus. Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usq; aggerit. Plaut. Cistell. a. I. S.* 1. ℣. 71. si qui tamen obsequi vereantur, in hosce *cudatur faba ista Terent. Evn. a. II. S.* 3. ℣. 89. Add. *Taubmann. Comm. in Plaut. Capt. II. S.* 1. *p. m.* 252.

*an lues Sulphura priscis nota?*

§. 2. Vexatissima quæstio: *an priscis fuerit nota hæc lues?* si scortatorum flagellum, quod ultrò fatebitur quisq; excessus autem detestandi amoris impurusq; concubitus cum ipsis mundi natalibus creverint, ratione *essentiæ*, cum toto *symptomatum* consortio, (ignotâ tamen *vera* ejus *causa* & *Methodo medendi*,) utiq; antiquissima erit. Quid enim ad nos nominum innovatio & multiplicatio? uti latiùs probant *Zac. Lusit.* L. I. *M. P. qu.* 53. *Joh. Lang. Vol. I. epist.* 42. *C. à Reys Camp. elys. jucund. qq.* 59. *n.* 4. *Christ. Lang. in animadv. MSS. ad Pathol. Spagyr. fabri. Campegius* Lib. II. *prax. c.* 12. *Tob.* Knobloch *de lue vener. P. I. c.* 2. Quis enim credat, Cyprios istos milites non meruisse stipendium, quorum *caro* tamen instar *carnis asinorum*, & *fluxus instar fluxus equorum*? *Ezech.* XVI. 26. XXIII. 20. O *vulva, satiari nescia! Prov.* XXX. 16. Quod verò, judiciô *Hier. Reusneri exercit. I. de Scorbut. Cons noster* III. *Epid. Sect.* 3. vivis coloribus *luem* hanc depinxerit, dubito. Satius erit cum *Sennert.* L. VI. *prax. P.* IV. c. 1. *pestem* defendere. Nihil *modò in morbo* accidit, quôd non acciderit *olim*, *Lang.* L. II. *ep.* 14. i. e. *nil novi sub* Sole. *Eccles. I.* 9. Et annon *Syracides* (qui, tempore *Ptolomæi*

*error Reusneri.*

*Ever-*

*Evergetis*, seu ducentis annis ante Christum incarnatum, vixit.) jam à 2112. annis graphicè hunc morbum descripsit? c. XIX. 3. Quî autem & quando ex India, operâ *Columbi*, delatus sit ad Europœos, notum est constatq; inter omnes.

§. 3. *Ex contagio* tantùm nasci, non *propriò vitiò*, *Sebiz.* T. II. *Spec. Med. pract. P. IX. c.* 2. cum *Sennert.* L. VI. *prax. P. VI. c.* 4. & sexcentis aliis opinatur. Ita: contagiosissima est, non, secus ac elephantiasis, (qui affectus infrà mihi iidem sunt,) quæ *μιάσματα* sua *mediatè* per *venerem, lactationem, contactum corporalem, oscula, vestes, linteamina, sordes & excrementa, putridos malignosq; vapores & exhalationes &c.* vel immediatè & *ad distans* longè lateq; diffundit. Ad distans, ajo: quis enim limitem ei ponet? quis terminum figet? Si *cancer* (quo de *Tulp. IV. 7.*) longinquè virus suum sparsit, quidnî & hæc spurcities? Dicit tamen *Panarol. Pent.* III. 1. Si meretrix post coitum *spongiæ intactæ & nunquam usurpatæ particulam* internè in vulvam immittat, non infici à morbo hoc, nec aliis, etsi inficiatur, luem istam communicare. Conf. *Zac. Lusit.* L. II. *pr. mirand. obs.* 125. *Sebiz. dissert. de contag. thes.* 122. *& Winther. disp. inaugural. de contag. pestilent. th.* 16. egregiè philosophantem de *contagio in distans.* *an tantùm ex contagio nascatur?*

§. 4. Quid autem *contagium?* hîc rhodus: hîc salta. Cl. *Willisio c.* 12. *de febrib. p. m.* 224. est *vis* ista, seu *actio*, *quâ affectus quispiam residens in uno corpore sui similem excitat in alio.* Consonat ferè *Diemerbrock. L. I. de peste c.* 10. Elegans responsum: Cl. *Dobrzenský* ideò contagium est, quia constat certo *Seminio fermentabili* apto inficere viciniam, corpus ægri ambientem. Omne autem semen peculiari gaudet odore, quem in actu fermentationis exspirat, & vicinæ parti communicat, isq; participat de *fermento*, cujus natura aptissima ad sese multiplicandum. Omnis seminis natura) dispositionibus requisitis præsentibus v. g. corpore apto, humiditate, & calore conveniente,) est, ut incipiat moveri, & vim suam, operâ *fermentationis*, exerere, subsequente hîc *corruptione ac putredine.* *Bonett.* L. II. *Med. Sept.* S. III. c. 4. Benè! *Sennerto* L. IV. *de febr. c.* 3. *p.* 333. est *μίασμα*, seu *seminium vitiosum, è corpore ægro emissum, quod in analogo corpore receptum similem in eo morbum gignere & producere aptum natum est.* Ago gratias! Excell. D. *Sim. Paulli*, Fautori olim nostro singulari, *Lib. de febr. malign.* § 11. 12. *&* 41. placêt *salia volatilia, natura temperiei corporis humani inimica.* Quem *κατὰ πόδα* sequitur *Zephyrus* noster *tr. de febr. petechial. c.* 10. *p. m.* 143. Bonum factum! *Joh. Gerb. Winther* in sua eruditissima *disp. inaug. de contagio pestilent. habit. Marburg*, an. 1677. *M. Febr. est actio, quâ corpus infectum per effluvia virulenta in alio corpore dispositio, mediante motu fermentativô, eundem affectum producit.* Optimè! *Thom. Erasto disp.* XIII. §. 8. *& epist.* 22. *p. m.* 76. *morbi contagiosi sunt, quicunq; insignem habent putredinem.* Hinc *κριτικος* *contagium quid?*

 *Crato*

*Crato* L. II. *epist. p. m. 246. contagii fomitem dicit putridam exhalationem.* Verissimum! *Kergerus Sennerti* vitulâ arat, dicens: *Sect.* III. c. 2. *p.* 215. de *Ferment.* contagium se habere *fermenti instar, quod alteri massa, non fermentata mistum facit, ut & ipsa effervescat.* Ita omninò est! *Fr. Joel T. V. prax. S. 3. p. m.* 42. contagium est *omne, quod corporali suo contactû, aut mediante spiritû, aut aere halitûq; aut fomite aliud inficit, & suam venenatam qualitatem communicat.* Et hoc concedimus. *Athanas. Kirchero,* Amico post fata etiam venerando, *L. de peste S. I, c. 7. p. m.* 60. *sordida & virulenta putredo* est unica & verissima *contagii causa.* Habet enim *Sect. cit. c. 5. p. 35. seqq. omnis putredo excellens* hoc à natura sibi insitum, ut effluendo ab infecto corpore in alterum, *mediante eâdem virulentiâ, contaminato aere, sese exoneret, & hic concepta putredine in complures alios conferat.* Est enim *putredo lenta, viscosa. maligna, cum fœtore utplurimùm conjuncta.* Omnis autem *putredo S. I. c. 7. §. 2. experim. 6. p. m.* 79. insita sibi ad *animalium generationem quadam seminaria* habet, quæ mox externo & opportuno calore in *vermium* colluviem erumpunt, *tantò* quidem *periculosiorem, quantò ipsa putredo ex peregrina & spuria quadam degeneratione virulentior est.* Et sunt hujusmodi contagiosa effluvia S. II. c. 4. *p.* 249. adeò *tenuis & subtilis substantiæ,* ut *nihil ferè sit, quod non penetrent, & tenacitate suâ conspurcent* ἔυρηκα!

*fusius expo-nunt.* §. 5. Nec ex allegatis autoribus quenquam mihi contrarium video. Siquidem contagium est *actio,* ( E. gaudet adhuc *formâ* seu *vitâ.* Hæc enim dat operari. Ἄψυχα nihil omninò agunt: ) & quidem *talis actio,* ut vel ex *unica atomo pestifera* eadem sœvissima lues vel in *aliquot millia* hominum disseminari queat. Hem, *quanta actio!* ( 2 ) est μίασμα, *νοσερὸν*, ἀποῤῥοία, σπέρμα, *inquinamentum, morbida exspiratio, seminarium vitiosum, & fermentabile, maximè corruptum, virulentum,* & à posteriori, seu effectû, consideratum, *arsenicale, mercuriale, antimoniale, napellinum &c.* ( quæ ut meliùs intelligas, vid. *disp. cit. Wintheri th.* 13.) sed *verè animatum. Sicuti enim* ( loquor ore *Sennerti* L. IV. *febr. c.* 2. ) *è corpore vivente* NB. *semen* ( dexter mihi salit oculus ) *decisum animatum* ( oho! quid amplius requirimus? ) *specie simile illi, à quo decisum, producere potest.* ( Sunt mera oracula; ) *Ita* ( haud aliter ) *contagiosus humor,* ( matrix & domicilium seminii, ) *vel vapor è corpore infecto emissus, atq; in aliud corpus receptus, similem illi morbum inducere potest.* Anima autem domicilii sui architecta, quod *Themistii* axioma insigniter illustrat *Kerger. de ferment. S. I. c. 6.) Habetq. μίασμα hoc* (quàm bellè discurrit) *se instar fermenti, quod alteri massa non fermentata mistum facit, ut & ipsa effervescat.*

§. 6. Ex

§. 6. Ex hoc *Democriti* puteo ipsam ἀλήθειαν traxerunt *D. Paulli* & *Tilingius* noster l. c. sincerissimè dicentes: *corpuscula illa minima*, seu μιάσματα, *Salia esse volatilia, sanguinem nostrum fermentantia, at visum effugientia.* Ita: sunt corpuscula contagiosa *salina*, (activa & ideò animata.) Quantæ molis enim, si μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. 1. *Cor. V. 6. Vapor autem seu halitus quid aliud*, quàm *evaporatio humoris putridi, ex innumerabilibus & insensibilibus corpusculis composita, quæ, ubi auram liberiorem invenerint, mox sese dilatando omnia circumsita virulentia contagii sui inficiunt? Kircher. l. c. p.* Addo Scholion Candidissimi nostri *Paulli de feb. malign.* § 37. postrema Sennerti verba pulcrè illuminantia. *Recipe*, inquit, *unum alterumve cochleare fecis cerevisiæ, superaffunde ipsam cerevisiam subtepidam recens coctam; annon parvam hanc illius quantitatem aut massam ilicò videbis diffluere ac diffundi, mox ab ea capacissimum vas aliquod tonnarum aut doliorum cerevisia plenum ita fermentari, ut massula ista fecis fluxa jam, unà cum cerevisia ipsâ, vase illô, quamvis capacissimô, contineri nequeat, imò superfluere eam, & ceu aquas extra ripas diffluentis coerceri non posse, interveniente nimirum ζύμα, experieris? Quin & si convasetur*, ut sic loquar, *hac nondum satis defecata cerevisia ob insignitam fecis cerevisiæ δραστικὴν facultatem, ob exiguam quantitatem salis, in fece cerevisiæ delitescentis, vasorum juncturæ, Vietoris deditâ operâ & summô studiô qs. conglutinatæ, ita sæpè hiscunt, ut omnis cerevisia per eas profluat.* Ita, Venerande Senex, sunt (inprimis) corpuscula *salina*, sed *animata*: quorum vis & actio, præter motum, potissimum consistit in diversissima minimarum particularum, queîs constant, figurâ. Prout enim variam figuram induunt, & quædam in pyramides, trigona, tetragona, hexagona &c. efformantur: ita etiam respectu harum, sunt vermiculi, seu potius atomi *verminosæ*, acutæ, hispidæ, rigidæ, hirsutæ, setosæ, hamatæ &c. & hâc ratione vel pungentes, vel scindentes, vel lancinantes, vel constringentes, sed & diversissimorum saporum, acidi, amari salsi, dulces, austeri, quorum respectû, mediante ζύμα, in corpore disposito, stupenda faciunt phænomena. In *sale omnium* viventium & hujus universi *vita salusq;*. Unde quicquid parùm habet *salis*, brevi moritur, quod de *scarabæis* notat *P. J. Faber L. III. Panchym. c. 3.* quia minùs resistere possunt *putredini* & corruptioni. Contrà cervus longævitatem suam inprimis *sali*, quod copiosum habet, acceptam refert. *Graba in Elaphogr. p. m. 48.*

*& illustratur.*

*in sale omnium salus.*

§. 7. Stat inconcussus *Helmontii* canon; *Quæcunq; situm ac fracedinem putredinemq; contrahunt, necessariò etiam vermes concipiunt.* Quò contumacior affectus, eò contumacior, Virulentior, tenacior ac viscosior etiam præsupponitur causa. Qualis enim ille, talis hæc. Gra-

*omnia putrida Verminosa.*

vlori autem corruptioni proprium eſt, ut humores fiant mucoſi, & facilè viſcoſam tracedinem ac glutinoſiſſimam tenacitatem obtineant, ut quotidie in cunctis liquoribus putreſcentibus videre eſt. Quò magis igitur liquida corrumpuntur, eò glutinoſior & pertinacior fit eorum viſciditas, (*verminoſæ* fæturæ commodiſſima matrix & acceptiſſimum habitaculum,) atq; ſuſpectiſſima & verè virulenta effluvia, ſeu *μίασματα*, vel ſpiritus fracidi, Archæum inſigniter lædentia. Quæ cùm pariter non niſi in pertinaci & viſcoſa oriantur materia, pertinaciter etiam partibus adhærent. Prout igitur humorum corruptio, ita etiam morbi, quorum varietas ex diſtinctis hiſce corruptionis gradibus promi poteſt & debet.

*unius corruptio alterius generatio.*

Cumq; unius rei corruptio (i.e. corporis naturalis miſti in minima ſua, è quibus conſtat, reſolutio,) alterius ſit generatio, (quod univerſa rerum Natura teſtabitur,) certè manifeſtum eſt, non iſtud, quod vitâ omninò privatum, putredinis nomen mereri. Quæ ſemper ad generationem, tanquam finem ſuum ultimum, & principium alterius, tendit.

*contagium à putredine.*

§. 8. Omne contagium præſupponit *putredinem*, (quicquid *Diemerbrock* L. I. *de peſte c. 8. probl. 4. & c. 10. annot. 3.* aut alii contradicant,) eamq; *gravem*, *inſignem*, *excellentem*, ut turpe ſit & abſurdum de contagio ſine putrefactione, vel neglectâ eâ, loqui velle. *Excellens* verò *putredo* neceſſariò *verminoſa* ſeu animata, quod ad nauſeam demonſtrârunt *Kircherus* & *Lang. l. c.* Ubi ergò *viva* putredo, ibi quoq; *viva μίασματα*, ſeu effluvia, aut atomi.

*omnis homo verminoſus.*

Rectè ſibi perſuaſit *Kirch. l. c. p. m. 240. hominem*, tàm *vivum* quàm *mortuum*, *innumeris* (licet inviſibilibus & inſenſibilibus) ſcatere *vermiculis*, de quibus infrà in *Jobo verminoſo* latiùs.

*reſponſio ad objectiones.*

§. 9. Non ponimus (ut quidam putant,) contagii productum (niſi *μεθονυμικῶς*) pro ejus cauſa. *In* (non *ex*) putredine, ſed *ex ſuo ſeminio* in nobis putridisq; humoribus contento (generatione æquivocâ, totius Scripturæ & Naturæ ſcandali, æternùm exploſâ,) *vermiculi* naſcuntur. Nec microſcopia prudentem facilè decipient, qui non vitro tantùm, ratione & experientiâ proſcriptâ, pueriliter credit. Quibus nutrimur, iis conſtamus. Nullus verò cibus aut potus, cum quo non hauriamus *ſemina verminoſa*, quod abunde diximus. E. iis etiam reverà conſtabimus. ἓν τὰ πολλὰ, καὶ τὰ πολλὰ ἕν. Unum multa, & multa unum, eſt vetus Sapientum regula. Hinc in homine *amarum* & *dulce*, & *ſalſum*, & *acidum* & *acerbum*, & *inſipidum*, *aliaq; ſexcenta*, quæ pro copia & viribus varias habent facultates (formasq; proprias, etſi ſub jugo ſpecificæ coercitas.) Mixtione quidem & mutuâ inter ſe contemperatione neque cernuntur, neq; hominem moleſtiâ afficiunt. *At ſi ſexcenta illa*, aut horum quicquid, *per ſe ſecernitur* (jugo ſc. animæ ſuperioris exemtum,) & *per ſe exiſtit*, *tunc conſpicuum redditur*, *& hominem moleſtiâ afficit*. Impugnat quidam Nobil.

*Redi*

*Redi Kircheriana* circa *putredinem animatam* facta experimenta, sed, ut candidè fatear non movent me ejus rationes. Hominem fuisse *Kircherum*, non nescio, ideoq; non semper ipsi assentio, sed potiùs ab experientia delusus apertè contradico. (Vid. *cap. ult.* §. *3.*) Sola mihi bona, quæ vera sunt. Et hæc cùm *plerumq;* ex *abysso Naturæ* fideliter promserit Vir ἀξιόπιστος, spretò qualitatum occultarum phantasmate, remq; suam egerit feliciter, cum *Langio* cum *errantibus Physicis Medicisq; natum* esse quidnî publicè dicam? *in præf. sup. Scrut. pest.* *Kirch. defensio.*

§. 10. Notes autem, quæso, ad fabricam corporis humani, illius, præsertim sanguinis & succi nervosi, compagem, ex innumeris & insensibilibus particulis, juxta idéam & characterem Archéo, ejus fabricatori, impressam confluxisse: hæ particulæ juxta omnes suas extremitates se invicem adeô arctâ contiguitate non complectuntur, quò minus, ob diversissimarum earum magnitudinem, figuram & situm, numerosissima relinquantur spatia, quæ, cuniculorum instar, in longum producta, *poros corporis* dicimus. Et licèt partium corporis nostri æquè solidarum ac inprimis fluidarum particulæ constitutivæ, maximè heterogeneæ & diversæ indolis sint, legitimâ tamen proportione commistæ, sub moderamine Archéi, ceu supremi Ducis, in continua, sed *æquabili*, fermentatione naturaliter versantur: hæ verò sibi invicem variè occursando & illidendo, ita tandem contemperantur, ut in justæ consistentiæ massam fibrosam atq; balsamicam, nutriendis partibus solidioribus aptam, cedant. Hæc verò, si quid exoticum, heterogeneum & non miscibile ei confunditur, statim præter modum & naturam ebullit & effervescit, qui ὀργασμὸς modò majori, modò minori impetu absolvitur, semper tamen ita, ut densissimam effluviorum nebulam os & patentia cutis spiracula eructent. Sic ex corpore contagioso innumera minimorum corpusculorum effluvia, seu *atomi verminosa*, malignitatis indolem & ἐνέργειαν exactè referentia, continuò effumant, quæ pro activitatis suæ sphæra circumcirca *velut nebulam seu halonem constituunt, & instar lanuginis in pomo persico, q. vestiunt, Willis de febrib. p. m. 225.* virusq; suum quaqua versus veluti irradiatione quâdam explicant. Μετεμψύχωσιν non ineptè dixero contagii hujus circumvectionem, & profectò quid aliud est? Valet enim non secus ac surculus ab arbore abscissus, adq; tempus sepositus, postea verò alteri trunco insertus, ex minima & vix visibili gemmula arborem ejusdem speciei & naturæ artificiosissimè producere. *atomi corporis humani.* *Sanitas continua fermentatione.* *quando ὀ. temp. n.*

§. 11. Quòd verò non omnia *æqualiter* corpora inficiantur contagiô, (ut, præter alia, Chirurgorum exemplô, in lue venerea infectis confirmatur,) explosis occultarum qualitatum nugamentis, fit ob defectum corporis dispositi. Temperies minimè in primarum qualitatum tempe- *cur non omnia corpora contagio inficiantur &*

 rie

rie subsistit, sed potius in varia & diversissima partium corporis, inprimis verò spirituum & humorum textura, κράσει & motu, pororumque diversâ amplitudine & figura, ac ex diversa minimorum corpusculorum & heterogeneorum magnitudine, figura, situ & motu resultante. Quod temperamentum pro varia mutatione harum affectionum à qualibet causa externa variè quoq; immutatur. Si igitur Archéus fortis, intrepidus, & ad concipienda μιάσματα non adeo pronus, corpus densum, pravorum humorum expers, siccum, compactum, & sanguis, ob acidi praeeminentiam, constipatus, minùs aptus eris, eò quòd seminaria virulenta horum poros non facilè penetrant, aut, si penetrent, minimè tamen noceant. Acidum enim massae sanguineae spiritibus venenosis, volatilibus alkalicis, sese fortiùs opponendo cuspides eorum hebetat & avertit, donec, finito certamine, spiculis eorum obtusis & fractis, pacis foedera ineant. Sanè vespillones & vetulae languentium famulae plerunq; & diu etiam manent immunes, eò quòd κρᾶσις eorum ab effluvio contagioso sensim ac sensim ita immutata, ut eidem fere respondeat, & spiritus corporum eorum exoticis quodammodo homogenei & familiares facti sint. Quorum verò Archéus pavidus, corpora nimis laxa, humida, vitiosisq; humoribus referta, facilè concipiunt labem, nec non illi, quorum sanguis copioso sulphure adusto aliisq; impuritatibus scatet, ut & consanguinei, quod probè notandum. Vid. *Tiling. l. c. c.* 10. At

*Elegans simile.* nimiùm ne credite Teucri! Est *enim cum seminario* (inquit Excell. D. *Paulli de febr. malign.* §. *48.*) *qs. cùm ex chalybe scintillas aliquot excusseris, quibus tamen omnibus non ignescit universus fomes ilicò, sed punctulum solum illius unum alterumvé, aliis, decem scintillis incassum intercidentibus, quorum tamen quaedam ita praeparant eundem, ut quo loci ad scintillas fovendas pridie aut heri ineptus erat, is hodie vel postridie tibi antelucanis studiis debito inserviat ad lampada ex eo succendenda*, cujus rei exemplum dabit Cl. *Willis L. de febr. c.18. p.238.*

§. 12. Quî verò deleterii & fracidi isti spiritus, μιάσματα, seminia virulenta, σπέρματα &c. tantos motus in microcosmo ordiantur & absol-

*qui contagium agat?* vant, suprà §. 6. similitudine *fermenti* perspicuè docuimus. Exoticus nempe quôvis antrô, rimâ, vel ostiolô subintrans, (cutis enim porosa, & excrementa viscerum omni momento recipit, mox massae sanguineae occupat poros, & vel dubio aut aperto Marte omnes adoritur humores, eosq; fermentô maligno impraegnat, donec omnes eorum diversae indolis particulas in ὀργασμὸν cieat. Hinc furibundus Archéus hosti obviam progressurus summa imis confundit, ingentesq; turbas & molestias in toto corpore creat: vel soli Archéo, totius oeconomiae vitalis moderatori, occultâ & tacitâ quadam fermentatione institutâ, cruoris partibus intactis, terrorem incutit, quo dein, ob conceptam contagii imagi-

Imaginem, in fugam versô, ipsum cor, mediante circulatione, occupatum fermenti peregrini præsidiô munit, quod ibidem sanguinem per venas influum, & à naturali cordis fermento Sulphureo nitro-aereo inspirari cupidum, duplici clade conficit, vel insigni acredine, tanquam variâ telorum acie, illius fibrillas, instar brachiolorum extensas, resecat, dissolvit & incidit, queîs amputatis spiritus cum particulis sanguinis balsamicis, instar fumi ab igne tenues avolant in auras. Hinc reliquus cruor in ichorem & vappam nutriendo corpori inutilem, facessit: aut deleteriâ aciditate pollens omnes crassiores sanguinis particulas, quasi hamulis instructus esset, fortiter constringit, unde cruor in partes secedens, vel statim in ipso corde, instar lactis acidiusculi ad focum, coagulatur, vel ad circulandum ineptus postmodum intra angustos vasorum anfractus congelatus putrescit. Utrovis modò κρᾶσις sanguinis pervertitur, unde maximorum symptomatum ilias. Hôc modo rerum potius Monarcha virulentus, quod ei libet, licet. Conf. cum Curioso *Winthero l. c. Fracastor. L. I. de contag. c. 7. & D. Paulli de febr. malign.* §. 47. 48. 49. Tantùm de *contagio*.

§. 13. Quî verò absq; eo, *propriô vitiô*, ob execrandum Veneris excessum, fœdissima nascatur lues, pauci capiunt, quod tamen *Nic. Massa c. 2. de morb. gallic. & Zac. Lusit. L. I. M. P. H. qu.* 36. contendunt. Sisto tibi consensum testium cum aliis partibus. Annon immoderata Venus *ventriculum* refrigerat, & *sal* ejus *fermentale*, quo de solidè disputat *Mœbius Fund. Med. Physiol. c.* 10. absumit aut obtundit? Ita *Rex* iste, ut *Q. Ser. Sammon. c.* 17. ait, *Paterfamilias*, *Macrob.* verbô *L. VII. Saturn. c.* 4. officio suo exit, vitiosumq; elaborat chylum, cujus vitium in omnes manat partes & nuspiam corrigitur. (2.) *cordis calorem* exhaurit & impendit. Cùm enim sine *Cerere* & *Baccho* frigeat *Venus* (hinc *Aristophanes* apud *Athen. L. X. c.* 15. vinum aptè vocat Ἀφροδίτης γάλα, & *Horat. III. C.* 18. *sodalem Veneris*,) fit utiq; , ut *Veneris* excessus calorem nativum *absumat*, *vini* autem excessus præter naturam *augeat*, sicq; multæ colliguntur cruditates, quæ tandem *verminosam* spondent messem. *Testes* quid præstent cordi, spadones & castrata animalia satis testantur, totô eorum temperamentô notabiliter mutatô. Hinc *Ægyptii* Regem ipsis ademtum & fractas ejus vires *hieroglyphicè* delineaturi, pingebant *Typhonem castratum*. *Mœb. Fund. Med. Physiol. c. XIX. p.* 462. Hanc stupendam testium vim catè ponderans *Parisanus L. II. exercit.* 5. eos non tàm *speciei conservandæ*, quàm *individui perficiendi* causâ datos esse pronunciat. Et *Galen. L. I. de semin.* eos *cordi* ferè anteponit. (3.) *Cerebrum* totumq; *nervosum genus* valde lædit Venus immodica, spiritus animales & humorem oleaginosum avidè absumendo. Semen enim non tantùm ex subtiliori *sanguinis* parte conficitur, ut putabant

*qui lues venerea sine contagio nascatur? damna excessus Veneris.*

*Seminis materia.*

tabant Veteres, nec ex *fero* folo, quod *Barbatus* vult *differt. de fanguin. & ej. fero*, fed etiam ex *fucco oliaginofo* è cerebro per nervos ad teftes fluente, uti *Charleton exercit. phys. anat. X. t. 8.* rectiffimè docuit, cui *Wartonus*, *Gliffon.* & *Mœb. l. a. p. m. 482.* meritò fubfcribunt. Vide memorabilem *Hertodij* hiftoriam in *Eph. Germ. Curios. T. I. obf. 4.* *Sperma ceti* quid aliud quàm *cerebri excrementum*, licèt id neget *Schröder. L. III. Pharm. Med. Chym. c. 31.* Vide tu Excell. *Bartolin. C. III. ep. med. 70. p. m. 291. & T. II. Act. Med. Hafniens. obf. 30. ac Mufeum Wormij L. I. S. I. p. 34.* Adde sîs *Ammanni* noftri *Manud. ad mat. med p. m. 39. feq. & Ephem. noftr. Curios. T. I. obf. 136.*

*cur Scythæ fectis retrò aures venis, fteriles facti?* §. 14. Et nunc demum, ftante hac hypothefi, fcimus, cur Scythæ, *fectis retrò aures venis*, fteriles facti fuerint? Novi fententiam *Vallesij L. II. Controv. 8. p. m. 72. Highmori L. III. Disquifit. anat. P. II. c. 6. p. m. 241. Steph. Roderic. à Caftro L. quæ ex quibus IV. c. 5. p. m. 262. Sennert. L. III. Prax. P. IX. S. 2. c. 1. qu. 1. Laurent. L. VIII. Anat. qu. 4. Caff. à Reys Camp. elys. jucund. qq. n. 56.* & plurimorum, optima tamen mihi videtur *Hippocr. L. de genitura. Maxima fiquidem*, ait, *feminis pars è capite* fecundùm aures *in fpinalem medullam fertur. Ipfe autem meatus fectione, cicatrice obductâ, confolidatur.* Ita verè eft, quicquid contradicat *Sennert. l. a.* Refert quidem *Rhodius C. I. obf. 87.* arterias fecundùm aures diffectas fuiffe fine *omni fterilitatis noxa:* Idem affirmat *Profp. Alpin. Lib. I I. de Med. Ægypt. c. 10. & 14.* cum *Riolano* *hift. fingularis.* *L. V. Enchirid. anat. c. 6.* Aft ego *Hipp.* meum exofculor. Quidam acceptô in occipite vulnere *omnem Veneris appetitum* amifit, ita ut nec *libidinem*, nec *erectionem*, nec *feminis ejaculationem* vel exitum fentiret. Dicat adhuc aliquis (addit fortunatus Senex D. *Sorbait in Ephem. noftr. Curios. T. II. obf. 104. p. m. 117.*) caput ad coitum & femen nihil conferre, falfamq; effe *Platonis* in *Timæo* fententiam afferentis: *femen à cerebro & medulla decidere*, quæ plurium fuerit fententia, quamvis non negemus, *femen* effe excrementum ultimi alimenti ab *omnibus* partibus decifum, fed *maximè à capite.*

§. 15. Deniq; omnes omninò corporis partes ab incontinentia Veneris enervantur & labefactantur, puriorіq; alimenti portione fpoliantur, (*flos enim fanguinis totiusq; corporis* femen,) balfamus vitæ abfumitur, animæ vires franguntur, pori cutis, ob ex hauftum calorem, conftipantur. Hinc omnium vifcerum fermentorum corruptio, coctionis eorum debilitatio, excrementorum retentio, retentorum putredo tandem *cur non femper immoderata Venus hoc malum creet?* animata, feminibus in ea jam fe manifeftantibus. At cur non omnes immodicè utentes concubitu hanc labem concipiunt? caufa fine patientis aptitudine non agit. Qui ergo robufti & bono corporis habitu præditi, tam facilè hanc luem ex folo Veneris exceffu non contrahunt. Interim continuatô hoc libidinis œftrô, exhauftisq; humoribus laudabilibus,

libus, quævis tandem in corpore delitescentes impuritates & superfluitates excrementitiæ ad loca genitalia, per lascivos hosce labores valdè inflammata & avidiùs attrahentia, confluunt. Non secus enim in titillatione & voluptatis venereæ pruritu, quàm in dolore fieri humorum affluxus solet, & sic uterq; sexus, per immodicum congressum, corporis sui vitia & corruptelas, quæ tempore quietis sopitæ latitabant, mutuò transferunt, ac sibi invicem citissimè effectissimeq; communicant, inprimis si Vir rem cum menstruata habeat, atq; insuper crebriores coitus accedant. Hinc appositè hoc malum *virulenta & contagiosa corporis cachexia* dicitur. Emergat itaq; pudenda & detestanda hæc calamitas ex contagio, vel citra istud, vera tamen, unica & proxima ejus causa quærenda est in *putredine animata*, quam *Faber in Path. spag. venerem mordax, purulentam & putrefaciens* scitè appellat. Id est, in *seminibus verminosis*, ex putredine emergentibus, inq; principio *salino* viventibus seseq; sustentantibus.

§. 15. Hanc thesin nostram confirmamus (I) *autoritate divinâ Eccles. XIX. 3.* Textus græcus edit. *Basil.* 1550. sic. Καὶ ὁ κολλώμενος πόρναις, τολμηρότερο. ἔςαι. Σῆτες καὶ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτὸν, καὶ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται. *Et qui conjungitur meretricibus*, (iis velut sese agglutinans,) *temerarior* (i. e, ad quævis scelera audacior) *ab iis fiet. Putredo* (σῆτες potius significant tineas) *& vermes hereditabunt illum*, (putrescet adhuc vivus fietq; spirans cadaver) *& anima temeraria tolletur* (vigor animi & corporis in scortatore illo temerario anima enim συνεκδοχικῶς pro homine) *exarescet. Tolletur de numero viventium anima ejus. Lutherus* nervosè reddidit. Die sich an Huren hängen / werden wild / und kriegen Motten und Würme zu lohn / und verdorren den andern zum mercklichen Exempel. Würme) Gloss. marginal. habet: Frantzosen / Leuse (addo *Morpions*) und andre Bettlers-Kranckheiten. Venustè etiam *Matthesius Concion. 3. super Syracid. c. 19. p. m. 112.* Wer sich an sie hänget / und an ihnen klebet / oder an sie gepicht / geküttet und geleimt ist / und behängt sich mit unzüchtiger Bübin oder Wölfin / wie ein Bettler mit Muscheln / der ist ein Narr / und bleibt ein Narr / und wann gleich St. Peter oder Salomo sein Vater wäre. Da folgen Motten / da kommen die Frantzosen / und der Leib wird zerfressen / und fällt dahin / als wann die Motten und Schaben in die Kleider kommen. Item: da kommen Würme / und allerley schändliche / unflätige und gefährliche Kranckheiten. (II.) *Symptomatibus* e. g. *carie in tibiis, brachiis, dentibus*, inprimis *cranio, osse palati* ac *nasi*, (quod Venereis maximè familiare,) bubonibus, cephalalgia, pilorum defluvio, articulorumq; doloribus &c. quorum omnium vix aptiorem certioremq; causam finges præter *putredinem animatam*, ut *Langius* ad oculum demonstravit.

*probatur (I) autoritate divinâ.*

*(II) symptomatibus.*

ſtravit. At genius ſeculi talis: qui *plurimùm decipit, cum admiratur Hipp. L. I. de diæt.* In bigamo decollato & anatomiæ ſubjecto, ob continuum Veneris exercitium, oſſa *carioſa*, ut ad ſceleti ſtructuram inepta eſſent, olim *Jenæ* vidit Amiciſſimus *Pollux*. Imò ipſæ maxillæ & ligamenta oſſium ita corrumpuntur, ut planè loco moveantur & dislocentur, ac firmamento ſuô deſtitutæ penitus decidant, ut hujusmodi diræ luis ſpectacula in noſocomiis (præſertim *Italicis* ac *Gallicis*) videri poterunt.

(III.) *ἀυ-λο-ψία.* (III.) Ipsâ *ἀὐλοψία*. Inſpice *bubones*, Scævola ſim, ſi non inveneris vermes, fretus experientiâ *Placentini apud Kircher. de peſte S. 2. c. 4. p. m. 241. & Dn. de Monconnis in Itin. T. I. p. 178.* modò calculum bene ponas, &, ſpretâ quorundam oſcitantiâ, altiùs ſcruteris grandia Naturæ magnalia. In *gonorrhæa virulenta* vidit *inſectulum limaciforme Borell. obſ. micr. 53.* quod 30. aut 40. peperit ova, è quorum quibusdam *vermiculi ſubtiliſſimi & hirſuti* prodibant. *Kircherus, magnum* iſtud *Urbis & Orbis miraculum, L. XII. Mund. ſubterr. S. I. c. 10. p. 352.* in *ſcabie venerea vermes limacum inſtar tantæ fœcunditatis vidit*, ut intra dimidiam horam ad 50 alios ſimiles ſibi partus effuderint. Conf. ſîs *Lemnium L. II. O. N. c. 40. & Wier. L. III. de præſtig. dæmon.* De *ſemine humano verminoſo* ſuprà *cap. 6. §. 4.* paucula diximus. Tale certè in *venereis* erit. Hinc non ineptè *Aug. Hauptmann.* de *thermis Wolckenſtein. p. m. 208.* Dieſes Ungeziefer erweckt in ihren/ der Venus Rittern / membris genitalibus durch das ſtetige Corrodiren und Nagen einen ſtetigen pruritum, libidinis œſtrum, und dannenhero auch involuntarium ſeminis effluxum, *Nocte os meum perforatur doloribus*, clamat *Jobus c. XXX. 17.* des Nachts wird mein Gebein durchbohret.

*Cur dolor Venereus noctû potiſſimum exaſperetur?* Cur autem *noctû* potiſſimùm dolores venerei exaſperantur, ut etiã *noctis torturam Helmont.* vocet? Diu ſc. pori ſemper magis conſtipati ob ambientis aeris frigidiuſculam temperiem, hinc cauſa morbifica ad interiora relapſa partes extimas relinquit, imò velut torpida ab aere ambiente redditur; ſomentis quoq; & unguentis dolores demulcentur. *Noctû* verò & in lecto, ubi talia plerunq; ceſſant, partes incaleſcunt, pori aperiuntur, & cauſa morbi ad exteriora reverſa, ibiq; magis expanſa, ut ſic ferociùs ſæviat. In hac enim corruptionis & morbificæ fermentationis actu archéus extra orbitam vagans, & in luctâ illa, quam contrà materiam peccantem aggreditur, ad furorem qs. redactus, dolores inſigniter auget. Qui enim aliàs inſultus hoſtiles abigere tentet? ubi igitur fortiùs repugnat, materiâ viſcidâ & glutinosâ nequaquàm cedente, ibi ſymptomata etiam fortiora: cùmq; in locis membranoſis & nervoſis præſertim tenaciùs impacta & qs. infixa hæreant *μιάσματα*, quorſum ſtupemus dolores & ſymptomata ibi ſæviora?

(IV.) *methodo communi.* (IV.) *Methodo communi.* Numen & ara Medentium Mercur. *In ſola hujus energia eſt virtus recondita omnis curationis*, eſt ora-

est oraculum *Langianum.* Mercurius verò qui enecet *vermes* curiosè dicet *Battus in Ephem. Curios. T. I I. obs. 24.*

§. 17. Indignatus *Bartholinus*, Doctor olim noster, Eruditissimo *Pinedæ*, quòd *Jobum* lue hâc infectum proclamârit, *L. de Morb. biblic. p. m. 39.* *An Jobus lue hac infectus?* At pace Tuâ, VIR Optime, verè dixit *Pineda*, quicquid dixit, binasq; tuas objectiones suprà diluimus. Pepigerat quidem Hussæus princeps fœdus cum oculis suis, *ut ne cogitaret quidem de virgine c. XXXI. 1.* At voluit Satanas sanctum *castumq; Jobum* singulari ignominiâ & cruciatû afficere, ut ferè scomma istud *Zophar* in eum quadrârit c. XX. 11. *Ossa ejus replebuntur vitiis adolescentiæ, & ex eo in pulvere dormiet.* Plura dabimus cap. seq.

## CAPUT X.

### De Jobo Verminoso.

§. 1.

Non crediderat *ἀντίδικος* I. *Pet.* V. 8. fieri posse, quin *Jobus* post ereptas facultates, post abactos greges, post occisos liberos, eversamq; domum *adhuc retineret innocentiam* suam, sed potius in rabiem actus, Deo malediceret. At *sicuti Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum! c. I. ℣. 21.* est pæan *Jobi. I.* nunc, averne, & finge triumfum! *Constantia Jobi.*

§. 2. Alio igitur die ad secunda Comitia angelica, tanquam apertè invidus & mendax, vi vocatus in jus, ut, quanti criminis reus foret, intelligeret, innocentissimum *Jobum* falsò accusando. *Nunquid considerâsti servum meum Job, Virum simplicem & rectum, timentemq; Deum ac recedentem à malo, & adhuc* (post tot clades) *retinentem innocentiam? Tu verò* (pessime veterator) *commovisti me, ut affligerem eum frustrà. c. II. 3.* *Pellem pro pelle*, infit versutissimus mango. Sugillat *Jobum*, tanquàm *ἄστοργον*, qs. diceret: pelles alienas discerpi seu auferri quorsum ægre ferat, *modò suam servet integram.* Sanitas & vita omnium rerum pretiosissima Alioquin *mitte manum tuam*, (utere virtute & potestate tua fortiùs,) *& tange* (afflige) *os ejus & carnem*, (infer dolores, frange vires, novas deniq́ue per corporis dolores & cruciatus insidias para.) *Et tunc videbis*, (was gilts? ponit extra omnem dubitationis aleam, quòd incredibilis sit morborum dolorumq; vis ad frangendam Virtutem hominis,) *quod in faciem* (publicè) *benedicat tibi. Ecce!* (dictum factum,) *in manu tua est.* Cæde, crucia, torque, flagella, uti placuerit. *In manu tua est.* Amplissima equidem, *Satanas denuò citatur.* *Sugillat Jobum.* *Job. damnatur.*

dem, limitata tamen, licentia. *Verùm animam illius serva.* Rationem & intellectum ne turba, unde stupidus, insensilis & mente alienatus fiat. Percute, ut vis, tantùm ei vitam non adimas jubeo.

*Jobi plaga.* §. 3. Et *egressus* est *Satanas* (velociter & alacriter) *à facie Domini*, (Angeli, qui Dei vice functus, eiq; locutus erat,) *& percussit Jobum ulcere pessimo à planta pedis ad verticem usq; c. II. 7.* Merum pus, ulcus merum, idq; *verminosum*, erat Job, *Pathologia animata venustissima Synopsis.* Una eademq; causa & materia morbificæ in singulis membris & visceribus diversos peperit morbos à planta pedis usq; ad verticem. Noverat diabolus, rerum naturalium peritissimus, istud *Democriti* apud *Hippocr. in epist. ad Damaget.* ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐστίν. Latent enim in ipso varia *semina* *totus homo à generatione morbus.* *morbifica* verè *animata*, in minimis licèt atomis. Nullum quippe vivens, nullum elementum, nulla planta, nihil in hoc universo, in & ex quo non varia *vermium* genera producantur, ut, non *quodammodò* cum Philosopho *III. de P. A. c. II.* sed *simpliciter*, dicamus: *animarum omnia plena.*

§. 4. In prima rerum creatione, ubi virtute divinâ generationis & multiplicationis vim acceperunt *semina*, omnes res puræ, integræ, per-*Semina morborum.* fectæ & incorruptibiles erant. Post lapsum verò *puris* illis *seminibus*, ex maledictione divina, novæ supervenerunt tincturæ, quarum mistione totius creaturæ pulchritudo miserrimè est defædata, & prima ac *pura* illa *semina* novis qs. at infaustis, vestimentis obducta & involuta. Hæc *impura semina*, eâdem Dei potentiâ esse multiplicantia, qs. hospites & advenæ, radicibus & seminibus puris & perfectis in generationum principio obsequuntur quidem, donec sub fallaci servitutis schemate opportuna tandem nocendi tempora captent. Separata enim & exaltata genium ac indolem suam produnt, morborum & mortis fabri. Homo autem, qui omnium rerum sublunarium ministerio utitur, universis impuritatibus coinquinatur, & infinitas morborum mortisq; species imbibit. Consistunt enim hæc *seminia radicesq;* in colluvie *arsenicali, sulphurea, salina, vitriolata, mercuriali, æruginosa, napellosa &c.* mixta tamen cum puris primisq; rerum radicibus.

§. 5. Omnis substantia, quatenus talis, bona est. Nec ulla mali natura, sed *boni amissio*, mali meruit nomen, quod *accidentaliter* tantùm substantiæ inhæret. Homo neutiquam ex materia *simplici*, sed *diversis & contrariis* miscibilibus compositus. Nullum elementum *purum* aut *sim-* *non dantur simplicia* *plex.* Ipse Sol, *miraculum Altissimi, Eccles. XLIII. 2.* corpus *mistum*, & variâ *seminum* miscellâ fœtus est, quiq; suos patitur morbos. Hæc miscibilia omnia pura, pacata, tranquilla, perfecta, sine corruptione & morte fuissent in statu integritatis, quatenus illa, nunc sanitati contraria, nullam vim intulissent, sed veluti mancipia, compedibus vincta, Deô

ita

ita volente, sub domino quietè permansissent. Non enim ad mortem, sed vitam, conditus erat homo. Ut igitur valeret, & optimâ frueretur sanitate, ac temperamentum haberet πρὸς πάθος, necesse utiq; erat, ut omnia amicè conspirarent, in sua contemperatione manerent, & hominem nullâ molestiâ afficerent. Post lapsum verò, nexû hoc mutuæ concordiæ solutô, sanitati contrariæ tincturæ in corpore nostro latitantes, imperio formæ superioris & specificæ excussô, seu nunc juris factæ alias tincturas sub liberiori conditione hostiliter invadunt & oppugnant. Ita certè novæ superveniunt tincturæ per emersionem è suis causis, ex actu primo in secundum, non verò per novam creationem. Quam orthodoxam acutissimi *Severini* doctrinam c. XII. *Idea Med. Philos.* temerè impugnant *Sennert. de cons. & diss. Chym. cum Arist. & Galen. c. 16. p. m. 453. seqq. & Freitag. c. 68 noct. Med. p. m. 288. seqq.* Vide tu *Cl. Rhodij assp. sup. Severin. l. c. p m, 180, seq.* & meliora edoceberis. Venenum in sua substantia bonum est. Quòd verò hunc & istum occidat, fit malum. *Substantiale* malum non datur, sed accidentale, seu alicui. Sic miscibilia in corpore humano, ex maledictione divina, post lapsum novas qualitates, corpori nostro inimicas, suscitant, &, quæ homini sunt amica, contrariis suis qualitatibus & molestiis nobiliter afficiunt, suâque impuritate & malitiâ corrumpunt & contaminant, ac malum tantummodò *accidentale* referunt.

*qui homo ad vitam conditus.*

*post lapsum corruptio.*

§. 6. Vulgò ex quaternione *humorum*, in massa sanguinis existente, omnium morborum causas fabricant, at malè. Vid. *D. Ammann. in Paranes. ad discent. L. II. P. 2. c. 12. p. m. 142. seqq. Willis L. de febr. c. 1. p. 99 Higmor. L. II. P. III. Anat. c. 4. p. 192. Mæb. Fundam. Med. Phys. c. 12. p. m. 257.* Ego quidem cum *Hipp.* eos admitto, tanquàm *matrices & receptacula seminum morbificorum*, videlicet *acidi, amari, salsi, dulcis, insipidi, omnigeni.* Hæc enim sunt, ait *Senex* noster *L. de prisc. Med. quæ habent magnam vim*, non *calidum* aut *frigidum*, nec *humidum* vel *siccum*. Humores, quatenus humores. i. e. primarum qualitatum subjecta, adeò potenter nos non afficiunt, sed *quatenus acidum & sexcenta illa* includunt. Latent enim in illis, velut in terra, omnigenæ facultates. Hæ quidem, quamdiu sunt in mutua sua contemperatione, neq; cernuntur, neq; homini molestias creant. Ubi verò harum quippiam secretum fuerit, & per sese extiterit, tunc & conspicuum fit, & hominem lædit.

*humores Galeni fictî.*

*quatenus admittendi.*

§. 7. Cùm itaq; in corpore *Jobi* matrices & receptacula *morbificorum seminum* fuerint, sc. *acidum, amarum, salsum, dulce, insipidum, acre, & sexcenta alia*, quæ pro copia & viribus varias habebant facultates, eaq; hactenus sub specificæ formæ dominio pacatè vixerint, ὀρθοστάδιος utique permansit. Satanas autem, impetratâ à Deo licentiâ, eâq; amplissimâ,

*quamdiu Jobus ὀρθοστάδιος.*



per-

*qui autem percussus?*

percussurus eum, ceu carnifex & tortor, ulcere pessimo à planta pedis usq; ad verticem, totam œconomiam vitalem turbavit, ist[illegible]q; sexcenta, mixtione & mutuâ inter se contemperatione invisibiliter & absq; molestia hactenus manentia, in auxilium *ex arco in lucem* evocavit, secrevit, suiq; juris & conspicua fecit, sicq; mediante *ζύμα* p.n. contrà *Jobum* unitis viribus inflammavit, ut ipsi tot fuerint diaboli, quot *vermiculi*, quot pori corporis, tot ostiola mortis. *Mirabiliter* enim cruciabatur. *Job.* X. 16.

*Sechin.*

§. 8. Ulcus *malignum* (ut LXX. habent) malignam præsupponit materiam. In fonte dicitur *Sechin*, & ita vulgò vertitur. *Exod. IX.* 10. eâdem voce hujus ulceris meminit Deus. *Deut.* XXVIII. 27. *&* 35. *Philo L. I. de vit. Mos.* vocat *Phlyctenam*, hitzige Blatter/ wild Feur. Ardens esse ulcus, ex *Exod.* IX. 8. seq. patet. *Videbatur*, ait *Philo L. II. de vit. Mos. unum ulcus à vertice usq; ad imos pedes, bis quæ membratim sparsa erant, continuâ serpigine in unum coëuntibus. Sic Jobus unum ulcus erat, unaq; plaga corpus ejus universum.* Ulcus dico, non ulcera. Propterea autem *una plaga* memoratur, quia totum corpus & omnia membra *uno* contexit *ulcere*, atq; ad *unum* convertit *dolorem. Orig. in Job.* Potuit autem hoc ulceris genus serpere per totum corpus à planta pedis usque ad verticem. *Galen. de Tumor. p. n.*

*Φαγέδαινα. chironium. telephium. ulcus Syriacum.*

*c. 13.* Φαγέδαιναν vocat, quæ carnem undiquaque perrodit, devorat & circumjectum habet tumorem. Alii *Chironium* à *Chirone*, qui talia sanâsse dicitur; *Telephium* à *Telepho*, qui illis erat affectus. *Bartholin. L. de morb. bibl. c. 7. p. m. 43.* mavult *ulcus Syriacum*, cujus descriptionem pete ex *Aret. L. I. de caus. & sign. acut. morb. c. 9. Coccejus in Comm. Job.* ait; *certum genus ulceris* hîc definire, esse *vaticinari.* Consentit *Polus in Synops. Criticor. Sacr. Vol. II. in h. l.* Itaq; *ὁ θαυμάσιος Bartholin.* pro quovis tumore & scabie pustulisq; ulcus hîc accipiendum putat, *& l. c. p. 51. scorbutum*, ejusq; ulcera, accessisse retur, ut reliqua incommoda evitet, quæ aliorum ulcerum difficultates inferunt. Sanè, ulcera scorbutica, & alia chironia, cum gallicis certare, atq; sæpe dubiam præstare faciem, verissimum est. *Ammann. in Parænes. L. II. P. 3. c. 4. p. 179.*

*primus Jobi affectus ulcus verminosum.*

§. 9. Primus itaq; *Jobi* affectus (cui alii tamen paulatim accessêre, ut eò longiùs torqueretur,) fuit *ulcus malignum. Drexel. in Jobo c. XV. p. m. 250.* cum *Pined. Comm. in c. 2. S. 3. ℣. 7.* Φαγέδαιναν vocat ἀπὸ τοῦ φάγειν, ulcus tetrum, *verminosumq;*, totô serpens corpore, artus miserè depascens & urens, ipsasque exedens carnes. Quàm bellè vocat *verminosum.* Et S. *Chrysost.* citante *Pined. l. 4. ulcera Jobi vermium fontes & tabifici humoris rivulos dicit, edacem vermium pœnam tabescentes ac defluentes artus consumentem. L. de bono patient.* Ita: quodcunque fuerit ulcus, *verminosum* fuit, & *ideò* satis *malignum.* Quidni enim tota ruinosi *Jobi* natura, jamdudum

dudum in γυμνῷ corrupta & morbosa, ex percussione Satanæ, magis magisq; omni momentô fieret corruptior, i. e. ad alterius rei, è suo *seminio*, generationem proclivior? Consilium Satanæ neutiquam erat cutim tantùm radere, sed carnes, ossa, ipsasq; harum medullas, nervos, venas & singula membra ac viscera diu noctuq; immanissimè torquere, idque non mensibus XII. ut Ebræi volunt, sed septem annis, *lingua* solummodò salvâ, c. X. 20. quam non sine astû sibi reservabat, ut haberet *Jobus*, quô Deo malediceret. Non potuisset ergò crudeliores, subtiliores & fideliores eligere ministros, quàm *vermes. Fœdus Dei simius*, non nescius quàm plurima, eaq; gravissima, judicia, ministrantibus iis, Jehova exercuerit, in *Jobo* quoq; simile tentare voluit, nec sine successû.

§. 10. Causa *doloris* proxima & immediata ut *unica* tantùm est, ita ad eam omnia, quæ vulgò dolorem efficere creduntur, redigere oportet. Falluntenim, qui plures simul proximas causas doloris, inq; iis *intemperiem*, *& continui solutionem*, venditant. Intemperiem *sine* materia, tanquam non *entium germanam sororem, omniumq, volubilium nugarum*, *& vanitatum vanissimam vanitatem*, cum *Lang. in Miscell. Cur. Med. n. 2. Ammann. L. II. P. I. Paranes. c. 3. p. 123. Rhod. diss. supra c. XII. Id. Med. Phil. Severin. p. m. 175.* meritò explodimus. Nec à simplici intemperie, (seu *calida* aut *humida* fuerit,) plures enim non dantur, si dentur,) oritur dolor, utpote cujus actio tempus postulat & pedetentim progreditur. Quid autem *continui solutio?* ego sanè nescio, nec tu forsan. *Ammann. l. c. p. 204.* Quid ergò *dolor? indignatio*, seu *irritatio spiritus vitalis*, seu Archéi, ab objectô dolorifico facta. Ut enim hic ex objectô puritatis jucundam, sic quoq; ob impuritates molestam & tristem primariò efficit sensationem, partibus ubiq; insitus. Sive à causis externis, seu à sanguine corrupto malignèq; alterato, vis & molestia inferatur Archéo, colluctabitur cum eodem, totamq; œconomiam vitalem turbabit, quod sine *fermentatione*, ζέσει, & singulari quadam commotione, minimè fieri potest. In hac corruptione & putredine sanguinis (quæ sanè subsequitur) humorumq; eximia, acidum, salsum, amarum, & omnigenum in iis delitescens, ex orco in lucem, ex actu primo in secundum excitatur, aliiq; infesti spiritus ac fuligines simul elevantur, inflammantur, & ita miasmatibus istis animatis atomisq;, in & sub acido, acri, salso &c. occultis, ad bellum intestinum faces & calcaria subduntur, quæ omnia ex aurea de *Fermentatione* doctrina (sine quâ nec orimur, nec morimur, nec validi aut languidi simus, Vid. *Kerger. Willis &c.*) prolixiùs ad oculum patent.

*causa doloris proxima unica.*

*intemperies sine materia fabula.*

*continui solutio.*

*dolor quid.*

§. 11. Hæc autem *μιάσματα*, seu *seminia animata*, quantum lacessere & perturbare spiritum nostrum, utpote totâ substantiâ ipsi infensa, & partes, inprimis *membranosas*, quibus, ob tenacitatem, firmiter adhærent,

rent, lancinare, rodere, pungere, terebrare & vellicare queant, facile est dijudicare. Uti enim *Natura*, seu spiritus vitæ, omnium *morborum* & dolorum *effectrix*, ita quoq; eorum *curatrix*. Impossibile enim est, ut contrà collectas impuritates, & montes qs. cruditatum, sine molestia & notabili incommodo corporis insurgere, pugnare, aut easdem adeò leviter exantlare & expellere valeat: non secus ac *Dynastes*, cui subditorum cura est maxima, non sine suorum clade & quodam patriæ excidio, in hostem prodire, eumq; sternere ac territorio suo fugare: vel *mater*, quamvis officiosissimè blandiens, prolem suam à fœda porrigine atque pediculorum turmis altiùs impactis ἀναλγήτως purgare potest. Cl. *Lang. Miscell. Med. Cur. n. 34. p. 114.*

*Natura morborum effectrix & curatrix*

*dolor à Sale.*

§. 12. Cl. *Severini*, Vir *celebritatis splendore & immortali memoriâ longè dignissimus*. (ut epitaphium ejus habet *Hafnia* in templo Cathedrali à me visum,) *Frider. II. & Christian. IV. Archiater*, dolorem à *Sale* deducit, nec ineptè. A combustione dolor: unde nisi à *sale*? quercus fortiùs urit, quàm abies, quia plus habet *salis*. Lustra cineres, & annon in fumo major mordicatio? si in fumo, cur non in igne? Certè ista loca vehementissimos patiuntur dolores, quæ confluentiam habent cum *salibus* potentissimis seu, in quibus *salium* spiritus penetrantissimi latent, & ad extremitates ducuntur, e.g. orificium ventriculi, renes, intestina &c. Viscera verò, cùm careant membranis, nec intertexantur substantiis, in quibus *salium* spiritus potentissimi latent, eorum enim spiritus obtusi, tantis doloribus non affliguntur. Conf. *Rhod. in h. l. p. m. 197. seqq.*

*qui percussus Jobus?*

§. 13. Dum igitur percuteret diabolus Jobum, simul commovit *acidum*, *austerum*, *salsum*, *omnigenum* in corpore ejus, exq; *orco* in *lucem* evocavit: seu miasmata & semina *verminosa*, in principiis illis latentia, inq; iis se conservantia, nunc exaltata, incocta, & ab aliis secreta singula, summas vires & insignes potentias calamitosâ symptomatum pernicie ostenderunt. Formæ enim subjugatæ, (*atomi verminosa*) spretô & subversô specificæ dominiô, suam quæq; vitam nobiliorem, cum mixti naturali resolutione, affectârunt, ut Hussæus princeps brevî à capite ad plantam ulceribus *verminosis* scatuerit, qui dubio sine, ut *acori. acutissimis rostellis, oblongisq;, quadruplicibus & ferè telisformibus* caudis (*vid. Hauptmann. in epist. ad Kirch.*) instructi, quotidie sese multiplicârunt, adq; cutaneas oras & cutis spiracula perducti, alimentum suum desiderantes continuò morsicârunt, pupugerunt, pedumq; suorum consimiliter acuminatis qs. filamentis & cuspidibus loca affecta indesinenter titillârunt & lancinârunt, unde furibundus archéus, partibus læsis insitus, licèt tanto examini impar, irritatus tamen vires quidem suas, ut potuit, opposuit, inq; hac lucta dolorificos pruritus, seu pruriginosos dolores, auxit, & afflicto ad-

ἀo addidit afflictionem. Humoribus interim, sub illa Archéi indignatione, copiosiùs affluentibus, major fermentatio facta, ut tota cutis hinc inde elevata intumuerit, æstus febrilis & insolitus (quem *ignem sacrum*, seu aliter vocites, nihil ad me,) accesserit, sicque, ob ulcera infinita passim protuberantia, Jobus in *cadaverosum* quendam *mucorem*, summè fœtidum, conversus fuerit. Quos dolores ac intolerabilem pruritum ipse testâ rudiore, in fimeto forsan repertâ, cutim undiquaq; radendo, minimè demulsit, sed dolores insigniter auxit, non sine cachinno diaboli. Verè igitur clamat: *Circumdedit me lanceis suis*, *c. XVI. 15. innumeris vermiculis*, qui singula membra & viscera usq; ad intimas ossium medullas *rodunt & lancinant*, ac non secus me *circumdederunt*, quàm *sagittarii scopum suum. Posuit enim me sibi qs. signum. ℣. 16.*

§. 14. Sufficiebat Diabolo, Deô sic volente unica, eaq; levissima, percussio ad millia & decem millia ulcera maligna *Jobo* infligenda. *Muscas* referente *Kircher. de Peste S. II. c. 4. p. 247.* nobilis cujusdam naso fortè insidens, & promuscidis unicô spiculô eidem infixô, tumorem quendam effecit, quô sensim crescente, & intrà viscera serpente venenô pestilentiali, intra biduum extinctus est. Bone Deus! si tantùm *musca*, quantùm poterit Rex muscarum *Beelzebub?* Posito. Πονηρὸν, sine percussione & absq; præviâ (ut sic dicam,) corruptione sanguinis, omnibusq; aliis suprà dictis, *atomum* saltem malignam & contagiosam, omnium totius corporis ulcerum & symptomatum matrem, corpori *Jobi* affricuisse, sat certè fuisset malorum. Impossibile autem sine corruptione & putredine ea excludi. Quicquid autem hujusmodi μιάσματα agunt, fermentando agunt. Cùmq; *sale* sui generis volatili & animato abundent, ceteris paribus, & causis adjuvantibus non impeditis, ea & facilè didi, ocyusq; in universum corpus penetrare, inq; eo, pro diversitate partium affectarum & subjectorum, diversissimos & stupendos edere possunt affectus, ut in *Jobo* videmus.

*una percussio sufficiebat.*

§. 15. Sive igitur saltum fecerit Satanas, seu lentiùs festinârit, quod SS. reticuit, certissimum tamen, fuisse in *Jobo omnigenam & planè universalem totius corporis*, *omniumq; partium*, *tàm continentium*, *quàm contentorum*, *seu humorum*, *corruptionem & putredinem verè animatam*, *ipsumq; adeò spirans cadaver*, *Pathologia animata consummatissimam idéam.* Ideò in threnis suis c. VI. 4. *sagitta Domini in me sunt*, i.e. *vermiculi* carnem meam perforantes, quosq; Satanas, Deô volente, instigavit ad comedendum, omnemq; corporis mei sanguinem sugendum. *Sagitta ista* penitus defixæ, omnes adhuc in me sunt, hærentq; in intimis membranis ac medullis, nullâ adhuc extractâ. *c. VII. 5.*

*Jobus mors viva.*

Dd §. 16. Sanè

*Job intus forisq; Verminosus.* §. 16. Sanè *Jobum* intus forisq; *Vermibus* fuisse plenissimum, *uti casus putridus*, asserit *Drexel de Jobo c. XV. p. m. 253.* idq; prisci testantur Patres Ecclesiæ, quorum syllabum exhibet *Pined. in Comment. c. 2. ✝. 6. §. VI. p. 144. Caro mea putredine induta est c. VII. 5.* i. e. cooperta *vermibus*. Mein Fleisch ist um und um würmicht und koticht. Koticht / non tam propter ulcera & saniem, sed etiam *excrementa vermium*, (ubi enim alimentum, ibi etiam excrementum,) quorum corruptio aliorum erat generatio. Quis enim inficiabitur, ex excrementis, semine adhuc turgidis, colore superveniente, alios propullulâsse *vermes?* c. XVII. 14. vocat se *putredinis* (mortis) filium. Dixi *putredini: pater meus es* tu: *mater mea & soror mea vermibus*, queîs vivus adhuc scateo. LXX. Interpretes *Jobi* conjugem sic faciunt loquentem: c. 2. *Tu in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio.* Ipse *Jobus c. XXX, 17. qui me comedunt, non dormiunt*. *Tertull. Lib. suprà cit. Dissecabatur*, ait, *diabolus, cùm erumpentes Job bestiolas in eosdem specus & pastus foraminosa carnis ludendo revocaret*, qs. diceret: Hîc, ô mei *vermiculi*, manete in meo corpore: in hæc pascua enim nati estis. *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & qs. capitio tunicæ succinxerunt me c. XXX. 18.* i. e. juxta *Paraphrast. pined. ob doloris vim ac nimiam morbi gravitatem, putredinisq; manantis copiam, deniq; scatentium vermiculorum multitudinem, ipsa mea vestis putrescit & atteritur, atq; adeò cogor vestem sæpius invertere ac omninò etiam mutare. Nam totius corporis fœditas ipsam vestimenti faciem mutat & destruit. Ipsum verò vestimenti capitium & os infestissimis hujusmodi bestiolis turmatim adscendentibus, & qs. effervescentibus, concrescit & constringitur, ita ut me jam capere non possit, neq; commodè respirare permittat.*

*putredo & Vermis synonyma.* Sacræ Pandectæ *putredinem & vermem* promiscuè sumunt. Jobi XXV. 6. *homo* dicitur *putredo*, &c. XXI. 26. *vermis* ac *tinea*; *Esa.* XIV. 11. & quod dicitur *Vermis* à LXX. à Vulgato nominatur *putredo & vermiculus*. *Adam* dicitur *putredo*; est enim prima *vermium* origo, & mortis. *Filius* autem *hominis vermis*, i. e. *filius Adam*, seu *putredinis*. Sunt itaq; in lingua sancta *vermis & putredo* synonyma. Ein Mensch die Made / und ein Menschen-Kind der Wurm. Jobi. XXV. 6.

*signacula Laconum.* §. 17. *Lacones* olim, notante *Hesychio*, lignis à *vermibus* corrosis, variis notis insignitis, utensilia & alia obsignabant, eaq; signacula θριπήδεστα vocabant. *Ursin. Theol. Symbol. c. 140. p. 165.* Dignum patellâ operculum! Quàm benè *vermibus* obsignatur, quod à *vermibus* olim devoratur. *Adam* enim, ut dixi, *putredo*, & *nos*, filii ejus, *vermes*! Consumimur enim velut à *tinea*. *Iob. IV. 19. Tinea* occulta & singularis Dei vindicta, quam de his, qui externâ facie splendent, Deus sumere solet, dum eos paulatim enervat, & comminuit virtutem eorum & in pulverem redigit, omnemq; obfuscat splendorem; non secus *ac tinea* ligna, magna licèt

licèt beneq; solida, corrodore paulatim solet, quæ tandem levissimô ictû confringuntur & abeunt in vagos pulveres. Nil igitur mirum (ait *Eliphas*) si *corrosus à vermibus* videaris; Nam *tinea* divinæ vindictæ ex peccatorum tuorū latente *putredine* qs. procreata te debilitavit, & in pulverem redegit. Sic *Hos. V. 12.* Ego qs. *tinea* Ephraim, & qs. *putredo* domui Judæ, Paulatim enim amiserant Vires, & nihil roboris, præter externam quandam & inanem speciem, retinebant. Vidit enim ✝. 13. Ephraim *languorem*, & Judas *Vinculum* suum. Captivus enim & post terga revinctis manibus addactus est ab hoste.

§. 18. Stomachatur ferè Summus *Bartholin. L. de Morb. bibl. p. m. 39.* in eruditissimum *Pinedam*, quòd scripserit, *Iobum* quoq; *lue venereâ* fuisse correptum, eò, quòd istô seculô fœdum hoc malum nondum innotuerit, & quòd non nisi per contagium propagetur. *Nihil* enim *ineptius* dici posse, retur *Steph. Roderic. Castrens. quæ ex quibus L. I. c. XXI. p. 48.* At respondimus suprà *c. IX. §. 2. 3. seqq. Lepra & lues Venerea Ammanno nostro Lib. II. Paranes. P. III. c. 4. p. 177. seqq.* est unus idemq; affectus seu morbus. Et enim (I) uterque contagiosus & hereditarius, Nec obstat, quosdam, Chirurgorum exemplô, contagium luis Venereæ in dubium vocare. *Vid. c. IX. §. 11.* Hereditariam esse, historiæ *Rhod. C. III. obs. 83. & Lud. Vivis in August. L. XXII. C. D. c. 22.* confirmant. Rationem dabit *Cl. Nettelbach. in disp. inaugural. de epileps. habit. Wittenb. an. 1667. c. VI. p. m. 27. seq.* (II) Una eademq; utriusq; morbi causa, nequaquàm atra bilis, seu humor crassus, viscidus, acris & mordax, sed *putredo animata*, (i. e. *atomi Verminosæ*, in putredine, ceu matrice & diversorio, stabulantes,) quas seu *venenum corrosivum*, seu *universalem totius corporis cachexiam & corruptionem universalem*, seu cum *Paracelso totius corporis in putrefactionem omnimodam degenerationem dicas*, perinde est. (III) Uterq; morbus æq; *Hippocr. Galen. ac Arabibus*, quoad *causas* genuinas & *curationem*, omninò fuit incognitus, & qs. pagus bohemicus. Næ *putredo sordida, muscosa, tenax, Virulenta* ac *viscosa*, verbô: *animata* est unica & vera omnis *contagii* causa, uti in *scabie, lue Venera, elephantiasi, lepra*, omnibusq; aliis *contagiosis & salsuginosis* morbis abunde videre est. (IV.) Adsunt utrobiq; eædem læsiones omnium facultatum & symptomatum, v. g. corrosio uvulæ, palati, narium, raucedo, apolecia, gonorrhæa, fœtor &c. (V.) Ut luis Venereæ stipendiarii à publico consortio excludendi: ita leprosi. Hinc dicitur Außsatz / qs. extrapositio, quòd nimirum extra sanorum hominum collegia poni debeant, etiam lege divinâ *Lev. XIII. 44. IV. Reg. XV.* (VI.) Signa lepræ vid. *Exod. IV. 6. Lev. XIII. 1. seqq. Num. XII. 10.* luis Venereæ omnes dabunt practici. (VII.) Adest eadem methodus & difficultas curand. In Mercurio & Antimonio utriusque morbi medelæ spes. *Est enim in*

*Cl. Bartholini opinio contrà Roned.*

*Lepra & lues Venerea unus affectus*

*Mercurio balsamus regenerativus ac inogenativus. In ejus visceribus natura qs. in unum gazophylacium sanguinem indidit purgandi vim. Rolfinck. L. IV. de aff. part. c. 4. p. m. 383.* Hoc saltem intercedit discrimen, quòd in V. T. lepra, jussû Dei, extraordinariè à sacerdotibus curaretur, nostra verò lues ordinariè à medentibus Artis suæ gnaris. *Nocte os meum perforatur doloribus, c. XXX. 17. nec per noctem tacet pupilla oculi Thren. II. 18.* Cur autem *noctû* inprimis tormenta augeantur, dixi *suprà c. IX. §. 16.*

*Scorbutus pro lue Venerea habitus.* §. 19. Hodie lues hæc plerunq; nomine *scorbuti*, aut *scabiei*, dissimulatur. Sæpè etiam *psora scorbutica* pro *lue Venerea* habetur. Vir quidam nobilis, & Canonic. Eccles. Cathedral. fœdissimâ scabie crustosâ, eâque candidissimâ, siccâ tamen, per totum ferè (præsertim in capite & dorso) totus ferè qs. obductus cum intolerabili & assiduo pruritu, summâ cachexiâ, doloribus per intervalla (inprimis noctû) atrocibus, deturpato faciei colore, pedibus maximè tumidis, notabili, fœtore, & gravi halitû, omnibus domesticis molestô &c. à plurimis pro *leproso & elephantiaco*, ab aliis pro *luis Venereæ Candidato* diu, at frustrà, curatus. Tandem meum extorsit judicium. Omnibus sobriè expensis; Domine, ajebam, nec *Græcus*, nec *Arabs* es, nec *Gallus*, vel *Neapolitanus*. Si priscâ Germanorum fide patientiam & obsequium mihi spoponderis, ego vicissim tibi, Deo ita volente, sanitatem polliceor. Apage lepram cum pudendagra! *Scorbuticus* es. Hoc Augiæ stabulum qui repurgaverit, te servabit. Præmissâ itaq; Venæ sectione, purgantibus &c. sub ipso cane, dici vix potest, quantum opis mihi tulerint Mercurius & Antimoniū Proh! clamat plebecula nostra: *Sub ipso cane?* Ast hoc delirium jamdudum explosêre *Primeros. L. IV. de error. vulg. c. 11. p. 138. seqq. Fr. Hofmann. L. I. M. M. c. 7. p. 62. Holler. ad IV. aph. 5. Heurn. ad h. l. Horat. Augen. L. III. de miss. sanguin. c. 20.* inprimis doctissimus *Laurent. exercit. XVII. in hunc aphorism.* Quòd verò nunc tam frequens non sit lepra apud Judæos, rationem dabit *Buxtorf. Synagog. Judaic. c. 23.*

*Job leprosus.* §. 20. Cùm igitur ulcus istud (*Sechin*) passim cum lepra conjungatur, *Levit.* XIII. 18. 19. 23. *Deut.* XXVIII. 27. & 35. etiam vox *tangendi* crebriùs ad *lepræ* plagam accommodetur, & in *Arabia* ac *Syria*, nec non *Ægypto* fuerit familiaris, nosq; cum *Ammanno* lepram & luem Veneream pro *eodem affectu* habeamus, *Pinedam* utiq; defendimus. Deflet *Jobus: cutim denigratam*, c. XXX. 30. *ejus duritiem & asperitatem rugarum*, c. XVI. 16. *pulchritudinem ejus devoratam & consumtam*, c. XVIII. 13. *carnes ad ossa appressas, hisq; consumtis, pellem ossibus adhærentem*, c. XIX. 20. *nasum resimatum, omnemq; formam immutatam*, ideò omnibus amicis *incognitus*, c. II. 12. *pedes tumentes, inq; nervo positos*, c. XIII. 27. *labia crassiora, absumtisq; reliquis partibus, sola circum dentes relicta*, c. XIX. 20. *ossa perforata*, c. XXX. 17. *Vid.*

*Pined.*

*Pined. l. a.* Meritò itaq; à consortio hominum in sterquilinium publicum extra muros à vespillonibus delatus. *Procul* enim stabant amici, *c. II. 1.* *grande* hoc *prodigium Ps. LXX. 7.* visuri.

*Job desperatus.*

§. 21. Medicis omnem penè artem in uno homine per septennium frustrà consumentibus, (*non erat enim, qui ferret auxilium Iob. XXX. 13.*) res angusta tandem domi & curta suppellex. Interim morbi cum doloribus, & erumpentium *vermium* turmis, crevêre: inde fœtor intolerabilis, ut nemo amplius ad tam graveolens cadaver sine vitæ discrimine paulò diutiùs potuerit consistere. Omnia conclavia fœtoribus & contagiô infecta. Hinc diffugêre omnes. Quod *Iobus* gravissimè sentiens: *fratres meos*, lamentatur, c. XIX. 13. *seqq. longè fecit a me, & noti mei qs. alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & , qui me noverant, obliti sunt mei. Inquilini domus mea & ancilla mea sicut alienum habent me, & qs. peregrinus sum in oculis eorum. Servum meum vocavi, & non respondit: ore propriô deprecabar illum. Halitum meum* (fœtidum) *exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei &c. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. In Canticum eorum versus sum, & factus sum illis proverbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non Verentur.*

*ab omnibus derelictus.*

*febris anxiosa.*

§. 22. Ut autem corpus *ulcerosum* mollius aliquandò sederet, nec alii inficerentur, collocabatur in fimo, etiam *medela* gratiâ. Quanta autem anxietas, seu tædium sui, quod ferè comitari solet febrim ἀσώδην, i, e. *anxiosam*, (qua de *Stephan. Roderic. Castrens. L. quæ ex quib. l. c. 21. p. m. 47.*) afflixerit *Iobum*, apertè fatetur c. X. *Marcescebat enim anima ejus c. XXX. 16. & elegit suspendium. c. VII. 15. Dolor* quippe cum *oppressit*, c. XVI. 7. & *spiritus attenuatus est*, c. XVII. 1. *ossa aruerunt præ caumate*, c. XXX. 30. & *membra in nihilum redacta sunt.* Saltem *labia circa dentes relicta.* c. XIX. 20. Hinc vigiliæ molestissimæ, & *alia noctis terriculamenta. Noctes laboriosas enumeravi mihi.* c. VIII. 3. *Si dixero: consolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in strato meo, terres me per somnia, & per visionem horrore concutis.* ℣. 14. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum: noctem verterunt in diem* c. XVII. 12.

*Job. scorbuticus.*

§. 23. Imò crediderim cum *Bartholino*, accessisse *scorbutum*, ob causas præcedentes. *Animi* enim *mæror ingens*, propter amissa bona, liberos, conjugem & amicos, totum ipsum corrumpebant. *Posuit me in proverbium vulgi, & exemplum sum coram eis.* c. XVII. 6. *Comminans mihi infremuit contra me dentibus: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* c. XVI. 10. Adde *aeris constitutionem ad littora Syriæ maritima, victum pravum ex inopia rei familiaris.* Hinc ἴλιας κακῶν. Vix mihi ostenderis symptoma in *Iobo*, quod non commodè etiam ad *scorbutum* trahi possit, *lancinationes* putâ, *inquietudines*,



*dines, dolores, febrim, halitum fœtidum, atrophiam, ulcera maligna, cephalalgiam, palpitationem cordis, syncopen, dentium mobilitatem, asthma, arthritidem vagam &c.* Sed non nisi à *putredine animata* derivamus scorbutum. Sic θέσις nostra integra. Torqueat se ut velint; Dd. pedem nuspiam certè figent, nisi in *Patholog. animata. Effudit in terram viscera* (rectiùs *fel* meum.) c. XVI. 13. Ea signum *dysentericum! Convulneravit lumbos meos*, ibidem sunt *dolores nephritici. Interiora mea efferbuerunt sine requie* c. XXX. 27. *Antequam comedo, suspiro* c. III. 24. & *tanquam inundantes aquæ, sic rugitus mei.* Intestina, viscera, pulmo, cor &c. ebulliunt, commoventur, qs. subjectis prunis, absq; ullâ requie. Πῦρ enim me decoxit. *Attenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius*, c. XVIII. 12. ait *Bildad. In amaritudinibus commoratur oculus meus.* c. XVII. 2. Omnia tumida, purulenta, tabida & *verminosa*, dolor & anxietas ubiq;. *Vid. c. IV. 7. Concidit me vulnere super vulnus.* c. XVI. 14. *Diabolus* enim, ait *Drexel.* in *Jobo suo c. XV I. p. m. 267. Pharmacopœus artificiosissimus & tortor vaferrimus, hos morbos gradatim & per intervalla, non unà omnes, intulit, ne necaret, quem ad novas identidem pœnas diu capiebat vivere, & ut tantò citiùs desperaret sic afflictus, quantò tardiùs finem expectaret.*



# *CAPUT. XI.*

## De vera rabiej causa, signis, remediis.

§. 1.

HÆc B. L. operosè præmittere volui, ne nescires potentiam, malitiam, mysteria, imò miracula *Vermium.* Quòd verô suprà *c. 8. §. 20.* omnes morbos iis obnoxios dixerim cum *Kirchero*, ita accipias Velim, quòd in *omnibus* nonnunquam subesse possint, etiam singuli *aliquando* ab iis oriri & adhuc oriantur. Næ morbos, vulgò *occultos, contagiosos, & ob corruptos, putridosq; humores valde suspectos*, e.g. luem veneream, scorbutum, lepram, variolas, pestem &c. sine *Pathologia animata* (quæ nihil novi aut paradoxi in se complectitur, modò limites non excedat,) cognoscere velle, est Solem sine Sole videre. Sed ad *rabiem.*

*quinā morbi à Vermibus?*

§. 2. Credidit *Libautius ad IV. aph. 5. canes ex intuitu imaginis suæ in aquis formam suam mirari, oblatrare, & succedente demum febre, ita in rabiem agi*, quod etiam de *equabus* dixit *Columella L. VI.* Alii post imperitorum carecta, *occultas* putâ *qualitates*, turpiter delitescunt, *morbum*

*opinio Libautij.*

*aliorum.*

*bum totius substantiæ* fingunt, nihilq; rectum aut vetum credunt, nisi quod ipsi fecerint. Excell. D. D. *Ammanno*, Med. Lips. acutissima *dissf. de rabie habit. ibid. pro Loco, ut ajunt, §. 7. est delirium à veneno quodam peculiari in animali genito. & homini communicato productum, cum vehementi liquidorum, aquæ potissimum, abominatione.* Nec curiosas opiniones Doctissimi *Joseph. de Aromatariis L. de rabie contagiosa P. III, & IV.* cum Cl. *Meibomio in dissert. de h. m.* aspernatur, cui *rabies* nihil aliud quàm *cynanche*, seu *angina contagiosa*. *Jos. de Aromatar.*

§. 3. Ego genuinam, proximam & immediatam hujus mali causam in *putredine animata*, suprà fusius descriptâ, confidenter pono, ad quam te amando. Ecce naturam & temperiem *canis*: quàm calida, sicca & summè biliosa. Calore multum humidi quotidie consumente, utiq; multa coacervantur excrementa, fumos & fuligines copiosissimè exhalantia. Sic pori obstruuntur, & caloris ventilatio suffiaminatur. Dumq; nihilominus calor sensim augetur magisq; aduritur, adustum calidum tandem ex gradu nativo in p. n. degenerat; unde eo omnia excrementa retenta & congesta, inflammata & adusta *venenum* illud *peculiare*, (ut *Ammann.* loquitur) hydrophobias genitricem, excludunt. Quàm sordida, rancida, & virosâ putredine imbuta devorat *Canis!* quàm *putidas vermiumq; plenissimas* aquas haurit! nec ipsis cadaveribus, etiam dirâ contagione infectis, aliquando parcit. Inde Arab. proverb. *cadaver fœtidum illi gravius est carne capri anniculi*, & stercus comedit. Σκύβαλον græcè, etiam *Phil.* III. 8. qs. κυσίβαλον, quod *canibus* projicitur, Inde *Vulturius* apud *Phædrum* fab. 27. & *Martial. I. ep. 84.* *nostra.*

*non miror, merdas si libet esse* cani.

Hæc *putredo* virosa & verè *animata*, unà cum nutrimento quotidie sumto, maximam δυσκρασίαν producit. Fermentata enim & in intimis fibrarum recessibus diffusa, ibidem veluti sub clandestina quadam statione delitescit, donec, sub caniculæ inprimis ortum, excitata in tantam veneni qualitatem exaltetur. Tunc enim, novâ fermentatione accedente, ab externo calore irritetur, ut, laxatis fienis, magnâ vaporum turbâ concomitante, caput feriat, ubi salinam suam virulentiam meninges lancinando inq; furias stimulando maximè exerit. Frigus verò hybernum poros cutis constipat, caloremq; naturalem concentrat; hinc fuliginosa excrementa supprimuntur, spiritus conculcantur, putredo augetur, & μιάσματα *verminosa* eò citiùs animantur. Inter cetera, queîs vescitur *canis*, nihil, judiciô *Kircheri nostri T. II. L. IX. Mund. subterr. sect. 2. c. 4.* adeò ad *rabiem* magis facit, quàm *sanguis menstruus*; nec ab *alia causa* eandem provenire publicè asserit. Ita; si menstrua *excel-* *Kircheri loc. plur.*

*lenti*

*qui autem percussus est* percussurus eum, ceu carnifex & tortor, ulcere pessimo à planta pedis usq; ad verticem, totam œconomiam vitalem turbavit, istáq; sexcenta, mixtione & mutuâ inter se contemperatione invisibiliter & absq; molestia hactenus manentia, in auxilium *ex orco in lucem* evocavit, secrevit, suiq; juris & conspicua fecit, sicq; mediante *Zira* p.n. contra *Jobum* unitis viribus inflammavit, ut ipsi tot fuerint diaboli, quot *vermiculi*, quot pori corporis, tot ostiola mortis. *Mirabiliter* enim cruciabatur. *Job.* X. 16.

§. 8. Ulcus *malignum* (ut LXX. habent) malignam præsupponit materiam. *Sechin,* In fonte dicitur *Sechin*, & ita vulgò vertitur. *Exod. IX. 10.* eâdem voce hujus ulceris meminit Deus. *Deut.* XXVIII. 27. *&* 35. *Philo L. I. de vit. Mos.* vocat *Phlyctenam*, hitzige Blätter/ wild Feür. Ardens esse ulcus, ex *Exod.* IX. 9. seq. patet. *Videbatur*, ait *Philo L. II. de vit. Mos. unum ulcus à vertice usq; ad imos pedes, his quæ membratim sparsa erant, continuâ serpigine in unum coëuntibus. Sic Jobus unum ulcus erat, unaq; plaga corpus ejus universum.* Ulcus dico, non ulcera. Propterea autem *una plaga* memoratur, quia totum corpus & omnia membra *uno* contexit *ulcere*, atq; ad *unum* convertit *dolorem. Orig. in Job.* Potuit autem hoc ulceris genus serpere per totum corpus à planta pedis usque ad verticem. *Galen. de Tumor. p. n.* *Φαγέδαιναν.* c. 13. Φαγέδαιναν vocat, quæ carnem undiquaque perrodit, devorat & circumjectum habet tumorem. Alii *Chironium* à *Chirone*, qui talia *chironium. telephium. ulcus Syriacum.* sanâsse dicitur; *Telephium* à *Telepho*, qui illis erat affectus. *Bartholin. L. de morb. bibl. c. 7. p. m. 43.* mavult *ulcus Syriacum*, cujus descriptionem pete ex *Ares. L. I. de caus. & sign. acut. morb. c. 9. Coccejus in Comm. Job.* ait; *certum genus ulceris* hîc definire, esse *vaticinari.* Consentit *Polus in Synops. Criticor. Sacr. Vol. II. in h. l.* Itaq; ὁ θαυμάσιος *Bartholin.* pro quovis tumore & scabie pustulisq; ulcus hîc accipiendum putat, *& l. c. p. 51. scorbutum*, ejusq; ulcera, accessisse retur, ut reliqua incommoda evitet, quæ aliorum ulcerum difficultates inferunt. Sanè, ulcera scorbutica, & alia chironia, cum gallicis certare, atq; sæpe dubiam præstare faciem, verissimum est. *Ammann. in Parænes. L. II.* P. 3. c. 4. p. 179.

*primus Jobi affectus ulcus verminosum.* §. 9. Primus itaq; *Jobi* affectus (cui alii tamen paulatim accessêre, ut eò longiùs torqueretur,) fuit *ulcus malignum. Drexel. in Jobo c. XV. p. m. 250.* cum *Pined. Comm. in c. 2. S. 3. ℣. 7.* Φαγέδαιναν vocat ἀπὸ τοῦ φάγειν, ulcus tetrum, *verminosumq;*, totò serpens corpore, artus miserè depascens & urens, ipsasque exedens carnes. Quàm bellè vocat *verminosum.* Et S. *Chrysost.* citante *Pined. l. a. ulcera Jobi vermium fontes & tabifici humoris rivulos dicit, edacem vermium pœnam tabescentes ac defluentes artus consumentem. L. de bono patient.* Ita: quodcunque fuerit ulcus, *verminosum* fuit, & *ideò* satis *malignum*. Quidni enim tota ruinosi *Jobi* natura, jamdudum

dudum ἐν γενέσει corrupta & morbosa, ex percussione Satanæ, magis magisq; omni momentô fieret corruptior, i.e. ad alterius rei, è suo *seminio*, generationem proclivior? Consilium Satanæ neutiquam erat cutim tantùm radere, sed carnes, ossa, ipsasq; harum medullas, nervos, venas & singula membra ac viscera diu noctuq; immanissimè torquere, idque non mensibus XII. ut Ebræi volunt, sed septem annis, *lingua* solummodò salvâ, c. X. 20. quam non sine astû sibi reservabat, ut haberet *Jobus*, quô Deo malediceret. Non potuisset ergò crudeliores, subtiliores & fideliores eligere ministros, quàm *vermes. Fœdus Dei simius*, non nescius quàm plurima, eaq; gravissima, judicia, ministrantibus iis, Jehova exercuerit, in *Jobo* quoq; simile tentare voluit, nec sine successû.

§. 10. Causa *doloris* proxima & immediata ut *unica* tantùm est, ita ad eam omnia, quæ vulgò dolorem efficere creduntur, redigere oportet. *causa doloris proxima unica.* Falluntenim, qui plures simul proximas causas doloris, inq; iis *intemperiem*, & *continui solutionem*, venditant. Intemperiem *sine* materia, tanquam non *entium germanam sororem, omniumq; volubilium nugarum*, & *vanitatum vanissimam vanitatem*, cum *Lang. in Miscell. Cur. Med. n. 2. Ammann. L. II. P. I. Paranes. c. 3. p. 123. Rhod. disp. supra c. XII. Id. Med. Phil. Severin. p. m. 175.* meritò explodimus. *intemperies sine materia fabula.* Nec à simplici intemperie, (seu *calida* aut *humida* fuerit,) plures enim non dantur, si dentur,) oritur dolor, utpote cujus actio tempus postulat & pedetentim progreditur. Quid autem *continui solutio?* ego sanè nescio, nec tu forsan. *Ammann. l. c. p. 204.* *continui solutio.* Quid ergò *dolor? indignatio*, seu *irritatio spiritus vitalis*, seu Archéi, ab objecto dolorifico facta. *dolor quid.* Ut enim hic ex objecto puritatis jucundam, sic quoq; ob impuritates molestam & tristem primariò efficit sensationem, partibus ubiq; insitus. Sive à causis externis, seu à sanguine corrupto malignèq; alterato, vis & molestia inferatur Archéo, colluctabitur cum eodem, totamq; œconomiam vitalem turbabit, quod sine *fermentatione*, ζέσει, & singulari quadam commotione, minimè fieri potest. In hac corruptione & putredine sanguinis (quæ sanè subsequitur) humorumq; eximia, acidum, salsum, amarum, & omnigenum in iis delitescens, ex orco in lucem, ex actu primo in secundum excitatur, aliiq; infesti spiritus ac fuligines simul elevantur, inflammantur, & ita miasmatibus istis animatis atomisq;, in & sub acido, acri, salso &c. occultis, ad bellum intestinum faces & calcaria subduntur, quæ omnia ex aurea de *Fermentatione* doctrina (sine quâ nec orimur, nec morimur, nec validi aut languidi simus, Vid *Kerger. Willis &c.*) prolixiùs ad oculum patent.

§. 11. Hæc autem μιάσματα, seu *seminia animata*, quantum lacessere & perturbare spiritum nostrum, utpote totâ substantiâ ipsi infensa, & partes, inprimis *membranosas*, quibus, ob tenacitatem, firmiter adhæ-

rent, lancinare, rodere, pungere, terebrare & vellicare queant, facile eſt dijudicare. Uti enim *Natura*, ſeu ſpiritus vitæ, omnium *morborum* & dolorum *effectrix*, ita quoq; eorum *curatrix*. Impoſſibile enim eſt, ut contrà collectas impuritates, & montes qs. cruditatum, ſine moleſtia & notabili incommodo corporis inſurgere, pugnare, aut easdem adeò leviter exantlare & expellere valeat: non ſecus ac *Dynaſtes*, cui ſubditorum cura eſt maxima, non ſine ſuorum clade & quodam patriæ excidio, in hoſtem prodire, eumq; ſternere ac territorio ſuo fugare: vel *mater*, quamvis officioſiſſimè blandiens, prolem ſuam à fœda porrigine atque pediculorum turmis altiùs impactis ἀναλγήτως purgare poteſt. Cl. *Lang. Miſcell. Med. Cur. n. 34. p. 114.*

*Natura morborum effectrix & curatrix*

§. 12. Cl. *Severini*, Vir *celebritatis ſplendore & immortali memoriâ longè digniſſimus*. (ut epitaphium ejus habet *Hafnia* in templo Cathedrali à me viſum,) *Frider. II. & Chriſtian. IV. Archiater*, dolorem à *Sale* deducit, nec ineptè. A combuſtione dolor: unde niſi à *ſale*? quercus fortiùs urit, quàm abies, quia plus habet *ſalis*. Luſtra cineres, & annon in fumo major mordicatio? ſi in fumo, cur non in igne? Certè iſta loca vehementiſſimos patiuntur dolores, quæ confluentiam habent cum *ſalibus* potentiſſimis ſeu, in quibus *ſalium* ſpiritus penetrantiſſimi latent, & ad extremitates ducuntur, e.g. orificium ventriculi, renes, inteſtina &c. Viſcera verò, cùm careant membranis, nec intertexantur ſubſtantiis, in quibus *ſalium* ſpiritus potentiſſimi latent, eorum enim ſpiritus obtuſi, tantis doloribus non affliguntur. Conf. *Rhod. in h. l. p. m. 197. ſeqq.*

*dolor à Sale.*

§. 13. Dum igitur percuteret diabolus Jobum, ſimul commovit *acidum*, *auſterum*, *ſalſum*, *omnigenum* in corpore ejus, exq; *orco* in *lucem* evocavit: ſeu miaſmata & ſemina *verminoſa*, in principiis iſtis latentia, inq; iis ſe conſervantia, nunc exaltata, incocta, & ab aliis ſecreta ſingula, ſummas vires & inſignes potentias calamitoſâ ſymptomatum pernicie oſtenderunt. Formæ enim ſubjugatæ, (*atomi verminoſæ*) ſpretô & ſubversô ſpecificæ dominiô, ſuam quæq; vitam nobiliorem, cum mixti naturali reſolutione, affectârunt, ut Huſſæus princeps brevì à capite ad plantam ulceribus *verminoſis* ſcatuerit, qui dubio ſine, ut *acori*. *acutiſſimis roſtellis*, *oblongisq;*, *quadruplicibus & ferè teliformibus* caudis (*vid. Hauptmann. in epiſt. ad Kirch.*) inſtructi, quotidie ſeſe multiplicârunt, adq; cutaneas oras & cutis ſpiracula perducti, alimentum ſuum deſiderantes continuò morſicârunt, pupugerunt, pedumq; ſuorum conſimiliter acuminatis qs. filamentis & cuſpidibus loca affecta indeſinenter titillârunt & lancinârunt, unde furibundus archéus, partibus læſis inſitus, licèt tanto examini impar, irritatus tamen vires quidem ſuas, ut potuit, oppoſuit, inq; hac lucta dolorificos pruritus, ſeu pruriginoſos dolores, auxit, & afflictô ad-

*qui percuſſus Jobus?*

cto addidit afflictionem. Humoribus interim, sub illa Archéi indignatione, copiosiùs affluentibus, major fermentatio facta, ut tota cutis hinc inde elevata intumuerit, æstus febrilis & insolitus (quem *ignem sacrum*, seu aliter vocites, nihil ad me,) accesserit, sicque, ob ulcera infinita passim protuberantia, Jobus in *cadaverosum* quendam *mucorem*, summè fœtidum, conversus fuerit. Quos dolores ac intolerabilem pruritum ipse testâ rudiore, in fimeto forsan repertâ, cutim undiquaq; radendo, minimè demulsit, sed dolores insigniter auxit, non sine cachinno diaboli. Verè igitur clamat: *Circumdedit me lanceis suis, c. XVI. 15. innumeris vermiculis*, qui singula membra & viscera usq; ad intimas ossium medullas *rodunt & lancinant*, ac non secus me *circumdederunt*, quàm *sagittarii scopum suum. Posuit enim me sibi qs. signum. v. 16.*

§. 14. Sufficiebat Diabolo, Deô sic volente unica, eaq; levissima, percussio ad millia & decem millia ulcera maligna *Jobo* infligenda. *Musca sic* referente *Kircher. de Peste S. II. c. 4. p. 247.* nobilis cujusdam naso fortè insidens, & promuscidis unicô spiculô eidem infixô, tumorem quendam effecit, quô sensim crescente, & intrà viscera serpente venenô pestilentiali, intra biduum extinctus est. Bone Deus! si tantùm *musca*, quantùm poterit Rex muscarum *Beelzebub*? Posito. Πονηρὸν, sine percussione & absq; præviâ (ut sic dicam,) corruptione sanguinis, omnibusq; aliis supra dictis, *atomum* saltem malignam & contagiosam, omnium totius corporis ulcerum & symptomatum matrem, corpori *Jobi* affricuisse, sat certè fuisset malorum. Impossibile autem sine corruptione & putredine ea excludi. Quicquid autem hujusmodi μιάσματα agunt, fermentando agunt. Cùmq; *sale* sui generis volatili & animato abundent, ceteris paribus, & causis adjuvantibus non impeditis, ea & facilè didi, ocyusq; in universum corpus penetrare, inq; eo, pro diversitate partium affectarum & subjectorum, diversissimos & stupendos edere possunt affectus, ut in *Jobo* videmus. *una percussio sufficiebat.*

§. 15. Sive igitur saltum fecerit Satanas, seu lentiùs festinârit, quod SS. reticuit, certissimum tamen, fuisse in *Jobo omnigenam & planè universalem totius corporis, omniumq; partium, tàm continentium, quàm contentorum, seu humorum, corruptionem & putredinem verè animatam, ipsumq; adeò spirans cadaver, Pathologia animata consummatissimam idéam.* Ideò in threnis suis c. VI. 4. *sagitta Domini in me sunt, i.e. vermiculi* carnem meam perforantes, quosq; Satanas, Deô volente, instigavit ad comedendum, omnemq; corporis mei sanguinem sugendum. *Sagitta istæ* penitus defixæ, omnes adhuc in me sunt, hærentq; in intimis membranis ac medullis, nullâ adhuc extractâ. *c. VII. 5.* *Jobus mors viva.*



Job intus forisq; verminosus.

§. 16. Sanè *Jobum* intus forisq; *Vermibus* fuisse plenissimum, *uti cafeus putridus*, asserit *Drexel de Jobo c. X V. p. m. 253.* idq; prisci testantur Patres Ecclesiæ, quorum syllabum exhibet *Pined. in Comment. c. 2. ℣. 6. S. VI. p. 144.* *Caro mea putredine induta est c. VII. 5.* i. e. cooperta *vermibus.* Mein Fleisch ist um und um würmicht und koticht. Koticht / non tam propter ulcera & saniem, sed etiam *excrementa vermium*, (ubi enim alimentum, ibi etiam excrementum,) quorum corruptio aliorum erat generatio. Quis enim inficiabitur, ex excrementis, semine adhuc turgidis, colore superveniente, alios propullulâsse *vermes?* c. XVII. 14. vocat se *putredinis* (mortis) filium. Dixi *putredini: pater meus es tu: mater mea & soror mea vermibus*, queîs vivus adhuc scateo. LXX. Interpretes *Jobi* conjugem sic faciunt loquentem: c. 2. *Tu in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio.* Ipse *Jobus c. X X X. 17. qui me comedunt, non dormiunt. Tertull. Lib. suprà cit. Dissecabatur*, ait, *diabolus, cùm erumpentes Job bestiolas in eosdem specus & pastus foraminosa carnis ludendo revocaret*, qs. diceret: Hîc, ô mei *vermiculi*, manete in meo corpore: in hæc pascua enim nati estis. *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & qs. capitio tunicæ succinxerunt me c. X X X. 18.* i. e. juxta *Paraphrast. pined. ob doloris vim ac nimiam morbi gravitatem, putredinisq; manantis copiam, deniq; scatentium vermiculorum multitudinem, ipsa mea vestis putrescit & atteritur, atq; adeò cogor vestem sæpius invertere ac omninò etiam mutare. Nam totius corporis fœditas ipsam vestimenti faciem mutat & destruit. Ipsum verò vestimenti capitium & os infestissimis hujusmodi bestiolis turmatim adscendentibus, & qs. effervescentibus, concrescit & constringitur, ita ut me jam capere non possit, neq; commodè respirare permittat.*

putredo & vermis synonyma.

Sacræ Pandectæ *putredinem & vermem* promiscuè sumunt. Jobi X X V. 6. *homo* dicitur *putredo*, &c. X X I. 26. *vermis* ac *tinea*; *Esa.* X I V. 11. & quod dicitur *Vermis* à L X X. à Vulgato nominatur *putredo & vermiculus. Adam* dicitur *putredo*; est enim prima *vermium* origo, & mortis. *Filius* autem *hominis vermis*, i. e. *filius Adam*, seu *putredinis.* Sunt itaq; in lingua sancta *vermis & putredo* synonyma. Ein Mensch die Made / und ein Menschen-Kind der Wurm. Jobi. XXV. 6.

Signacula Laconum.

§. 17. *Lacones* olim, notante *Hesychio*, lignis à *vermibus* corrosis, variis notis insignitis, utensilia & alia obsignabant, eaq; signacula *θριπήδεστα* vocabant. *Ursin. Theol. Symbol. c. 140. p. 165.* Dignum patellâ operculum! Quàm benè *vermibus* obsignatur, quod à *vermibus* olim devoratur. *Adam* enim, ut dixi, *putredo, & nos*, filii ejus, *vermes!* Consumimur enim velut à *tinea. Iob. I V. 19. Tinea* occulta & singularis Dei vindicta, quam de his, qui externâ facie splendent, Deus sumere solet, dum eos paulatim enervat, & comminuit virtutem eorum & in pulverem redigit, omnemq; obfuscat splendorem; non secus *ac tinea* ligna, magna

licèt

licèt beneq; solida, corrodore paulatim solet, quæ tandem levissimô ictû confringuntur & abeunt in vagos pulveres. Nil igitur mirum (ait *Eliphas*) si *corrosus à vermibus* videaris; Nam *tinea* divinæ vindictæ ex peccatorum tuorũ latente *putredine* qs. procreata te debilitavit, & in pulverem redegit. Sic *Hos. V. 12.* Ego qs. *tinea* Ephraim, & qs. *putredo* domui Judæ. Paulatim enim amiserant Vires, & nihil roboris, præter externam quandam & inanem speciem, retinebant. Vidit enim ℣. 13. Ephraim *languorem*, & Judas *Vinculum* suum. Captivus enim & post terga revinctis manibus adductus est ab hoste.

§. 18. Stomachatur ferè Summus *Bartholin. L. de Morb. bibl. p. m. 39.* in eruditissimum *Pinedam*, quòd scripserit, *Iobum* quoq; *lue venereâ* fuisse correptum, eò, quòd istô seculô fœdum hoc malum nondum innotuerit, & quòd non nisi per contagium propagetur. *Nihil* enim *ineptius* dici posse, retur *Steph. Roderic. Castrens. quæ ex quibus L. I. c. XXI. p. 48.* At respondimus suprà *c. IX. §. 2. 3. seqq. Lepra & lues Venerea Ammanno nostro Lib. II. Paranes. P. III. c. 4. p. 177. seqq.* est unus idemq; affectus seu morbus. Et enim (I) uterque contagiosus & hereditarius, Nec obstat, quosdam, Chirurgorum exemplô, contagium luis Venereæ in dubium vocare. *Vid. c. IX. §. 11.* Hereditariam esse, historiæ *Rhod. C. III. obs. 83. & Lud. Vivis in August. L. XXII. C. D. c. 22.* confirmant. Rationem dabit *Cl. Nettelbach. in disp. inaugural. de epileps. habit. Wittenb. an. 1667. c. VI. p. m. 27. seq.* (II) Una eademq; utriusq; morbi causa, nequaquàm atra bilis, seu humor crassus, viscidus, acris & mordax, sed *putredo animata*, (i. e. *atomi Verminosa*, in putredine, ceu matrice & diversorio, stabulantes,) quas seu *venenum corrosivum*, seu *universalem totius corporis cachexiam & corruptionem universalem*, seu cum *Paracelso totius corporis in putrefactionem omnimodam degenerationem dicas*, perinde est. (III) Uterq; morbus æq; *Hippocr. Galen. ac Arabibus*, quoad *causas* genuinas & *curationem*, omninò fuit incognitus, & qs. pagus bohemicus. Næ *putredo sordida, muscosa, tenax, Virulenta* ac *viscosa*, verbô: *animata* est unica & vera omnis *contagii* causa, uti in *scabie, lue Venera, elephantiasi, lepra*, omnibusq; aliis *contagiosis & salsuginosis* morbis abunde videre est. (IV.) Adsunt utrobiq; eædem læsiones omnium facultatum & symptomatum, v. g. corrosio uvulæ, palati, narium, raucedo, apolecia, gonorrhæa, fœtor &c. (V.) Ut luis Venereæ stipendiarii à publico consortio excludendi: ita leprosi. Hinc dicitur Außsatz / qs. extrapositio, quòd nimirum extra sanorum hominum collegia poni debeant, etiam lege divinâ *Lev. XIII. 44. IV. Reg. XV.* (VI.) Signa lepræ vid. *Exod. IV. 6. Lev. XIII. 1. seqq. Num. XII. 10.* luis Venereæ omnes dabunt practici. (VII.) Adest eadem methodus & difficultas curand. In Mercurio & Antimonio utriusque morbi medelæ spes. *Est enim in*

*Cl. Bartholini opinio contra Roned.*

*Lepra & lues Venerea unus affectus*

 *Mercurio*

*Mercurio balsamus regenerativus ac incarnativus. In ejus visceribus natura qs. in unum gazophylacium sanguinem indidit purgandi vim. Rolfinck. L. IV. de aff. part. c. 4. p. m. 383.* Hoc saltem intercedit discrimen, quòd in V. T. lepra, jussû Dei, extraordinariè à sacerdotibus curaretur, nostra verò lues ordinariè à medentibus Artis suæ gnaris. *Nocte os meum perforatur doloribus, c. XXX. 17. nec per noctem tacet pupilla oculi Thren. II. 18.* Cur autem *noctû* inprimis tormenta augeantur, dixi *suprà c. IX. §. 16.*

*Scorbutus pro lue Venerea habitus.* §. 19. Hodie lues hæc plerunq; nomine *scorbuti*, aut *scabiei*, dissimulatur. Sæpè etiam *psora scorbutica* pro *lue Venerea* habetur. Vir quidam nobilis, & Canonic. Eccles. Cathedral. fœdissimâ scabie crustosâ, eâque candidissimâ, siccâ tamen, per totum ferè (præsertim in capite & dorso) totus ferè qs. obductus cum intolerabili & assiduo pruritu, summâ cachexiâ, doloribus per intervalla (inprimis noctû) atrocibus, deturpato faciei colore, pedibus maximè tumidis, notabili, fœtore, & gravi halitû, omnibus domesticis molestô &c. á plurimis pro *leproso & elephantiaco*, ab aliis pro *luis Venereæ Candidato* diu, at frustrà, curatus. Tandem meum extorsit judicium. Omnibus sobriè expensis; Domine, ajebam, nec *Græcus*, nec *Arabs* es, nec *Gallus*, vel *Neapolitanus*. Si priscâ Germanorum fide patientiam & obsequium mihi spoponderis, ego vicissim tibi, Deo ita volente, sanitatem polliceor. Apage lepram cum pudendagra! *Scorbuticus* es. Hoc Augiæ stabulum qui repurgaverit, te servabit. Præmissâ itaq; Venæ sectione, purgantibus &c. sub ipso cane, dici vix potest, quantum opis mihi tulerint Mercurius & Antimoniû Proh! clamat plebecula nostra: *Sub ipso cane?* Ast hoc delirium jamdudum explosêre *Primeros. L. IV. de error. vulg. c. 11. p. 138. seqq. Fr. Hofmann. L. I. M. M. c. 7. p. 62. Holler. ad IV. aph. 5. Heurn. ad h. l. Horat. Augen. L. III. de miss. sanguin. c. 20.* inprimis doctissimus *Laurent. exercit. XVII. in hunc aphorism.* Quòd verò nunc tam frequens non sit lepra apud Judæos, rationem dabit *Buxtorf. Synagog. Judaic. c. 23.*

*Job leprosus.* §. 20. Cùm igitur ulcus istud (*Sechin*) passim cum lepra conjungatur, *Levit.* XIII. 18. 19. 23. *Deut.* XXVIII. 27. & 35. etiam vox *tangendi* crebriùs ad *lepræ* plagam accommodetur, & in *Arabia* ac *Syria*, nec non *Ægypto* fuerit familiaris, nosq; cum *Ammanno* lepram & luem Veneream pro *eodem affectu* habeamus, *Pinedam* utiq; defendimus. Deflet *Jobus cutem denigratam*, c. XXX. 30. *ejus duritiem* & *asperitatem rugarum*, c. XVI. 16. *pulchritudinem ejus devoratam* & *consumtam*, c. XVIII. 13. *carnes ad ossa appressas, hisq; consumtis, pellem ossibus adhærentem*, c. XIX. 20. *nasum resimatum, omnemq; formam immutatam*, ideò omnibus amicis *incognitus*, c. II. 12. *pedes tumentes, inq; nervo positos*, c. XIII. 27. *labia crassiora, absumtisq; reliquis partibus, sola circum dentes relicta*, c. XIX. 20. *ossa perforata*, c. XXX. 17. *Vid.*

*Pined.*

*Pined. l. a.* Meritò itaq; à consortio hominum in sterquilinium publicum extra muros à vespillonibus delatus. *Procul* enim stabant amici, *c. II. 1.* *grande* hoc *prodigium Ps. LXX. 7.* visuri.

§. 21. Medicis omnem penè artem in uno homine per septennium frustrà consumentibus, (*non erat enim, qui ferret auxilium Iob. XXX. 13.*) res angusta tandem domi & curta suppellex. Interim morbi cum doloribus, & erumpentium *vermium* turmis, crevêre: inde fœtor intolerabilis, ut nemo amplius ad tam graveolens cadaver sine vitæ discrimine paulò diutiùs potuerit consistere. Omnia conclavia fœtoribus & contagiô infecta. Hinc diffugêre omnes. Quod *Iobus* gravissimè sentiens: *fratres meos*, lamentatur, c. XIX. 13. *seqq. longè fecit à me, & noti mei qs. alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, &, qui me noverant, obliti sunt mei. Inquilini domus meæ & ancillæ meæ sicut alienum habent me, & qs. peregrinus sum in oculis eorum. Servum meum vocavi, & non respondit: ore propriô deprecabar illum. Halitum meum* (fœtidum) *exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei &c. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. In Canticum eorum versus sum, & factus sum illis proverbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.* *Job desperatus,* *ab omnibus derelictus,*

§. 22. Ut autem corpus *ulcerosum* mollius aliquandò sederet, nec aliis inficerentur, collocabatur in fimo, etiam *medela* gratiâ. Quanta autem anxietas, seu tædium sui, quod ferè comitari solet febrim ἀσώδην, i. e. *anxiosam*, (qua de *Stephan. Roderic. Castrens. L. quæ ex quib. I. c. 21. p. m. 47.*) afflixerit *Iobum*, apertè fatetur c. X. *Marcescebat enim anima ejus c. XXX. 16. & elegit suspendium. c. VII. 15. Dolor* quippe eum *oppressit*, c. XVI. 7. & *spiritus attenuatus est*, c. XVII. 1. *ossa aruerunt præ caumate*, c. XXX. 30. & *membra in nihilum redacta sunt.* Saltem *labia circa dentes relicta.* c. XIX. 20. Hinc vigiliæ molestissimæ, & *alia noctis terriculamenta. Noctes laboriosas enumeravi mihi.* c. VIII. 3. *Si dixero: consolabitur me lectulus meus, & relevabor loquens mecum in strato meo, terres me per somnia, & per visionem horrore concutis.* ℣. 14. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum: noctem verterunt in diem* c. XVII. 12. *febris anxiosa.*

§. 23. Imò crediderim cum *Bartholino*, accessisse *scorbutum*, ob causas præcedentes. *Animi* enim *mæror ingens*, propter amissa bona, liberos, conjugem & amicos, totum ipsum corrumpebant. *Posuit me in proverbium vulgi, & exemplum sum coram eis.* c. XVII. 6. *Comminans mihi infremuit contra me dentibus: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* c. XVI. 10. Adde *aeris constitutionem ad littora Syriæ maritima, victum pravum ex inopia rei familiaris.* Hinc ἴλιας κακῶν. Vix mihi ostenderis symptoma in *Iobo*, quod non commodè etiam ad *scorbutum* trahi possit, *lancinationes* putâ, *inquietudines*, *Job. scorbuticus.*

*dines, dolores, febrim, halitum fœtidum, atrophiam, ulcera maligna, cephalalgiam, palpitationem cordis, syncopen, dentium mobilitatem, asthma, arthritidem vagam &c.* Sed non nisi à *putredine animata* derivamus scorbutum. Sic θέσις nostra integra. Torqueat se ut velint; Dd. pedem nuspiam certè figent, nisi in *Patholog. animata. Effudit in terram viscera* (rectiùs *fel* meum.) c. XVI. 13. Ea signum *dysentericum! Convulneravit lumbos meos*, ibidem sunt *dolores nephritici. Interiora mea efferbuerunt sine requie* c. XXX. 27. *Antequam comedo, suspiro* c. III. 24. & *tanquam inundantes aquæ, sic rugitus mei.* Intestina, viscera, pulmo, cor &c. ebulliunt, commoventur, qs. subjectis prunis, absq; ullâ requie. רִמָּה enim me decoxit. *Attenuetur fame robur ejus, & inedia invadat costas illius*, c. XVIII. 12. ait *Bildad. In amaritudinibus commoratur oculus meus.* c. XVII. 2. Omnia tumida, purulenta, tabida & *verminosa*, dolor & anxietas ubiq;. *Vid. c. IV. 7. Concidit me vulnere super vulnus.* c. XVI. 14. *Diabolus* enîm, ait *Drexel.* in *Jobo suo c. XVI. p. m. 267. Pharmacopœus artificiosissimus & tortor vaferrimus, hos morbos gradatim & per intervalla, non unà omnes, intulit, ne necaret, quem ad novas identidem pœnas diu cupiebat vivere, & ut tantò citiùs desperaret sic afflictus, quantò tardiùs finem expectaret.*



# *CAPUT. XI.*

## De vera rabiej causa, signis, remediis.

§. 1.

HÆc B. L. operosè præmittere volui, ne nescires potentiam, malitiam, mysteria, imò miracula *Vermium.* Quòd verô suprà *c. 8. §. 20.* omnes morbos iis obnoxios dixerim cum *Kirchero*, ita accipias velim, quòd in *omnibus* nonnunquam subesse possint, etiam singuli *aliquando* ab iis oriri & adhuc oriantur. Næ morbos, vulgò *occultos, contagiosos, & ob corruptos, putridosq́; humores valde suspectos*, e.g. luem veneream, scorbutum, lepram, variolas, pestem &c. sine *Pathologia animata* (quæ nihil novi aut paradoxi in se complectitur, modò limites non excedat,) cognoscere velle, est Solem sine Sole videre. Sed ad *rabiem.*

*Quinā morbi à Vermibus?*

*Opinio Libautij. aliorum.*

§. 2. Credidit *Libautius ad IV. aph. 5. canes ex intuitu imaginis suæ in aquis formam suam mirari, oblatrare, & succedente demum febre, ita in rabiem agi*, quod etiam de *equabus* dixit *Columella L. VI.* Alii post imperitorum catervam, *occultas* putâ *qualitates*, turpiter delitescunt, *morbum*

*bum totius substantiæ* fingunt, nihilq; rectum aut vetum credunt, nisi quod ipsi fecerint. Excell. D. D. *Ammanno*, Med. Lips. acutissima *disp. de rabie habit. ibid. pro Loco, ut ajunt*, §. 7. *est delirium à veneno quodam peculiari in animali genito. & homini communicato productum, cum vehementi liquidorum, aquæ potissimum, abominatione.* Nec curiosas opiniones Doctissimi *Joseph. de Aromatariis L. de rabie contagiosa P. III. & IV.* cum Cl. *Meibomio in dissert. de h. m.* aspernatur, cui *rabies* nihil aliud quàm *cynanche*, seu *angina contagiosa*. *Ammanni.* *Jos. de Aromatar.*

§. 3. Ego genuinam, proximam & immediatam hujus mali causam in *putredine animata*, suprà fusius descriptâ, confidenter pono, ad quam te amando. Ecce naturam & temperiem *canis*: quàm calida, sicca & summè biliosa. Calore multum humidi quotidie consumente, utiq; multa coacervantur excrementa, fumos & fuligines copiosissimè exhalantia. Sic pori obstruuntur, & caloris ventilatio suffiaminatur. Dumq; nihilominus calor sensim augetur magisq; aduritur, adustum calidum tandem ex gradu nativo in p. n. degenerat; unde eo omnia excrementa retenta & congesta, inflammata & adusta *venenum* illud *peculiare*, (ut *Ammann.* loquitur) hydrophobias genitricem, excludunt. Quàm sordida, rancida, & virosâ putredine imbuta devorat *Canis*! quàm *putidas vermiumq; plenissimas* aquas haurit! nec ipsis cadaveribus, etiam dirâ contagione infectis, aliquando parcit. Inde Arab. proverb. *cadaver fœtidum illi gravius est carne capri anniculi*, & stercus comedit. Σκύβαλον græcè, etiam *Phil.* III. 8. qs. κυσίβαλον, quod *canibus* projicitur, Inde *Vulturius* apud *Phædrum* fab. 27. & *Martial. I. ep.* 84. *nostra.*

*non miror, merdas si libet esse* cani.

Hæc *putredo* virosa & verè *animata*, unà cum nutrimento quotidie sumto, maximam δυσκρασίαν producit. Fermentata enim & in intimis fibrarum recessibus diffusa, ibidem veluti sub clandestina quadam statione delitescit, donec, sub caniculæ inprimis ortum, excitata in tantam veneni qualitatem exaltetur. Tunc enim, novâ fermentatione accedente, ab externo calore irritetur, ut, laxatis fienis, magnâ vaporum turbâ concomitante, caput feriat, ubi salinam suam virulentiam meninges lancinando inq; furias stimulando maximè exerit. Frigus verò hybernum poros cutis constipat, caloremq; naturalem concentrat; hinc fuliginosa excrementa supprimuntur, spiritus conculcantur, putredo augetur, & μιάσματα *verminosa* eò citiùs animantur. Inter cetera, queîs vescitur *canis*, nihil, judiciô *Kircheri nostri T. II. L. IX. Mund. subterr. sect. 2. c. 4.* adeò ad *rabiem* magis facit, quàm *sanguis menstruus*; nec *ab alia causa* eandem provenire publicè asserit. Ita: si menstrua *excel-* *Kircheri laus.*

*lenti*

*lenti putredine*, seu *animatâ*, imprægnata, maximè nocent. Sin: ne metuas velim. Dedi olim in Saxonia inferiori *cani famelico* incluso per integrum octiduum nihil, præter ossa vitulina & *sanguinem menstruum valde corruptum*, à fœminis plebejis & *scorbuticis* rejectum, at studiosè asservatum, mihique transmissum, certitudinem *Kircheri* anixè visurus. At non rabidus, *dysentericus* tamen, factus decimo die in ergastulo suo periit, erumpentibus subitò è cadavere *innumeris vermiculis*. Pluries tentavi, nunquam sine detrimento & interitu ferè *canum*, ut nullum in *rabiem* egi, quod ipsemet miror. Non igitur dixerim: *à nulla alia causa rabiem oriri*. Interim sententiæ nostræ constanter inhæremus. Consentit *Ionstonus L. IV. de quadrup. p. m. 178.* disertè asserens. *Rabidi fiunt canes ab esu putridorum ciborum, & carnibus vermibus scatentibus, inprimis diebus canicularibus.* At sues etiam *putridas* aquas sordesq; varias, & cum iis *vermes* ingerunt, quidnî etiam aguntur in rabiem? *canes* frequentiùs *rabire* alibi diximus. Non quævis animalia, sed prædisposita, rabiunt. Ita morsi aliquando à *rabidis* nullum sensêre damnum, vel tamen tardiùs: alii statim *rabie* correpti, uti corpora & cetera erant disposita. Vid. *Schenck. L. VII. obs. 53.*

*Historia.* *Obiectio.*

*Vermes sub lingua & in capite rabidorum.* §. 4. Quæ de *vermiculis sub lingua* (sunt *Plinii lytta*) & in *capitibus rabidorum boum canumq;* (quò etiam alludit *Gratius in Cynaget. v. 385. seqq. Add. Barthij animadv. in h. l.*) vulgò credunt, nec Inepta nec falsa sunt, utut *Crucius de quæsit. per epist. C. III. p. 194.* & alii cum *Reysio Camp elys. juc. qu. n. 62. §. 1.* rideant. Admittit eosdem *Ioseph. de Aromat. P. IV. de rab. contag. c. 7. c. fin.* Laudo curiosum rusticorum in Dania studium, qui in *capitibus rabidorum boum, equorum, oviumq; vermes* apertè notârunt. *Barthol. C. III. epist. 48. p. m. 198.* Idem mihi fassi sunt quàmplurimi. Bene *Vossius L. IV. Idol. c. 59. quod multi*, ait, *non viderunt, cernunt subinde vulgares animæ, rustici, piscatores, quibuscum si sermonem serere haut gravaremur, plura sciremus Naturæ arcana. Amphion* noster, Amicus *Reiselius*, nunc *Consil. & Archiater Studgardianus*, reperit in sinistri lupini renis superstite membrana *vermem* XXI. Uncias, seu pollicem longum, serpentis formâ, subque tenerâ cute *alium* pede longum, ore patulo, capite cruento, *plures* insuper albos minores. In narium quoque spongioso osse duos invenit latiusculos, velut qui in ovium hepate sunt, & dicuntur Eg[illegible]. Hosce *vermes* rectissimè *rabiei causam* conjicit. Oho! clamas, *conjicit*? ita: quid enim ars nostra nisi *conjecturalis*? Vid. D. D. *Ammanni præf. ad discent. Paræneſi Ejus præmiss. & ann. III. Eph. Cur. Germ. obs. 193.*

*Observatio.*

*Autoris curiositas.* §. 5. Ego, ut nihil omitterem, quantum ad notitiam Veritatis, ab ipsis *canicidis* per alios expiscatus sum, annon & ipsi in *rabidis canibus* pocisis similes notâssent historias? Negantes promissô prœmiô monui, ut scru-

ut ſcrutarentur. Multum enim intereſſe, ut ſcirem. Fecêre, bisque mihi monſtrârunt *vermes* in *capitibus, renibus ac inteſtinis canum*, *ob rabiem* cæſorum, inventos. Servo mihi *Diog. Laert.* quondam Hafniæ Danorum ex ſelecta, nî fallor, Bibliotheca Incomparabilis, Viri *D. Chriſtiani Oſtenfeldii, Philos. U. Jur. & Med. D. hujusq; in inclyta Hafnienſi PP. inq; Summo Tribunali Reg. Aſſeſſ. & olim Academ. ICtorum Patavii Rect. adq; Principem & Senatum Venetum Orat.* cui laudatiſſima Acad. ob res bene geſtas, imaginem è *marmore in Palatio Academico*, & alteram *æri inciſam* poſuit *Patavii an. 1654. Præceptoris & Fautoris olim mei ſummè Venerandi*, legitimè comparatum, in cujus calce hanc inſcriptam reperio obſervationem. *Vidi canem, ex cujus totô corpore magnô cum fœtore* innumeri prodibant vermes albi, *qui ei intra biduum mortem intulère miſerrimam. Hic* canis radibus *antea fuerat, ſanatus tamen iterum. Cùm verò cadavere equino* intolerabilem mephitim longè lateq; ſpirante *veſceretur, denuò incidit in iſtum morbum, in quo etiam perſit.* Ipſum *Oſtenſeldium* hæc ſcripſiſſe dubito. Novi enim adhuc ſtylum manumq; ejus. Quisquis tamen fuerit, non temnenda ſcripſiſſe cenſeo, *D. Oſtenfeldii elogium.* *obſerv.*

*§. 6.* Cùm anno 1674. ipſis diebus canicularibus *Hamburgô* cum aliis in Saxoniam inferiorem proficiſcerer, occurrit nobis, in rheda amicè confabulantibus, haud procul ab ignobili quodam viculo, (nomen ejus tinea, ſeu blatta in Adverſariis meis exedit,) circa crepuſculum, *canis* paſtoralis *rabidus*, quem, ne aliis in vicinia noceret, ocyus quidam è ſociis noſtris plumbeô globulo trajecit, nomine Tobias Lorch/ Pruſſus, Chirurgiæ Candid. literisq; benè tinctus. Qui, cùm me Medicum eſſe reſciviſſet, multis humanitatis officiis, in itinere non ſemel præſtitis, amicitiam meam ambiit & promeruit. Poſt ſobriam cœnam mihi in horto ambulanti ſeſe ſociat, cauſam rabiei cupidè indagans. Placuit Juvenis ſtudium. Expoſitis ergò meis de *putredine animata* conjecturis, ſummam gratitudinem ſinceramq; mentem conteſtabatur, Agè, inquiens, Mi Domine, ita ſi Tibi placuerit, cum Vulcano in cornu exibimus, veritatem ſciſcitatum. Ego ſerrâ caput cæſi diſſecabo, curioſi hujus ſpectaculi ſitientiſſimus. Da ſpatium, dixi, tenuemq; moram. Ortô Sole exſpatiabimur, grande hoc miraculum fortè viſuri. Fecimus diſſectô capite neuter quidem fœtorem perſenſit, ambo tamen deliquio animi correpti cœpimus titubare, illeq; vomere. Sumtis verò rotul. bezoard. ſtatim nobis ex voto redditi. Hinc contra venenum, quantum potuimus, bals. antapoplect. & acet. theriacal. Timæi (mihi admodum familiari) ſatis muniti, ſufflaminato halitû, clauſisque naribus & ore, hôcq; aceto illo repleto, accenſâq; circa cadaver ſtrue, ex ligno quercino & fagino congeſtâ, propiùs & animoſius acceſſimus mirabilia Na- *Obſerv. ſingularis.*

turæ contemplatur. O si tunc nobis adstitisset *Reysius*, expunxisset fortè *merum cerebelli sui figmentum in Camp. elys. qu. 61. §. 1.* publicè pronuncians, se injuriam fecisse *Jacobo de Partibus.* Totum cerebrum maximè putridum è calvaria statim prolapsum in gramine longiùs diffluxit, inq; eo diversi vermiculi, quorum plusculos in majoribus bullis, è viscoso putriq; cerebri liquore elevatis, vel ex motu interiori notavimus. Hæc agentibus supervenit canus opilio Anatomen nostram visurus. Qui, cum utrumq; adhuc qs. attonitum cerneret, cum cachinno ajebat: Dat eß mich wat ohles / und eck hebbe niet als juw in die schole gegahn. Met den schapen ists eben so. *Mihi sanè nihil novi. cùm tamen literis nunquàm me mancipârim. Par ratio cum ovibus.* Notastine talia spectacula in ovibus? Juw syd seltzame Lude / hefft juw solche Wörme nit mehr gesehn? Dat sind doll Wörme / die kniepen den bestern die brege entzwey / und macken sie gantz düselicht / dat sie weder rast noch rau hebben. *Mirabiles socii! vidistis tales Vermiculos? sunt rabidi vermes, (seu potius vermes rabiem inferentes,) corrodunt bestiis cerebrum, inq, rabiem agunt, ut quiescere nesciant.* Uterq; ei XXIV. grossos Ostendens, Dic nobis, quæ sumus, ô Bone Senex, at dic seriò, an res ita se habeat. Ille corrugatâ fronte: Wat scholl ick ohlde Mann lügen / (nunc pectus suum palmâ tundens,) ey so hohle mick de Düfel! *Quid? si ego silicernium vobis mentiar, rapiat me diabolus!* Wollt juw dat best innwendig begiksken / und solche kniepers seihn? dat glöft man / Ohlde Lüde sind keine Narren. *Vultisne interiora canis, inq, iis vermiculos contemplari? Vera loquor, credite mihi. Et senes adhuc sapiunt.* Bene: manum igitur ad canem. Quod si feceris, gratiam mereberis & hoc præmium. Ille, sumtô prius jentaculo, devoratisq; XII. nî fallor, baccis lauri, quibus se canitiem suam debere sanctè fatebatur, rem animosè aggrediens, nobis interim procul sensim recedentibus, apertô canis ventre, viscera, pedô suo hinc inde, longiùs aliquantulum recedens, subindeq; volutans, allium mandebat. Cùm verò nullos cerneret vermiculos, præter lumbricum ex intestinis protractum, cum indignatione dicebat: De ohlde Düfel hefft die kleine Krupers alle gefraten / putans: lumbricum istum minores Vermiculos omnes devorâsse. Hinc, signô nobis à reliquis Itineris sociis datô, oblatô præmio discessimus. Ille tripudians, inflatâ tibiâ utriculi, ad diversorium nos usq; comitabatur, facta & acta Anatomes nostræ

*Obj.* campestris, Sociis prolixiùs enarrans. Sed, heus tu, si hoc malum à vermibus, eccur *Hacquard.* Reg. in Dania Chirurgus, Amicus quondam noster, in anatome hydrophobi nullos omninò reperire potuit? Vid *Bonet. L. I. Medicin. Septentrion. Sect. XX. c. 9.* Nec cerebrum,

*Resio.* ob instrumentorum defectum, introspectum est. Et licèt nulli, oculis

saltem

ſaltem obvii, in cerebro inventi fuiſſent, quid inde? Cadaver infauſtæ illius *Catharinæ*, quæ annis retròqs. XX. innumeros bufones vomitû rejecerat, (quâ de *Bartholin. C. IV. hiſt. 94. & Reines in epiſt. Med. Philolog. p. m. 20.*) à Curioſo *Sirio* noſtro *D. Vollgnadio*, diſſectum ne veſtigium quidem bufonis amplius exhibuit. Ergone relatio ficta? *Vid. Ann. I. Ephem. Curios. Germ. obſ. 103.* Adeo ſalutare eſt iſtud *Coi* noſtri monitum *Præc. t. 11. Ne pigeat etiam ab Idiotis requirere, quod uſui eſſe poteſt, quod Caſp. Bartholin. in ſuo de ſtudio Medico Conſilio c. fin.* repetit. Narravit etiam mihi Nobil. Dn. *Franciſc. Guilielm.* à Steinhauß/ Fautor olim honorandus, in diſſectis *capitibus* rabidarum *ovium*, ab aliis, quorum officium erat, diligentiùs examinatis, aliquando *integros globulos vermium plenos* fuiſſe repertos. Et in eviſceratione *lupi*, ob *rabiem* à ruſticis Weſtphalis cæſi, in dextro *rene* planè exeſo, *vermem rubicundum, ſed albis maculis eleganter diſtinctum. palmam infantis longum, caudâ biſurcata, & acutô roſtellô* armatum inventum eſſe, à Veterano quodam Venatore in Comitatu *Waldeccenſi* olim accepimus. *Alia.*

§. 7. Quocunq; igitur modô *rabies* nobis communicetur, ſeu *contactû corporali e. g. morsû, Salm. C. I. obſ. 96.* ſalivâ *Matthiol. in Lib. VI. Dioſc. c. 36. Foreſt. L. X. obſ. 27. Matth. de gradibus conſil. 82. Ephem. Cur. Germ. T. VI. obſ. 142.* oſculô *Card. L. II. contradict. 9. tract. 5. & Palmar. L. VI. de morb. contag. f. 267.* contrectatione, *Id. de venen. & l. cit. Zacut. L. VI. hiſt. 17.* halitû, ſeu inſpiratione & odore, *Cæl. Aurelian. L. I. ſign. & cauſ. morb. acut. c. 7. & L. III. c. 9.* manducatione carnis animalium rabidorum, *Fernel. L. II. de abdit. rer. cauſ. c. 14. Kirch. de peſt. S. II. c. 2. p. 207.* lactis usû, vaccæ ſc. à rabido cane demorſæ, *Güldenklee L. VII. caſ. 23.* vel ex *urina* rabidorum humi ſparſa: *Gokel. conſil. med. XIX. p. 212.* ſive ex ſolo terrore, *Plater. L. I. obſ. 83.* aut à Veneno in corpore humano genito, *qualia exempla habent P. Sal. Divers. de aff. part. c. 19. Salm. C. II. obſ. 12. & Donat. L. VI. c. 1.* Poſſe enim, citrà *morſum* vel *contagium*, venenum in nobis generari, contrà *Mercurial. L. I. de Venen. c. 14. Bias* noſter *Curioſus Scharffius*, Archiater Sondershuſanus, Amicus honorandus, *tr. de Venen. in genere c. VI. p. 60. ſeqq.* cum *Theophraſto Curioſo*, Exc. D. *Schellhammer. diſp. de peſte c. III. §. 12. ſeqq. Sennert. L. II. Inſt. Med. P. 2. c. 12. p. m. 248. & Höchſtetter. Dec. IV. obſ. med. caſ. 7. in ſchol.* rectiſſimè defendit. Quocunq;, inquam, modò *rabies* nobis communicetur, *atomi verminoſæ*, ſeu μιάσματα vel ſeminia fermentabilia, ſimul in nos derivantur, vel tamen ex *ſeminio*, antè in nobis contento, ſuſcitantur, quæ non ſecus ac ictû ſuo *tarantula* κεφάλαιος ſuæ velut genium, *vi fermenti deterioris*, (quo ſine nihil omninò fit,) inducunt. *Communicatio rabiei per contactum corporalem.* Ut enim in *ſeminibus* vegetabilium tota latet *idea plantarum*, *Simile.*

 *tarum*,

*tarum*, quæ ſub veris initium, jamtum tumente & ſale ſuo gravidâ tellure, ipsôque; calore Solis, genuinô coctionis opifice, in partem veniente excitatur, digeritur, perficitur. Sic in exigua admodum particula, in *minima atomo*, *fermenti* ita dicti, morsû, contactû, aliove modô in hominem translati, inq; corpore ejus paulatim luxuriantis, *tota reconditur indoles ſymptomatum*, quæ poſt variè produntur pro vario ægrotantium temperamento, læsâ putâ phantaſiâ, ac læſis ſpiritibus à fermento illo peregrino. Vid. *Cl. Grube de ictu Tarantulæ artic. 2. Sect. I. p. 24.* Conf. *nos ſuprà c. IX. §. 12. & Excell. D. Ammann. de rabie. thes. 19.*

*& virtualem, ſeu ad diſtans.* §. 8. De *virtuali contactu*, ſeu operatione *ad diſtans*, dubitare videtur *Alexander Menjotius diſſert. de hydrophobia.* Sed quid reſpondebit *Hild. obſ. chirurg. p. m. 1127.* ubi plures *non rabidi* ex μιάσμασι communicatione, aeri factâ, ex improviſo omnes ſtatim *rabire* deinceps cœperunt? Hoc maximè mirandum, quî virus hoc tàm citò aliquando naturam noſtram in *caninam* qs. convertere queat? De morſu equidem, eôq; profundiore, res caret dubio. Per venas enim & arterias, mediante circulatione, ocyùs ad cor penetrat: etiam de halitû, ſalivâ, oſculo &c. Scilicet venenum nobis communicatum eâdem pollet virtute, quâ in ipſo *cane* ſe exerit, adeoq; nihil eſt niſi *virus animatum*, in nos tranſplantatum, in quo ſemper aliquid latet *canini*, ideali virtute nobis communicatum. Hinc ſtatim in corpore noſtro fermentatum, ubi in actum ſe exerit, multas fuligines ex humoribus Sulphureo-Salinis, exoticô vapore miſtas in caput exhalat, ubi in vitream quandam materiam, tenuem verò & ſubtilem translucidamq; reſolvitur, quæ ceu in ſpeculo ideam canis, ſeu analogam ſpeciem, quam ſub transfuſo veneno latera dicimus, phantaſiæ objicit, non ſecus ac mulier picâ laborans, dum ſe aliquo in loco fricat, ſpiritibus imaginatrici vi commotis, in fœtu, analogo frictæ partis loco, rei deſideratæ formam imprimit. Ita *rabioſus* velut in *ſpeculo* quodam *ideatè canem* contemplans in *canem* ſe verſum fingit: unde quicquid viderit, ſeu aquam, ſeu ſpeculum, ſemper, ex errore phantaſiæ, quæ intus intuetur, extra quoq; talem ſe apparere ſibi perſuadet, ut iſte apud *Salm. C. I obſ. 83.* Accedit ad vehementiam imaginationis *memoria canis*, à quo morſus eſt. Idem ei contingit ac melancholico, ſeu hypochondriaco.

*Marginal note:* qui virus tam cito naturam convertat?

§. 9. Omne venenum, quocunq; modò communicatum, imprimit cerebro quandam ſpeciem rei in hujusmodi humore relucentis. *Cerebrum felis* in *rabiem acta* comeſtum alios fecit *rabidos*, *Kirch. T. II. Mund. ſubterr. L. IX. S. 2. c. 4.* ut ſe feles eſſe crederent. Conf. *D. D. Göckelii conſil. med. XIX. p. m. 216. ſeq.* Ideoq; generis loco ſuprà §. 2. *Dryander* noſter catè poſuit *delirium*, licèt in quibusdam gradus obſervet, quod no es Velim. At venenum hoc ad *cornu*, *ſanguinariaq;* contactum excitari, meræ fabulæ ſunt.

*Marginal note:* omnes à cerebro eſus.

sunt. Retulerunt hydrophobi sanati *Kirch.* T. II. Mund. subterr. L. IX. in vitreo ille humore cerebro fluctuantis aquæ species, & in ea *canis* natantis, seq; persequentis speciem exprimi. Unde memoriâ *canis*, qui eos momorderat, in vitreo liquore natantis adeò consternari, ut summopere eam aversentur. *Saliva canis rabidi* virulentissima optimè concocta, digesta & spiritibus deleteriis, seu seminiis fermentabilibus, referentissima, nec non idéali quadam à canis imaginatione transfusâ virtute fœta est, quid mirâre igitur, illam vel ad primum attactum poris inditam ad vitalia membra sensim proserpere, donec tandem vehiculo fuliginum in caput elata effectus tremendos sortiatur. Conf. *Gökelium loc. dict.* *Saliva canis rabidi.*

§. 10. Quemadmodum in panificio fermenti grana aliquot inficiunt *contagio suo* massam farinæ maximam, & in suam naturam transmutant. Sic etiam *saliva canis rabidi* (*sale volatili*, seu seminio fermentabili, copiosè prægnans) in minima quantitate, mutando humores, spiritus, partes & consequenter actiones hominis, inducit *hydrophobiam.* Nam ante morsum spiritus hominis erant placati, adveniente verò *fermentô hydrophobicô, in saliva canis gliscente*, ligantur vel destruuntur hominis fermenta, & in illorum vicem subit prædictum *canis*, pro cujus natura commorsi assumunt *canis mores*, *gesticulationes, latrando, ringendo, & aquas timendo. D. Ammann. disp. de rabie th. 20.* Prima seminaria, (ait Cl. *Fracastor.* circulationis sanguinis licèt planè ignarus,) *quæ adhærent, è vicinis humoribus, ad quos habent analogiam, consimilia sibi alia generant* (NB.) *& propagant. & hæc alia,* (quàm acutè loquitur!) *donec tota humorum massa & moles afficiatur. Vel simul cum aere, qui attrahitur, ingrediuntur commista contagionis seminaria, quæ, ubi intro ducta sunt, non eâdem facilitate regrediuntur, per exspirationem, quâ ingressa per inspirationem fuere, quoniam agglutinantur humoribus & membris, & nonnulla etiam spiritibus, qui contrarii speciem refugientes, secum & inimicum ad cor ferunt. Non enim dicendum est*, (ut quidam ajunt,) *venena & contagiones præcipuè cor petere, atq; aggredi, uti inimicum. ej. cognitio & voluntas sit insint. Tardiùs autem penetrant, quæ per se minus acria sunt, aut in lentore multo sepulta, & analogiam habentia ad crassiores humores, & quæ per venas trahuntur; celeriùs autem, quæ per anhelitum, & quot subtiliora sunt, & acrimonia majoris* (ecce falsa!) *ad spiritus autem analoga L. I. de Contag. c. 7. Conf. D. Amman. disp. de rab. thes. dict.* Curiosissima est *Exc. D. Dolæi* observatio de *saliva verminante* in scorbutico, dubio sine à peculiari vi seminifica in sero putrido corruptoq; orta, provocantis ad *Kircheri* mei experimenta, judiciô ipsius, verè *irrefragabilia. Boneti. L. II. Medic. Sept. S. III. c. 3.* Quidni potius *salivam* rabidi *canis* judicavero *verminantem?* ita sanè totus mihi persuadeo. *Simile.* *Miasmata qui agant?*

§. 11. Quæritur itaq; *quare venenum nunc citius, nunc tardius actnotur?* *Quæstio.*

tur? *septennium* enim delituisse, scribit *Borell. C. I. obs. 74. septendecim, Brasavol. 2. aph. Comm. 23. 18. Gvainer. L. de venen. c. 12. viginti* annis *Bonet. L. I. Med. Sept. S. XX. c. 8.* imò *triginta, Borell. l. c. & quadraginta, M Zabarav. apud Sennert. L. I. prax. P. 2. c. 15. p. 431. B.* Refert *Libav. de Gammaris in disput. habit. Coburg.* an. 1610. *th. 10.* quendam à *catello*, quem rabire nescivit, demorsum, neglectô vulnere post trimestre eô ipsô tempore, quô uxori virgini ductæ accubare primâ nocte debebat, in *rabiem* incidisse, & strangulatam sponsam dentibus laceràsse, postea seipsum invasisse. Conf. *Cl. Gockel. consil. med. 19. p. m. 223.* Quid causæ? non benè respondit *Phil. Henr. Bayer in disp. inaug. de rabie habit. Giesæ c. 3. §. 5. p. m. 9.* nec *Sennert. omne tulit punctum Inst. Med. L. II. P. III. S. 2. c. 4. p. 426.*

*Observ.*

*Ratio.* Scopum ferit *Borell. loc. cit. semina morborum* cum acutissimo *Severini*, animosè defendens. Quæ cùm in solida corporis parte aliquandiu hæreant, carceres suos adeò velociter perfringere, in sanguinem prorumpere, ibiq; novas fermentationes instituere nequeunt. Secus verò, si massæ sanguineæ statim immergantur. Ecce Variolas, aliquando in infantia, pueritia, adolescentia, nonnunquam in senio aut virili ætate prorumpentes. Mirare, sed rimare! Vel etiam, censente *Sennerto de cons. & dissens. c. 12. p. m. 345.* seminale istud principium in *materia lenta & tenaci* sæpe qs. sopitum diu latere, & externis injuriis ac impressionibus resistere, tandemq; iterum emergere, & suas actiones edere potest. Conf. aureolam disput. sub umbone Celeberrimi D. D. *Schelhammeri* an. 1682. *Helmst. de peste habit. c. VI. §. 7.* Sanè consistit causa diversitatis operationum in diversa venenorum natura, diversisq; eorum qualitatibus, in diversa hominum, & climatum, sub quibus vivunt, constitutione, membriq; læsi nobilitate & præstantia, victûsq; ratione. Cum enim alia venena plus salis fixi, alia plus volatilis contineant, alia ex Venereis, alia ex Mercurialibus magis vel minus constent principiis; hinc & diversæ videntur operationes. Illa enim, quæ ex sale fixo adjunctâq; materia terrestri & aquea sunt composita, minusq; Veneris vel Mercurii admixtum habent, tantis non pollent viribus, quantis illa, quæ ex sale volatili, vel ex Venere aut Mercurio magis sunt conflata, uti prolixiùs demonstrat *Bias* noster *de venen. c. 3. p. 29. seqq.*

*unde abominatio aquæ*

§. 12. Consequens rabiei est *aqua potissimùm abominatio.* Miserrimum enim morbi genus, in *quo ager & siti & aqua metû simul cruciatur. Cels. L. V. c. 13.* Ego *Artis conjecturalis* socius, singularem conjicio ἀντιπάθειαν inter *rabientium vermiculos*, & peculiarem ab his factam cerebri dispositionem, quæ splendorem liquidorum visû non admittat. Mira enim & diversa veneni vis. *Borell. C. III. obs. 62. Non semper tamen rabidi aquam fugiunt. Vid. Salmut. C. III. obs. 90. & Gockel. Consil. Med. 19. p. m. 220.*

Scilicet

Scilicet cum rabidus operationes, ut dixi, intellectûs corruptos habeat, fit equidem, ut ex longa circa *canes* cogitatione imprimantur ejus imaginationi formæ & *idola canina*, sic, ut continuò ferè præ oculis *canes* habere putet, tunc inprimis, quando aquam, ceu splendidum speculum imaginem reddens, intuetur, imaginatur sibi, in ea *canes* esse. Unde licèt sitiat & postulet aquam, eam tamen inspectam fastidit. Metum verò hunc cum ratione aliqua concipi, ut non nemo retur, vix credo, cùm ratio hîc corrupta. *Δύναμιν φανταστικὴν* potius dixero, quia & rabidus *canis* aquam hòrret, cujus *fermentum* nobis communicatum similem fermentationem producit, nosq; in hoc tertio *cani* similes facit. Sitis autem illa ex sulphureo-salino adusto humore, feturæ *verminosæ* matrice, qui adurit viscera, lancinat meninges, inflammat spiritus, eosque continuâ cum veneno (ita enim nominabimus) luctâ, incredibili animi angustia & inquietudine vexat.

§. 13. Signa diagnostica pariter & prognostica omnes dabunt Practici. Probè autem nosse oportet *δοκιμασίας rabiem* verè manifestantes. Vid. *Sebiz. Spec. Med. Pr. P. IX. c. 4. p. m. 3023. Paræus* pro certissimo signo habet, si panis sanguine, è vulnere morsi manante, imbutus *famelico cani* objiciatur. Dicunt enim, eum non solùm aversari, sed ne quidem olfacere. Vis canum admodum odora & certa, quâ virus etiam animalis consimilis oppidò potest percipi, & interdum etiam ipsa olfaciendi sagacitas ipsô morsu alteri quoque communicatur, ut *Borell. C. I I. obs. 68.* de quodam commorso refert, qui *è longinquo* venientes amicos, *quamvis non viderit, solô olfactû* poterat distinguere, dicens: hic jam venturus est. *Signa rabiei.*

§. 14. De *corpusculis catuliformibus* in *urina* conspectis plurimi dubitant; at vide tu *Avicenn. L. IV. dist. 6. tr. 4. c. 7. Borell. C. I. obs. 28. D. Major de cancr. & serpent. petref. §. 40. Ardoyn. L. V I I. de venen. c. 3. Schenck. L. V I I. obs. 61. Hafenreff. de cut. affect. Lib. I I I. c. 6. C. à Reys. camp. elys. Juc. qq. n. 62.* & miraberis stupenda hujus rei exempla. Revera enim in *lotio rabidorum* hujusmodi animalcula interdum generantur. Si *saliva canis rabidi* hoc seminium ad *verminationem caninam* in se continet, ut speciosâ historiâ confirmat. *Salmut. C. II. obs. 83. & Sennert. L. I I. Inst. P. I I I. S. 2. c. 4. p. 430.* Add. *Ejusd. de cons. & dissens. tr. c. X I I. p. m. 345.* quidnî etiam accedente phantasiæ vitiô, illud ulterius propagetur, efformetur & urinæ communicetur. Necesse, quòd cum *Seneca L. II. quæst. nat. 31.* putes, *nullum animal venenatum verminare, nisi fulmine prius sit tactum.* Quamvis enim tale facilè fiat *verminosum*, non tamen verum est; *nullum animal venenatum verminare.* Illustrissima *Budiana* A. C. 1630. oretenus retulit *D. Spindlero*, se suis vidisse oculis, mulierem, ex *morsu canis rabidi* diu rabidam, *Catuli in urina rabidorum.* *Seneca error.* *historia.*

*bidam*, aliquando ultrà XVIII. *frusta albicantia* ejecisse *catellis nuper natis ita similia*, *ut ovum ovo*, quod ex communicatione *Excell. DD. Eph. Collect. Vratislav. habeo.* Conf. *ann. VIII. Miscell. Curios. obs. 58. Reys. Lib. cit. qu. 62. § 4.* prolatis Variorum exemplis & autoritatibus, *corpuscula catuliformia* confirmantibus, suam annectit ἐπίκρισιν, dicens: non *omninò fabulosum* esse, quod de urina rabidorum dicunt: conspici quidem in ea *catulis* aliquid aliquando simile. Et mox infrà: Licèt hujusmodi miracula non penitus in Naturæ majestate impossibilia judicem, potius tamen ea *corruptis rabientes imaginationibus*, quas *canis* perpetuò obvolvit, tribuendum fore censeo. Quod uti aliquando non nego, sic intrepidè asserimus: è *seminio hydrophobico* hujusmodi animalcula, seu *ideas caninas* verè in *lotio* interdum generari posse. Relega historias suprà *S. I. c. 3. §. 57.* inspersas, & dic mihi, unde *canis* in stomacho & *cattus?* nisi è suo *semine*, quomodocunq; etiam ingestô. O miracula Altissimi!

*remedia præstantiora.*

§. 15. Superest, ut paucis dicamus præstantiora contra hoc malum remedia, cetera apud Practicos vide. Memini rixas *Erasistrati* olim contra V. S. motas apud *Gal. L. V. de V S.* cujus sequaces *Helmont. de febr. c. 4. & Kerger. de Ferment. S. III. c. 3.* qui omnem V. S. usum omninò aversantur. At cate responderunt Summi Viri *Rolfinck. in Med. Spec. Comment. p. 370. & Meth. de febr. general. c. 124. Mœb. in sing. disp habit. Jen. 1654. Conring. in disp. habit. Helmst. an. 1651. Maur. Hofmann. in disp habit. Altorf. 1661. Fr. Hofmann. L. I. M. M. c. 13.* in nostro verò affectû nihil solatii à V. S. Cucurbitulæ tamen aliquando spondent. *Julius Palmarius*, Med. Parisiensis, discipulus *Fernelii*, *L. de mors. can. rabid. p. 277.* præscribit alexipharmacum, quod, omnibus aliis remediis neglectis, temtâq; victûs ratione, quocunq; à morsu tempore usurpetur, pro *certissimo ac tutissimo* habet, ut quô *nullum* unquam animal usum fuerit, quod non abominandi hujus affectûs periculum evitârit, illæsis tamen capitis partibus, & modò vulnus inflictum capitis partes ore superiores non attigerit, aut aquâ elotum fuerit. Tale autem est,

*an V. S. hic valeat? arcanum Palmarii.*

℞. fol. rut. verben. salv. plantagin. polyp. absinth. vulg. menth. artemis. melissophyl. beton. hyperic. cent. min. Singul. p. æ. (c. g. ℥ ij.) Collig. autem singul. quando sunt efficacissima, sicc. in umbra. F. Pulv. Dos. à ʒiß. ad ʒij. cum dupla quantit. sacch. singul. matutin. in vin. seu Juscul. calid.

*approbatum.*

Hujus pulv. felicem usum *internum* & *externum* commendat *Güldenklee L. VII. cas. 22. Sennert. L. I. prax. P. 2. c. 16. p. 440. Blasius Med. Univers. c. 5. p. 391. Petr. de Heredia in tract. Var. disp. I. c. 4. p. 13. Eberhard. Gockel. consil. med. XIX. p. m. 208.* Et ego Celebratissimi hujus Viri experimentum (licèt nondum à me probatum) magni æstimo. Sed cùm ipse nesciverit,

sciverit, unde tantæ Vires huic pulv. fuerint, dicam; à plantis *vermibus omninò inimicis*, e. g. *rut. salv. absinth. cent. hyperic.* Nihil enim aliud *bezoardica*, seu *alexipharmaca*, quàm *remedia vermibus infensissima & à quibus horum natura omnimodè abhorret*, uti è tripode loquitur *Aug. Hauptmann. in epist. ad Kircher*, *c. f.* Rectè igitur commendantur sudorifera v. g. decoct. *angelic. petasit*, *card. ben. scord. pimpinell. Theriac* &c. Hæc omnia sc. enecant & expellunt vermes. Bene etiam venator ille apud *Schenck. Lib. VII. obs. 72.* ceu specificum, suâ experientiâ laudavit *pimpinellam. Hepar rabidi canis* haud facilè suaserim. *Vid. Sect. III. c. 5. §. 3.* *Cynorrhodon*, tanquam unicam hujus mali medelam, in somnio Oraculum monstravit. *Plin. Lib. VIII. c. 41. & L. XXV. c. 2. Adde Schenck. L. VII. obs. 67. & Exc. Hagendorn.* Colleg. & Amici Curiosi, *Cynosbatolog. L. IV. c. 2. art. 1. p. 142. seqq.* De aquæ immersione ad nauseam practici. *Gammari verum* hujus veneni *bezoar*, judiciô *Guainer. de Venen. c. 12.* Vid. de iis *Sachsii nostri Gammarolog. L. II. Sect. 2. c. 3. p. 638. seqq.* D. *Michaël* in lit. ad *Sachs.* testatur, se nihil invenisse salubrius, quàm *spirit. Cancr. rectific.* cum *Tinct. bezoard.* mist. & ad 50. 60. gutt. per aliquot dies exhibit. addit. insuper *pulv. Cancr. calcin.* & sic nullis aliis internis remediis opus fuisse addit. *Sp. sal. commun. rectif.* ad ℈j. in Aqua appropr. consummatus ille Medicus apud *Ammann. in disp. de rabie § 53.* singulariter commendat. *Vermes majales* nobilis quidam felici cum successu dedit in *Miscell. Cur. Ann. III. obs. 524. J. Agricol. in Chirurg. parv. infundit* vulneri Oleum Antimonii cum sal. gemm. destill. quæst. ij. membrô tamen suprà ligatô, ne latiùs serpat venenum. Excell. D. D. *Hannemanni*, Amici Venerandi, infallibile *ἰαμάτιον*, cujus beneficiô matrem suam *multos jam actu rabidos* feliciter restituisse fatetur, est hoc:

*bezoardica quid?* — *sudorifera.* — *pimpinella.* — *cynorrhodon.* — *gammari.* — *sp. Cancr. rectif.* — *sp. sal. comm.* — *Oleum Antimonii.* — *secretum Hannemanni.*

℞. Rut. abrotan. beton. angustifol. & salv. angustif. fol. an. Mj. incis. aff. acet. vin. opt. ℔j. siq; tempus permittit, per aliquot horas maneat in infuso; exprim. & add. Ther. Androm. ℥ij. Adulto dabis magnum haustum, Juniori seu puerulo cochleatim.

Si verò periculum metuatur, add. ℔. card. fullon. Mj. vel hujus sem. contus. ℥j. Vulnus commorsum per IX. dies apertum tenendum, ac prædictæ herbæ expressæ post fricationem cum bacillo è Vite applicandæ omni mane tamdiu, donec æger in portu naviget. Si adhuc metus periculi adsit, repetatur potio. *Tota Resp. Medica simile euporiston vix habet, quod æquè prosit*, ait *Nestor noster Vol. II. Act. Med. Hafn. obs. 110.* Placet etiam pulv. ejus ibid. *& pulv. ejus.*

℞. Pulv. sem. card. fullon. ℥ij. CC. præpart. ℈ij. lap. bez. gr. XV. H. c. ben. scord. an. ʒß. terr. sigill. præpart. ℈j. R. tormentill. ʒj. oc. Cancr. pp. ℈j. magist. ♃ diaph. ʒß. lap. percar. ℈ij. cort. citr. ℈iß. f. p.

 & ideò

& *ideò* placet, quia ex *medicamentis vermes necantibus* conflatus eſt. Tutius tamen fuerit, & longè Jucundius ſingularia componere remedia è *regno minerali, colluviei animatæ ſpecificè adverſa.*

*Dubium. amuleta, & alia.* §. 16. An Gallus iſte frixis ovis cum Oleo dat. ſine potu *rabiem* curârit, ut *Borell. C. III. obſ. 38.* vult, dubium eſt. Amuleta non æſtimo. Quid verò de *Hiſpanis Salvatoribus* apud *Schenck. L. VII. obſ. 76. S. Bellini & Donini* templo apud *Cœl. Rhodig. L. XVII. A. L. c. 28. Matthiol. L. VI. in Dioſc. cap. 37. G. Horſt. Dec. X. qu. med. 2. Stolá S. Huberti* apud *Helmont. in Idea dement. p. 229. c. f. carmine Apulorum* apud *Rejs. in camp. elys. qu. 22. §. 2. & Schenck. lit. cit. obs. 74.* Judica, quicquid velis, ego ἀπέχω. *P. Joh. Faber Chir. ſpagyr. c. 8. p. 992. Sal ipſius canis rabidi* ex carne extract. ad ℨj. in Aq. theriac. ℥j. ſingul. hor. matut. propinat. Imponitur etiam vulneri à *rabido cane* inflicto ad ℨj. in ead. Aqua.

*Epilogus.* §. 17. Habes nunc, A. L. CANEM noſtrum cenſuræ Tuæ modeſtè ſubjectum. *Si contigerit Tibi in rebus naturalibus* acutiùs *videre, ducas, quæſo, manu me ad eandem contemplationem & cognitionem*, cùm viſus adhuc mihi ſit hebetior. Hoc enim eſt, cenſente *Pergamenô, de opt. dicend. gen. c. f. Præceptoris officium.* Sta nunc calame, & age, priscâ Martyrum formulâ, (qua *de Dilherr. Lib. I. Elect. c. fin. Joach.* Hildebrand *in Arte bene moriendi c. 9. p. m. 158. & Drexel. Prodr. Æternit. c. 2. §. 47.*)

DEO GRATIAS!



ADDEN-



# ADDENDA.

## *Ad Section. II. Membr. II. Part. I. c. 8. de usu canis in insignibus.*

Excommunicatione V. Cl. & Excell. Dn. Dan. Guilielm. Molleri, Prof. Norici, Amici candidissimi, hæc adhuc dabimus Curioso Lectori:

COmites de *Saarvverden* in galea insigniũ habent caput *canis* cũ collo. Com. à *Dillingen* in galea habẽt caput *canis* cum collo, & in scuto IV. *canes* integros, ad gressum compositos, ita quidem, ut in superiori sui parte duo, & in inferiori rursus duo sibi mutuò oppositi compareant. Vid. *Sibmach.* Wapenbuch *L. II, p. m. 14.* Com. à *Ordingen* in galea gestant caput *canis* cum collo. l. c. p. 17. Com ab Heiligenberg in galea idem, p. 21. L. B. à *Vinstingen* idem p. 29. & L. B. à *Wardt.* p. 32. L. B. à Liebenstein *canem* integrum quatuor pedibus galeæ insistentem, p. 35. L. B. à *Leubelfing* in dextra galea culcitræ insidentem *canem* integrum album cũ millo rubro p. 37. L. B. *Lamberg.* Z. Orteneck sinistræ galeæ coronæ insidentem *canem* integrum, & in scuto duos *canes*, unum supra alium, in cursum protensos. p. 39. Nob. Tyrol. *Rubatsch* galeæ *canem* album integrũ insidentem, caudâ recurvâ, & in scuto canem integrum currentem. p. 41. N. Styr. dicti die Hunde galeæ insidentem *canem* integrum album, & in scuto *canem* ejusdem coloris currentem caudâ recurvâ. p. 43. N. Styr *Weelinger* in galea caput *canis* cum collo inter duas cristas, & in scuto caput *canis* cum collo. p. 44. N. Siles. Schnorrbein/ Hoff genandt/ in galea *canem* clucitræ insidentem, & anter oribus pedibus in saltum exporrectis. p. 51. N. Siles. Schwartz in galea caput *canis* cum collo. p. 51. N. Siles. dicti ab Hund ex galea assurgentes IX. flor. caryophyll. rubei coloris, & in scuto cœruleo *canem* album IV. pedibus insistentem, caudâ recurvâ, auribus propendentibus & millô luteô. p. 50. N. Sil. von Tauchritz & N. Bavar. à Satzenhofen in galea caput *canis* cum collo. p. 61. & 78. N. Bavar. à Leubelfing in galea *canem* culcitræ insidentem. p. 78. N. Bav. à. *Wembding.* in galea caput *canis* cum collo & millo aculeato, & in scuto eandem *canis* formam. p. 78. N. Bavar. à *Kemnad.* in galea caput *canis* cum collo. p. 79. N. Bav. die Hunde von Lauterbach/ quorum insignia vide p. 90. N. Bav.

*Comites à Sarvverd.* — *Dillingen.* — *Ordingen.* — Heiligenberg. — *L. B. à Vinstingen. & Wardt.* — Liebenstein/ — Leubelfing/ — Lamberg. — *Rubatsch.* — Hunde. — *Weelinger.* — *Schnorrbein.* — *Schwartz.* — Hunde. — Tauchritz/ — Satzenhofen/ — Leubelfing — *Wembding.* — *Kemnad.*

Tobelheim. Anrach. VVinegk. Deucher. Hundbrechken. Fischenig. Haltenheim. Hundsbusch 2c. Randenrod. Hombrich 2c. Rhege &c. Horst 2c.

von Tobelheim in galea *canem* anterioribus pedibus in saltum extensis, & in scuto *canem* integrum currentem. p. 92. N. Bav. ab *Aurach*, & *Winegk* in galea *canis* caput cum collo. p. 94. & 97. N. Franc. von Vestenberg idem p. 101. N. Franc. Deucher in galea caput *canis* cum collo cœrulei, & millo albi coloris p. 57. N. Franc. Hundbrechken. Vid. *Sibmach.* Wapenbuch p. 79. N. Rhen. *Fischenig*, & ab Haltenheim in galea caput *canis* cum collo. p. 103. N. Rhenani Hundbusch/ vid. *Sibm. l. c.* p. 104. Nob. Rhen. Hendschuchsheim & à *Boderich* in galea caput *canis* cum collo. p. 106. & 110. N. Rhen. *Raudenrod* in galea *canem* album cum millo luteo culcitræ rubræ posterioribus pedibus insidentem & prioribus insistentem. p. 112. N. Rhen. Buwinckhusen von Wallmerodt/ Hombrich & Hochkirchen in galea caput *canis* cum collo p. 113 à *Rhege* in galea & scuto caput *canis* cum collo. p. 114. à *Segnhofen*, genandt Ansiel / à *Velbruch*, dicti Meirl / à *Boldelnberg*, genandt Keßel/ in galea caput *canis* cum collo. p. 114. seqq. item ab Horst zur Horst / à Kendenich / *Bongard*, ab *Hugenpott*, idem in galea. p. 116. 119. seqq. à *Gronstein* in galea caput *canis* coro-

Humen 2c.

natum cum collô. p. 115. N. Rhen. ab *Humen*, *Weyenhorst*, *Gripsvvald*, à *Velis* à *Gosen*, *Heusenstam*, Nesselrodt/ ab Hohenegk/ die Schrammen von Hoven / habent in galea caput *canis* cum collo. p. 121. seqq. N. Rh. à *Mecheln*

Mecheln.

in galea *canem* integrum IV. pedibus insistentem, & in scuto 3 *canes* integros pedibus insistentes, & in forma trianguli locatos. p. 120. N. Rh. à *Seckingen*. & *Thermo* in galea caput *canis* cum collo & anterioribus pedibus extensis, in scuto itidem. p. 124. N. Rh. à *Renschenberg* galeæ impositum pileum, cui ad saltum compositus *canis* impositus est. p. 131 N. Alsat. *Noppen* von Hundsfe den insignia vid. ap. *Sibmach* p. 126. Nob. Als. *Murnbarten*, ab Hohenstein / *Krechel*, *Wittenheim*, *Waselnheim* in galea caput *canis* cum collo. p. 126. 128. 132. 134. N. Als. *Beger* von Bleyberg in galeæ caput *canis* cum collo inter duo vexilla. p. 127. N. Als. à *Brandeck*, alit. Randeck / idem, sed inter duo cornua p. 128. N. Als. à Stubenweg in galea *canem* album sine millo culcitræ insidentem, & in scuto *canem* 4. pedibus cursum minantem. p. 129. N. Als. ab Hungerstein in galea caput *canis* cum collo, & anterioribus pedibus, in scuto integrum *canem* exsilientem. p. 129. N. Als. à *Rathsambausen* in galea caput *canis* cum lingua exsertâ, & collo & collari. P. II. p. 192. N. Svev. *Truchses* von Stetten / die Erringer von Norendorf / Truchses von Waldeck / die Aalchingen, von Haldermanstetten / *Aurbach*, die Vögt von Sumerau und Praßberg. in galea caput *canis* cum collo. N. Svev. die Castner in galea *canem* rubrum pedibus insidentem, & in scuto itidem. P. I. p. 88. N. Svev. Koßbübel / in galea & scuto *canis* caput cum collo, colore luteo rubroque distinctum.

Seckingen. Thermo. Renschenberg. Noppen. Murnbarten &c. Beger. Brandeck. Stubenweg. Hungerstein. Rathsambausen. Truchses &c. Castner. Koßbübel.

ſtinctum. p. 96. N. Svev. von Ega in dextra galea *canis* caput cum collo, in ſiniſtra *canem* culcitræ inſidentem, in ſcuto duos *canes* ſalientes, alterum in campo ſiniſtro partis ſuperioris, alterum in dextro partis inferioris. p. 121. N. Haſſ. von Hundelshauſen vid. *Sibmach.* Wappenbuch. P. II. p. 134. N. Haſſ. die Heſſen zu Wigdorff in galea ſedentem *canem* integrum intra duas lanceas. p. 136. N. Haſſ. die Hunde zu Kirchberg in galea *canem* proſilientem & in ſcuto itidem. p. 139. N. Helvet. *Meſſickhorn* in galea *canem* album cum anterioribus pedibus, & caudâ recurva milloq; rubro, in ſcuto autem *canem* integrum currentem. *P. I. p. 136.* N. Helv. ab *Eppenberg* in galea *canem* cum anterioribus pedibus ſed ſine cauda p. 138. N. Helv. Reinſperg in galea *canem* ambulantem intra duo cornua. p. 148. N. Helv. von Weſenberg in galea caput *canis* cum collo & linguâ exſertâ, atq; in aure ſiniſtra tres globulos. *P. II. p 197.* N. Helvet. à *Praramon* in galea caput *canis* cum collo & lingua exſertâ. p. 197. N. Helvet. à *Lauternau* idem p. 200. N. March. die von Büren in galea ſedentem *canem* retroſpicientem, & in ſcuti campo dextro ſuperiore, & ſiniſtro inferiore itidem *canem* hâc figurâ locatum p. 176. N. Weſtph. von Meppen in galea *canem* dextro pede anteriore linguam apprehendentem. p. 188. Patric. Norinb. *Haller*, genandt ſonſt Müntzmeiſter / in galea caput *canis* cum collo. *P. I. p. 156.* P. Nor. *Weigel.* in galea *canis* caput cum collo & pedibus anterioribus. p. 157. P. Nor. Harter / genandt Brackenfelſer in galea caput *canis* cum collo, & in ſcuto itidem. p. 159. P. Nor. *Beringsdörfer* in galea caput *canis* cum collo & pedibus anterioribus, in ſcuto autem integrum *canem* poſterioribus inſiſtentem, anterioribus protenſis. p. 161. P. Nor. die Hagelsheimer / dicti Helden / in galea *canis* caput cum collo. *P. II. p. 212.* Patric. Brunſvic. von Dorſtedt in galea *canem* ſedentem cum criſtis in capite, & in ſcuti ſuperiori parte duos *canes*, & in inferiori unum itidem ſedentem. p. 181. P. Brunſv. von Ilten in galea proſilientem *canem* juxta columnam criſtatam, & in ſcuto duos *canes* ſalientes, unum in ſuperiori, alterum in parte inferiori. p. 185. P. Brunſvic. *Berckefelden* in galea *canem* integrum album pedibus inſiſtentem cum millo luteo, & in ſcuto itidem. *P. I. p. 123.* Practic. Ulmenſ. die Baldinger in galea *canem* ſedentem intra duo cervi cornua, & in ſcuto *canem* exſilientem. *P. II p. m. 209.* Ita ex *Sibmacher.* honoratiſſimus *Moller.*

*Ega. Hundelshauſen. Heſſen. Hunde zu Kirchberg. Meſſickhorn. Eppenberg. Reinſperg. Weſenberg. Praramon. Lauternau. Buren. Meppen. Müntzmeiſter. Harter. Beringsdörfer. Helden. Dorſtedt. Ilten. Berckfelden. Baldinger.*

Oppidum Brackenheim habet in ſcuto ſuorum inſignium *canem* ambulantem *album* in campo rubrô, cujus millus loro aliquo ad ſcutum alligatus eſt. Nullius aliàs urbis inſignia vidi, quæ *canis* figuram haberent, præter *Quedlinburg*, de quo ſuprà.

*Brackenheim.*

Ad cand. *Sect.* idem *Membr.* eandemq; *Part, c. IX. §. 3.*
De usu *canis* in funeribus.

*Andreas Gail*, Filius Summi illius ICti, Pract. observ. Autoris celeberrimi, inter alia epigrammata sua etiam habet istud, cujus titulus: *Lamentatio* canis, *cùm ad mortem raperetur*:

Parvus ego ingenuâ specie & probitate *catellus*,
natus & Euganea notus in urbe bene,
Sub domina vixi sospes meretrice tot annis,
illius edoctus lambere crura, manus,
Observare vagis custos latratibus ædes,
furaces sapido pellere ab igne catos.
Nunc quia me scabies & conficit ægra senectus;
quæ sint humani nil super esse diu.
Victima Neptuni spumantis raptor ad aras,
atq; mea gaudet de cute tressis homo,
Sed tolerare juvat: vixi, patriamq; replevi
prolibus, & longâ posteritate *canum*.
E quibus ante alios vultu *Narcissus* amicô,
ante pedes Dominæ statq; salitq; meæ
Hic in muneribus Patri succedat ademtis,
& pergat stirpem non abolere suam.
Et si terra mihi tumulum negat, unda relinquit,
vixi hominum, vado nunc *canis* esse Deûm



MANTIS-



# MANTISSA CURIOSA

Consilio Celeberrimorum Virorum
annexa.

D. D. Thom. Bartholinus, Hæredita. in Hagestedt, Augustissimi ac Potentissimi Daniæ &c. Norvveg. Reg. Archiat. Primar. inq; Summo Tribunali Reg. Assessor, Inclytæ Academ. ibid. Prof. Honor. & suæ Facult. Decanus Perpetuus,

Vir θαυμάσιος & super æthera notus,
Doctor olim meus honoratissimus.

De *canibus Britannicis Joh. Cajus*, Britannus doctissimus, ad *Gesnerum*, Naturæ Bibliothecarium, libellum conscripsit prorsus curiosum, Raritate se commendat, ut dignus sit, qui Tuæ *Cynographia* addatur, veluti præclara lacinia pulcræ purpuræ assuenda.

[*Ita in literis Hafnia Danor. ad me datis*, quas integras orbi Erudito dedit *Vol. III. Act. Med. Hafniens. obs. 86.*]



# JOH. CAJI, BRITANNI,

*DE*

## CANIBUS BRITANNICIS
Libellus
*ad*
Conr. Gesnerum &c.

Scripsimus ad Te, Charissime *Gesnere*, superioribus annis historiam de variis quadrupedum, aviumatq; piscium formis: variis herbarum atq; fruticum speciebus & figuris. Scripsimus & de *canibus* quædam ad Te seorsim, quæ in libro tuo de iconibus animalium ordine se-

cundo

cundo mansuetorum quadrupedum, ubi de *canibus selectis* scribis: & in fine epistolæ tuæ ad *Gulielm. Turnerum* de libris à Te editis inter libros nondum excusos te editurum polliceris. Sed quia de *canibus* nostris quædam in eo libello mihi videbantur desiderari, editionem prohibui & alium promisi. Quamobrem ut promissis meis starem, & expectationi tuæ satisfacerem, homini omnis cognitionis cupido universitatem generis, differentiam atq; usum, mores & ingenium, veluti methodo quadam conabor explicare. Dispartiar in tres species, *generosam*, *rusticam & degenerem*. Sic ut de illa primò: de hâc postremò: de rustica medio loco tibi dicam. Omnes *Britannicos* vocabo, tùm quòd una Insula *Britannia* ut *Anglicos* omnes, sic quoq; *Scoticos* omnes complectatur: tùm quòd venationibus magis Indulgemus, quia voluptati ex feris & venatione, propter animalium copiam atq; hominum otium, magis *Britanni* sumus dediti, quàm eorum animalium indigi atq; *Scoti*. Ergò cùm omnis ratio generosæ venationis vel in persequendis feris, vel in capiendis avibus finiatur, *canum*, quibus hæc agitantur, duo genera sunt: alterum, quod *feras* investiget, alterum, quod *aves* persequatur. Utraq; latinis uno & communi nomine dici possunt *venatica*. Sed Anglis cùm aliud esse videtur *feras sectari*, aliud *aves capere*, ut primum *venationem*, secudum *aucupium* nominant: ita *canum* nomina volunt esse diversa; ut, qui feras arcessunt, *Venatici*, qui aves, *aucupatorii* dicerentur. *Venaticos* rursus divido in *quinq;* genera. Aut enim *odoratû*, aut *visû* fatigant feras, aut *pernicitate* vincunt, aut *odoratû* & *pernicitate* superant, aut *dolô* capiunt.

*ex generosis Venaticis.*

Qui *odoratû* fatigat, & promtâ alacritate in venãdo utitur, & incredibili, ad investigandum sagacitate narium valet, à qua re nos *sagacem* hunc appellamus, quem Græci ab investigando ἰχνευτὴν, à nare ῥινηλάτην dicunt. Huic labra propensa sunt, & aures ados usq; pendulæ, corporisq; media magnitudo. Hunc *Leverarium* vocitabimus, ut universum genus in certas species atq; nomina reducamus: cùm alioqui usus aut officii nomine in unitatem speciei adigi nullo modo queant. Nam alius *leporis*, alius *vulpis*, alius *cervi*, alius *platis cerotis*, alius *taxi*, alius *lutra*, alius *mustela*, alius *cuniculi* (quem tamen non venamur nisi casse & viverra) tantùm odore gaudet: & in suo quisque genere & desiderio egregius est. Sunt ex his, qui duos ut vulpem atq; leporem, variatis vicibus sequi student, seu non eâ felicitate, qua id quod natura sequi docuit; errant enim sœpiùs. Sunt, qui vulpem atq; taxum solùm, quos *terrarios* vocamus: quòd subeant terræ cuniculos, more viverrarum in Venatu cuniculorum, & ita terrent mordentq; vulpem atq; taxum, ut vel in terra morsu lacerent, vel è specu in fugam aut casses cuniculorum ostiis inductas compellant. Sed hi in sagacium genere minimi sunt. Qui insequuntur ma-

*Sagax.*

*Leverarius.*

*terrarius?*

tur majores: propenso & hi labro atq; aure, nec vivas tantùm, uti memôrati omnes, sed & mortuas quoq; consperſi sanguinis odore perſequuntur; Sive enim vivæ ſauciantur feræ, atq; è manibus venatorum elabantur, ſeu mortuæ ex vivario ſublatæ ſint. (ſed profuſione ſanguinis utræq;) iſti canes odore facilè perſentiſcunt & ſubſequuntur. Eam ob cauſam ex argumento *ſanguinarii* appellantur. Cùm tamen fieri ſolet, ut furum aſtutia nullô conſperſô ſanguine abripiatur fera, etiam ſicca hominis veſtigia per extentiſſima ſpatia nullo errore ſequi nôrunt, in quantalibet multitudine ſecernere, per abditiſſima & denſiſſima loca appetere, & ſi flumina tranant, etiam perſequi: cumq; ad ulteriorem ripam perventum eſt, circuitû quodam, qua fugitum eſt, inveſtigare, ſi primo ſtatim odore in veſtigium furis non inciderit. Sic enim arte inveniunt, quod fortuna nequeunt, ut rectè videatur ab *Æliano* ſcriptum *L.IV, c.39.* Τὸ ἐν θυμώδικὸν καὶ διαλεκτικὸν canibus hiſce venaticis ineſſe: nec ante ceſſant perſequi, quàm ſunt fures comprehenſi. Eos luce in tenebris habent heri: nocte producunt, quò alacriores in perſequendo ſint tenebris aſſueti, quibus prædones delectantur maximè. Idem cùm fures inſequuntur, non eâ donantur libertate, quâ cum feras, niſi in magna celeritate fugientium furum, ſed loro retenti, herum ducunt, qua velut ille celeritate, ſive pedes ſit, ſive eques. In confiniis Angliæ atq; Scotiæ, propter frequentia pecorum & jumentorum ſpolia, multus uſus hujus generis canum eſt, & principiò diſcit pecudem & armentum perſequi, poſteà furem relictô armentô. In hoc genere nullus eſt aquaticus naturaliter, niſi eos ita nominare placeat, qui lutram inſequuntur, qui ſubinde ripas, ſubinde aquas frequentant. Non recuſant tamen omnes aviditate prædæ tranantis flumina etiam aquis ſe committere. Sed hoc deſiderii potius eſt quàm naturæ. Quod autem ex his aliquas, *Brackas* noſtri, *Racha* Scoti ſuâ linguâ *nominant*, in cauſa ſexus eſt, non genus. Sic enim canes fœminas in venatico genere vocare ſolent noſtri. Ad poſtremum, in natura ſagacium eſt, ut alii perveſtigando taceant ante excitatam feram, alii ſtatim ad primum odorem voce prodant animal, etſi remotum adhuc & in cubili; & quò juniores, eò petulantioris oris & mordacioris ſunt. Ætas enim & venandi aſſiduitas experientiam in his facit & certitudinem, ut in aliis omnibus: maximè cùm nôrint obtemperare Domino, vel inhibenti vel animanti. Quod viſû laceſſit, nare nihil agit, ſed *oculo*: *Oculo* vulpem leporemque perſequitur, *oculo* ſeligit medio de grege feram, & eam non niſi bene ſaginatam & opimam, *oculo* inſequitur: *oculo* perditam requirit: *oculo*, ſi quando in gregem redeat, ſecernit, ceteris relictis omnibus, ſecretamque curſû denuò fatigat ad mortem. *Agaſæum* noſtri non abs re, quòd

*ſanguinarius.*

*agaſæus.*

intento fit in feram *oculô*, vocant. Usus ejus est in Septentrionalibus Angliæ partibus magis quàm meridionalibus: locis planis & campestribus quàm dumosis & sylvestribus, equitibus magis quàm peditibus, quoad cursum equos incitent, (quibus delectantur magis quàm ipsâ prædâ) assvescantq; sepes & fossas inoffensè & intrepidè transilire & aufugere, quô insessores per necessitates & pericula salutem fugâ sibi quærant, aut hostem insequendo, cùm velint, cædant. At si quando canis aberraverit, datô signô, quàm mox accurrit, & feram de integro subsequens, clarâ voce cursûq; celeri ut antè lacessit. Quod pernicitate vincit, *leporarius* dicitur: quòd præcipua ejus cura præcipuusque usus est in persequendo lepore. Quanquam & in capiendo platycerote, cervo, dorcade, vulpe, & hoc genus aliis feris & viribus & memorata Velocitate valent: sed plus minùs pro suo quisq; desiderio & corporis firmitudine aut exilitate. Est enim strigorum genus, in quo alii majores sunt, alii minores: alii pilo sessili, alii hirtô. Majores majoribus, minores minoribus feris destinamus. Cujus naturam in venatione magnam, in hoc miram deprehendi: quod, referente *Joh. Froissarto Historico L. 6. 4.* leporarius *Richardi* secundi Anglor. Regis, qui antè neminem præter regem agnoverat, venientem *Henr.* Lancastriæ Ducem, ad Castellum *Flinti* ut *Richardum* comprehenderet, relictô *Richardô*, Henric. solitis in *Richard.* favoribus exceperit, qs. adversitates *Richardi* futuras intellexerat & præsentisceerat. Id quod *Richardus* probè animadvertit, atq. ut præsagium futuri interitûs verbis non dissimulavit. Quod sagacitate simul & pernicitate potest, & genere, & compositione corporis medium est inter sagacem illum & leporarium: & à levitate appellatur *levinarius*, à locô (quô ducitur,) *lorarius*. Hic propter velocitatem & gravius feram urget, & citiùs capit. Quod dolo agit, *vertagum* nostri dicunt, quòd se, dum prædatur, vertat, &, circumactô tempore, impetu quodam in ipso specûs ostio feram opprimit & intercipit. Is hôc utitur astû. Cùm in vivarium cuniculorum venit, eos non lacessit cursu, non latratu terret, nec ullas inimicitias ostentat, sed, velut amicus, aliud agens, taciturna, solertia prætergreditur, observatis diligenter eorum cuniculis. Eò cùm pervenerit, ita se humi componit, ut & adversum ventum semper habeat, & cuniculum lateat. Sic enim ille revertentis aut exeuntis cuniculi odorem facilè sentit, & fucus cuniculo omninò tollitur, & prospectû fera fallitur. Ad hunc modum compositus canis & prostratus, aut exeuntem cuniculum & imprudentem in ipso specûs ingressû versutè opprimit, aut revertentem excipit, atq; ad latentem herum ore perducit. Minor hic est sagaci illô, strigosior & erectior aure. Corporis figura leporarium spurium diceres, si major esset,

*Leporarius.*

*Levinarius vel lorarius.*

*Vertagus.*

esset. Et quamvis eò minor multò sit, uno tamen die tot potest capere, quot justum equi onus esse possunt. Dolus enim illi pro virtute est, & corporis agilitas; Huic similis *canis furax* est, qui, jubente hero, noctu progreditur, & sine latratû odore adversô persequens cuniculos, cursû prehendit, quot herus permiserit, & ad heri stationem reportat. Vocant incolæ *canem nocturnum*, quòd venetur noctû. Sed hæc de iis, qui feras insequuntur. Quî post aves proximum locum habent, eos *aucupatorios* dici antè proposuimus. Hi ex *generosorum* numero etiam sunt, & duûm generum. Alii enim per *sicca* tantùm venantur: alii per *aquas* tantùm aves persequuntur. Qui per sicca tantum, aut liberô vestigiô & latratû avem investigant, & excitant, aut tacitô indiciô eandem commonstrant. Primum genus *accipitri* servit, secundum *reti*. Peculiaria nomina primum genus non habet, nisi ab ave, adq; venandam natura est propensius. Qua de causa *falconarii* hos *phasianarios*; hos *perdicarios* vocare solent. Vulgus tamen nostrum communi nomine *Hispaniolos* nominat, qs. ex Hispania productum illud genus primò esset. Omnes maximâ ex parte candidi sunt: & si quas maculas habent, rubræ sunt, raræ & majores. Sunt & ruffi atq; nigri, sed perpauci. Est & hodie novum genus ex Gallia advectum, (ut novitatis omnes sumus studiosi,) sed ex toto in albo obfuscatum maculosè, quem *Gallicanum* vocitamus. Secundum genus est, quod tacitô pede atq; ore avem quærit, & nutum juvantis heri sequitur, vel promovendo se, vel reducendo, vel in alterutram partem, dextram aut sinistram, declinando. Cùm *avem* dico, perdicem & coturnicem intelligo. Cùm invenerit, cautô silentiô, suspensô vestigiô, & occultô speculatu, humiliando se prorepit, &, cùm prope est, procumbit, & pedis indiciô locum stationis avium prodit: unde *canem indicem* vocare placuit. Locô commonstratô auceps exporrectum rete avi inducit. Quô factô canis ad consvetum heri indicium seu vocabulum quàm mox assurgit, & propinquiore præsentia aves perturbat, atq; ut inexplicabilibus irretiantur, facit. Quod artificium in cane, animali domestico, mirum videri non debet, cùm & lepus, agreste animal, & saltare, & tympanum anterioribus pedibus numero pulsare, tympanistarum more, & canem dente atq; ungue petere, pedibusq; crudeliter cœdere, in Anglia visus est omnium admiratione An. salutis nostræ 1564. Nec est vanum istud, eoq; relatum lubentius, quòd operæ pretium putarem, nihil prætereundem esse, in quo Naturæ spectanda sit providentia. Qui per aquas aucupantur propensione naturali accedente mediocri documento, major his est, & promissione naturaliter hirtus pilô. Ego tamen ab armis ad posteriores suffragines, caudamq; extremam, ad Te, *Gesnere*, detonsum pinxi, ut usus noster postulat, quò

*canis furax.*
*ex generosis aucupatoriis.*
*Hispaniolus.*
*Index.*
*lepus tympanum pulsans.*
*aquaticus seu inquisitor.*

lat, quò pilus nudus expeditior sit, & minùs per natationes retardetur. *Aquaticus* à nostris appellatur, ab aquis, quas frequentat, sumtâ appellatione. Eô aut aves in aquis aucupamur (& præcipuè anates, unde etiam *anatarius* dicitur, quod id excellenter facit,) aut scorpione occisas educimus, aut spicula sagittasve fallente ictû recuperamus, aut amissa requirimus: quô nomine & canes *inquisitores* eosdem appellamus. Quanquam anas & canem & aucupem quoq; egregiè subinde fallat, tùm urinando, tùm etiam dolô naturali. Etenim si quis hominum ubi incubant, aut excludunt, propinquabit, egressæ matres venientibus spontè se offerunt, & simulatâ debilitate vel pedum vel alarum, qs. statim capi possint, egressus fingunt tardiores. Hôc mendacio sollicitant obvios, & eludunt, quoad profecti longiùs à nidis avocentur: caventq; diligenter revertendo, ne indicium loci conversatio frequens faciat. Nec anaticularum studium segniùs ad cavendum: Cùm enim visas se persentiscunt, sub cespite confugiunt, aut carectum, quorum obtectû tàm callidè proteguntur, ut lateant etiam deprehensæ, nisi fraudem canis odore detegat. *Canem piscatorem* (de quo scribit *Hector* (*Boëtius*,) qui inter saxa pisces odore perquirit, nullum planè novi inter nostros, neq; ex relatione aliquando audivi, etsi in ea re perscrutanda perdiscendaq; diligentior fuerim inter piscatores & venatores: nisi *lutram* piscem dicas, ut à multis creditur: quomodo & *pupinus* avis piscis esse dicitur & habetur. Sed qui perquirit piscem (si quis perquirat) venationisve causâ, an famis faciat, more ceterorum canum, qui per inediam cadaverum morticinam carnem appetere solent, tum demum ad Te scribam, cùm de ea re certior fiam. Interim id scio, *Ælianum* & *Aetium* lutram κύνα ποταμίον solere appellare. Intelligo etiam, lutram hoc habere cum *cane* commune, quòd per inopiam piscium excursiones in terram faciat, atq; agnos laniet, rursusq; usq; ad aquam satur redeat. Sed inter nostros canes is non est. *Phoca* etiam inter scopulos atq; saxa prædatur piscem, sed in numero canum nostratium habitus non est, etsi canis marinus à nostris appelletur. Est & aliud genus *canum generosorum* apud nos, sed extra horum ordinem, quos *Melitæos Callimachus* vocat, à *Melita* insula in freto siculo, (quæ hodie usu derivante Malta vulgò dicitur, & Christianô milite nobilis existit,) unde ortum id genus habuit maximè: atq; à *Melita* Siculi Pachyni, ut autor *Strabo* est. Perexiguum id planè, & feminarum lusibus ac delitiis tantùm expetitum, quibus quâm minus est, eò gratius est, ut sinu gestent in cubiculis, & manu in pilentis, genus sanè ad omnia utile, nisi quòd stomachi dolorem sedat applicatum sœpius, aut in sinu ægri gestatum frequentiùs caloris moderatione. Quin & transire quoq; morbos ægritudine eorum intelligitur, plerumq; & morte; qs. malô

*anatum fallacia.*

*anaticularum providentia.*

*canis piscator.*

*lutra.*

*pupinus.*

*phoca.*

*ex generosis delicatus Melitaus seu fotor.*

malò in eos transeunte caloris ſimilitudine. Generoſorum canum genus jam explicui; nunc *ruſticum* adjicio. In eo memorabilia duo tantùm *ex ruſticis,* genera ſunt, *pecuarium*, ſeu *paſtorale*, & *villaticum*, ſeu moloſſum: alterum ad propellendas injurias ferarum, alterum adversùs inſidias hominum *paſtorale.* utile. *Paſtorale* noſtrum mediocre eſt, quod illi cum lupo, naturali pecori inimico, res non eſt, cùm apud nos nullus eſt, beneficiô Optimi Principis *Edgari*, qui, quô genus univerſum deleretur, *Cambris* (apud quos magna copia erat,) vectigalis nomine in annos imperavit 300. lupos. Sunt, qui ſcribunt, *Ludivallum*, Cambriæ principem, pendiſſe an- *lupi nulli in* nuatim Edgaro Regi 3000 luporum tributi nomine, atque ita annis qua- *Britannia.* tuor omnem Cambriam, atq; adeò omnem Angliam orbâſſe lupis. Regnavit autem *Edgarus* circiter A. D. 959. A quo tempore non legimus *na-* *Edgarus.* *tivum* in Anglia viſum lupum: advectum tamen, quæſtûs faciendi gratiâ, ex alienis regionibus, ut ſpectetur tantùm, tanquàm animal rarum & incognitum, ſœpiùs vidimus. Sed ad *canem paſtoralem*. Is, ad certam heri jubentis vocem, aut ex pugno concluſo & inflatû clariorem ſibulum, errantes oves in eum locum redigit, in quem paſtor maximè deſiderat, ſicut levi negotio, & immotô ferè pede, paſtor quô velit modo ovibus moderetur, vel ut ſe promoveant, vel gradum ſiſtant, pedem referant, vel in hanc illamvé partem ſe inclinent. Etenim non ut in *Gallia* & *Germania*, non ut in *Syria* & *Tartaria*, ſic in *Anglia* quoq; oves Paſtorem ſequuntur, ſed contrà, paſtor oves. Quandoq; etiam, nullo procurrente aut circumeunte cane, ad ſolum ex pugno ſibilum ſeſe congregant palantes oves, metu canis, credo memores unà cum ſibilo prodire quoq; & canem ſolere. Id quod in itinere diligenter ſœpiùs obſervavimus ad paſtoris ſibilum refrenantes equos, quô videremus rei experimentum. Eòdem etiam cane ovem vel mactandum prehendit, vel ſanandum paſtor capit, nullâ prorſus læſione. *Villaticum* vaſtum genus eſt & robuſtum, *Villaticus* corpore quidem grave & parùm velox, ſed adſpectû truculentum, voce *ſeu catena-* terrificum, & quovis Arcadico (qui tamen ex leonibus creditur prove- *rius.* nire) potentius atq; acrius. Quod oſtiis fideliter cuſtodiendis deſtinamus, cùm metus eſt à furibus, villaticum appellamus. Hisq; utiler contra vulpem atq; taxum, qui rem pecuariam faciunt. Valet etiam ad ſues agreſtes perſequendos, domeſticos è frugibus aut arvis abigendos, taurosq; capiendos atq; retinendos, cùm uſus aut venatio poſtulat, ſinguli ſingulos, quàmvis intractabiles. Eſt enim acerrimum genus & violentum, formidabile etiam homini, quem non reformidat. Neque enim ad arma expaveſcit: quoq; acrius fiat, aſſveſcunt noſtri naturam arte & conſvetudine juvare. Etenim urſos, tauros, arctylos, aliaq; fera animalia, præfectis certaminum arctophylacibus, nullô millô, nullô coriô

lô coriô defensos exagitare: sæpe etiam cum homine Sude, clava, enséve armato concertare docent, atq; ita ferociores acrioresque reddunt & imperterritos faciunt. Vis illis suprà fidem, & pertinax mordacitas, usq; adeò ut tres ursum, quatuor vel leonem comprehendant. Quod videns aliquando (ut fama est) *Henr.* VII. Angliæ Rex prudentissimus, quotquot erant, suspendi jussit, indignatus, ut infimi & ignobilis generis canes generoso leoni & animalium Regi violentiam inferant, memorabili exemplô subditorum, ne quid contrà Regem gens rebellis audeat. Haud absimilis etiam historia de eo fertur, quòd falconem quendam suum, á Falconariis vehementer laudatum, quòd in aquilam quid auderet, quàm mox occidi jussit, ob eandem rationem. Hoc genus canis etiam *catenarium* à catena ligamento, quâ ad januas interdiu detinetur, ne so-

Cicero. lutum lædat, & tamen latratû terreat, appellatur, & quanquàm *Cic. pro Roscio* opinetur, si canes luce latrent, iis crura suffringantur, nostri tamen homines propter securitatem vitæ atq; rei longè aliter sentiunt.

*fures.* Nam furum apud nos plena sunt omnia: etiam luce, neq; infamem mortem suspendia metuunt. In causa est non arcta res solùm, sed vestis vitæq; luxus atq; fastus etiam, sed petulantia, sed otium & superbia Salaçonum μεγαλοῤῥήνων, qui nihil aliud, quàm ut equi insultare solo & gressus glomerare superbos, quàm gyro breviori flecti, qui nihil aliud, quàm severè, quàm otiosè mendicando accusata non merente corporis infir-

*Valentinianus.* mitate spoliare. Sed his *Valentinianus* Imperator benè prospexit LL. latis, ut, qui nullo corporis morbo laborantes, corporis infirmitatem desidiosi ignaviq; prætexentes mendicarent, perpetui colono ei inservirent, qui eorum ignaviam proderet atq; accusaret, ne eorum desidia o-

*Alfredi vigilantia.* nerosa populo odiosave sit exemplo. *Alfredus* quoq; Regno administrando tantâ vigilantiâ justitiâq; usus est, ut, si quis per vias publicas incedens, marsupium auri plenum vesperi perdidisset, manè atq; adeò post mensem unum, integrum ac intactum inveniret, uti *Ingulphus Croylandensis in Historia* refert. Nostrâ autem ætate nihil ferè securum, ne in ædibus

*canis custos.* quidem, quamvis accuratè conclusis. *Custos* quoq; (Græcis οἰκουρὸς) à custodiendis non solùm villis, sed & mercatorum ædibus, & quibus ampla res est domi, iste nominatur. Eam ob rem canes publicè alebantur Romæ in Capitolio, ut significent, si fures venerint. Dicitur & *la-*

*laniarius.* *niarium*, quòd eorum usus multus sit laniis agendis & capiendis bestiis.

*Molossius,* Sed & Molossicum quoq; & *Molossium* Latinis dicitur à *Molossia*, Epiri regione, ubi hoc genus canes boni & acres erant. Est ex hoc genere,

*mandatarius.* quem *mandatarium* ex argumento appellamus: quòd domini mandatô literas, aliasvé res de loco in locum transferat, vel medio

*lunarius.* inclusas, vel eidem alligatas. Quæ ne intercipiantur, vel fuga, si impar sit, diligenter cavet. Est & *lunarium*, quod nihil aliud quàm excu-

excubias agit, quàm inſomnes noctes totas protrahit baubando
ad Lunam, ut *Nonij* verbô utar. Ex quibus grandiores atq; graviores,
etiam rotæ amplioris circumactû, aquam ex altis puteis ad uſus ruſticos
hauriunt, quos *aquarios* appellamus ex officio: & ſarctores ærarios va- *aquarius.*
gos manticis ferendis memorabili patientiâ levant, à qua re *ſarcinarios* *ſarcinarius.*
nuncupamus. Præter has villaticorum qualitates atq; uſus, hanc unam
habent præcipuam, quòd amantes Dominorum ſint, & odium gerant in
externos. Quô fit, ut per itinera Dominis in præſidio ſunt, quos à fu-
ribus defendunt, vivos ſalvosq; conſervant: à qua re etiam *canes defenſo-* *defenſor.*
*res* Jure dici poſſunt. At ſi quando vel multitudine, vel majore vi op-
primatur Dominus, atq; concidat, uſu compertum eſt, herum non de- *Canum amor & fides.*
ſerere ne mortuum quidem, ſed eum ad multos dies per famis & cœli in-
juriæ patientiam peramanter obſervare, & homicidam, ſi occaſio dabi-
tur, interficere, aut ſaltem prodere vel latratû, vel irâ, vel hoſtili inſul-
tû, qs. mortem heri ulturum. Hujus rei exemplum fuit noſtrâ memoriâ
canis cujusdam viatoris, qui *Londinô* rectè *Kyngeſtonum*, octo Regum co- *Kyngeſtonum.*
ronatione percelebre oppidum, profecturus, cùm bonam itineris par-
tem confeciſſet, latronum inſidiis in Comparco, valli, amplô & ſpatio-
sô, nemoribus obſito, & latrociniis infami locô, occubuit. Canis item
ille Britannus genere, quem *Blondus* ſuâ memoriâ ſcribit, non longè Pa-
riſiis hero à rivali interemto, & homicidam prodidiſſe, & canis ultio-
nem homicida deprecatus eſſet, jugulaturum fuiſſe. In incendiis quoq;,
in conticinio, ſeu intempeſtâ nocte, incidentibus eò usq; latrant anno-
ſi canes, etiam prohibiti, dum à domeſticis excitatis percipiatur locus:
& tùm ſuâ ſponte ceſſant à latratu, quod uſû compertum eſt in Britan-
nia. Nec minor erat fides in eo cane, qui Domino profundam foveam
per venatum incidenti nunquàm abfuit, dum ſui unius Judicio ſublatus
is per funem fuit: in quem cùm oris cavernæ proximus eſſet, inſiſtebat
canis, tanquàm ulnis amplexurus revertentem herum, impatiens lon-
gioris moræ. Sunt, qui focum non patiuntur diſſipari, ſed prunas
in focum pede removent, prius cogitabundi aſpicientes, quâ ratione
poſſit id à ſe fieri. Quod ſi pruna ardentior fuerit, cinere obruunt,
ac dein nare in locum promovent. Sunt quoq;, qui noctû villici offici-
um præſtant. Cùm enim lectum petit herus, & omnia centum ærei clau- *Canum ingenia.*
dunt vectes, æternaq; ferri robora, nec *cuſtos abſiſtit limine Janus*, (ut
ſcribit *Virgil*,) tùm ſi prodire jubet herus canem, is per fundos omnes
oberrat, quovis villico diligentior, etſi alienum quid invenerit, ſive ho-
minem, ſive beſtiam, abigit, domeſticis relictis animalibus atq; ſervis.
Sed quanta in his fidelitas, tanta varietas in ingeniis. Nam ſunt, qui
ore infreno latrent tantùm nullo morsû. Verùm hi minus tremendi,

quod

quod timidiores sunt. Canes enim timidi vehementiùs latrant, ut est in proverbio. Sunt qui latrent atq; mordeant: ab his cavendum quidem, quia admonent futuræ injuriæ, sed non lacessendum, quoniam irâ concitantur ad dentem, ipsi etiam natura acerbiores. Sunt, qui sine voce prosiliunt, impetu involant, jugulum petunt & crudelius lacerant. Hos formidato, quia animosiores sunt, & incautos opprimunt. Istis notis ignavum genus à strenuo, audex à timido discernunt nostri. Etenim

*nota ignavia seu audacia.* ex malo genere *catulum* quidem habendum existimant, quod nullum necessariis usibus human s commodiorem canem isto putent. Nam si quis commemoratos eorum usus ad summas velit revocare, quis hominum clarius aut tantâ vociferatione bestiam vel furem prædicat, quàm iste latratu? quis domitor ferarum potentior? quis famulantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis ultor aut Vindex constantior? quis nuncius expeditior? quis deniq; sarctor ærarius gestandis sacrinis tolerantior? Atq; hæc quidem de canibus Britannicis generosis atq; rusticis, qui genus suum servant,

*ex degeneribus.* diximus. De *degeneribus*, & ex horum diverso genere mixtis, quòd nullam insignem veri generis qualitatem formamq; referant, non est quod velim plura scribere, sed ut inutiles ablegare: nisi quòd vel advenas latratû excipiant, etiam luce, & eorum adventus domesticos commonefaciant, unde *canes admonitores* appellamus: vel quòd in officio culinario, cùm assandum est, inserviant, & rota minore gradiendo, veru circumagant, pondereq; suô æquabiliter versent, ut ne calo aut lixa quidem ar-

*Versator.* tificiosius, quos hinc canes *versatores*, seu veru versatores nostrum vulgus nominat. Postremos omnium generum, quæ primò memoravimus.

*tympanista.* Sunt etiam canes nostri degeneres, & ad *tympanum* saltare, & ad lyræ modos se movere docti, multaq; alia erecti proniq; facere, quæ à vagis quæstuosisq; heris exequi didicerunt. *Lyciscum* nullum istic in Anglia

*lycifcus.* habemus nativum, ut ne lupum quidem, ut est ante comprehensum:

*lacana.* nec aliud genus nullum, præter *Lacanam* & *Vrcanum*: illum ex cane &

*Urcanus.* vulpe, (quam multam habet Anglia, & domi inter canes, vel animi, vel morbi causâ, sæpè alit,) hunc ex urso & cane catenario: quos licet inimicos, pruriens tamen libido sæpè ita hîc conjungit, ut alibi solet. Nam cum tigride Hircanos, cum leone Arcadicos, cum lupo Gallicos commiscuisse legimus. In hominibus quoq;, quibus ratio est, inimicos animos conciliat stulta illa res & naturalis, ut Moria loquitur. Est hic *Urcanus* sæva bestia & *intractabilis ira*, (ut Graji Poetæ verbis utar,) ceteros canes nostros omnes feroci crudelitate superans, vel aspectus torvitate terribilis, in pugna acris, & vehemens, tantaq; mordacitate, ut citius discerpas, quàm dissolvas: nec taurum, ursum aut leonem reformidat, vel cum cane illo Alexandri Indico certè conferendus. Sed de his hactenus,

ctenus, ut de Britannicis verba fecimus. Externos aliquos & eos majusculos, *Islandicos* dico & *Lituanicos*, usus jamdudum recepit, quibus toto corpore hirtis, ob promissum longumq; pilum, nec vultus est, nec figura corporis Multis tamen, quod peregrini sunt, & grati, & in Melitæorum locum assumti: usq; adeò deditum est genus humanum etiam sine ratione novitatibus. ἐρῶμεν ἀλλοτρίων παρορῶμεν συγγενεῖς: miramur aliena, nostra non diligimus. Neq; hoc in canibus solùm, sed in artificibus quoq; usu venit. Nostros enim, licèt doctos & peritos fastidimus, belluam è longinqua barbarie alienoq; solo profectam, tanquam asinum Cumani, aut hominem Thalem nostri suscipiunt. Id quod *Hippocr.* subinit. *libr. sui* περὶ ἀγμῶν rectè suâ ætate observavit, & nos libello nostro, seu consilio de Ephemera britannica ad Populum Britannicum copiosius explicuimus. Atq; in hoc genere quò quisq; indoctior, audacior, incogitantior, hoc pluris fit apud nostros, atq; etiam apud torquatos istos Princeps & Proceres Ceterùm de externis canibus nihil dico, qui de Britannicis tantùm voto tuo satisfacere studeo, *Conrade*, Vir doctissime. Interea tamen quæ aliàs ad Te dedi, de *cane Getulo* seorsim scripsi, quòd rara species ejus videbatur. De certo genere ipse plenissimè scribis. Verùm cùm longiùs jam produximus hunc libellum, quàm priorem ad Te, brevius tamen, quam pro natura rei, quod habuimus rationem studiorum tuorum, memoriæ causa quæ de canibus Britannicis diximus, in diagramma reducemus. Et quia vulgaribus nominibus delectatis, ut ex literis tuis didici, ea quoq; latinis apponemus, & singulorum rationes exponemus, quò nihil tibi sit incognitum aut desideratum.

*externi canes,*

*canis Getulus.*

| | | | Nomina Latina | | Anglica |
|---|---|---|---|---|---|
| Canes ergo Britannici sunt | Generosi | venatici | Sagax | terrarius | Hunde: Terrare. |
| | | | | leverarius | Harur. |
| | | | | sanguinarius. | Bludhunde. |
| | | | agasæus | | gasehunde. |
| | | | leporarius | | grehunde. |
| | | | levinarius, seu lorarius, | | leviner, or lyemoner. |
| | | | vertagus. | | tumbler. |
| | | aucupatorii. | Hispaniolus. | | spaniel, |
| | | | index, | | Setter, |
| | | | aquaticus seu inquisitor. | | Water spaniel, or Fynder. |
| | | delicati | melitivus seu fotor. | | spaniel gentle or comforter. |
| | Rustici | | pastoralis, | | Spepherdes dogge |
| | | | villaticus seu catenarius. | | mastive, or bende dogge. |
| | Degeneres, | | admonitor, | | Wappe, |
| | | | versator | | turnespete, |
| | | | saltator. | | Danser. |



Ista

Ista vocabula nostratia cùm nihil apud Te, hominem peregrinum, loquantur sine interpretatione, ut latinorum vocabulorũ rationem priùs reddidimus, ita Anglicorum jam reddemus, quò Tibi pateant universa, eô etiam quò prius observatô ordine. *Hunde* igitur (quem inter venaticos *saracem* diximus) à verbo nostro Hunte / quod apud nostros *venari* significat, unica tantùm immutatâ literâ derivata appellatione nomen habet. Quod si à vocabulo vestrate Hunde (quod *canem* in universũ apud vos significat,) propter vocum similitudinem appellari credas, Mi *Gesnere*, ut non magnopere repugnabo, cûm adhuc retinemus multa germanica vocabula à Saxonibus, cùm Angliam occupârunt, nobis relicta, ita illud admonebo, commune quidem nomen *canis* apud nos Dogge esse, *venatici* verò *canis* Hunde. Similiter à verbo nostrati *Gase* (quod fixius rem aliquam & attentiùs contueri est,) Gase Hunde appellatur nostris, quem anteà *agasaum* nominari diximus. Neq; enim odoratû, sed prospectû attento & diligenti feram persequitur iste canis, ut jam antè memoravimus, & si nonsum nescius, etiam apud Latinos *Agasei* vocabulum inter canum nomina reperiri. A *Gre* quoq; Grehunde apud nostros invenit nomen, quod præcipui gradus inter canes sit & primæ generositatis. *Gre* enim ap. nostros *gradum* denotat. Hunc latinè *leporarium* dicebamus. A levitate *Levuner*, à loro *Lyemmer* appellatur is, quem *levinarium* & *lorarium* latinè nominavimus. Nam *Leymne* nostrâ linguâ *lorum* significat Quod autem à levitate *Levipur* h.e. à latina voce Britannica deducimus: cur in libris nostris sparsim à Græcis dictionibus & latinis Italicis & Germanicis, Gallicis & Hispanicis nostratia multa derivamus, unde ortum eadem multa habuerunt: & quemadmodum ab origine sua etiam multa per corruptionem jam declinârunt, Libello nostro de Symphonia, seu consonantia vocum Britannicarum, fusiùs explicabimus. Postremus inter Venaticos *vertagus* est, quem *Tumbler* vocitamus: quòd *tumble* apud nos *vertere* est Latinis, & *tumblere* Gallis, unde ortum habet id nomen *Tumbler*, mutatâ vocali in liquid. m nostro more: contra quam in lingua gallica & Italica, in quibus liquida ante vocalem, magna ex parte in aliam vocalem vertitur, ut impiere & piano pro inplere & palno, quæ e. g. adduco, cùm infinita sint. Post venaticos sequuntur *Aucupatorii*, inter quos primus est *Hispaniolus*, quem ab Hispania voce nomen accepisse prius diximus. Nostri omissâ aspiratione & primâ vocali *Spainel* & *Spaniel* expediti sermonis causâ proferunt. Secundus *Index*, quem nostri à *Setter* nominare solent, à verbo *Sette*, quod locum designare nostris Britannis significat. Post hunc subsequitur *aquaticus*, h. e. *Water Spainel*, à vocibus *Water* & *Spaine* (h. e. aqua Hispania) deductô nomine. Nam aqua, in qua se exercet canis iste *Water*: & Hispania (unde primum hoc genus tractum ex nomine creditur) *Spaine* apud nostros vocitatur. Non quòd isti canes non sint etiam nativi

Sagax. Agasaus. leporarius. levinarius. Vertagus. aucupatorii. index. aquaticus.

tivi in Britania, ſed quod generale & Commune nomen, qui ex Hiſpania primò profecti putantur, iſtæ canum ſpecies (ut & ceteri aucupatorii) adhuc vulgò referũt, etſi in Britannia oriantur, & peculiari aliqua vocis notâ aut qualitatis indiciô ſecernantur apud nos: ut eſt iſta ſpecies vocis Water, h. e. aquæ, appoſitione. Alio etiam nomine à *Finder* canis iſte appellatur, quod quærendo *invenit* res deperditas, quæ res noſtris, 𝔉𝔶𝔫𝔡𝔢/ h. e. invenire dicitur. Nos tamen ab inquirendo latinum nomen huic fecimus, quòd præcipua pars inventionis in inquirendo eſt. A venaticis & aucupatoriis tranſitus eſt ad delicatos, ruſticos & degeneres. *Delicatum*, *Melitaum* & *Spainel gentle* h. e. Hiſpaniolum generoſum, nominavimus à generoſitatis nomine datâ appellatione, quod inter nobiles Viros atq; fœminas verſari, & iis in delitiis atq; ad luſus eſſe conſuevit, ut erat illud Gorgonis *κύνδιον* apud *Theocrit.* in Syracuſiis, quod diſcedens ſervæ diligentiæ pari cura cum infante commiſerat, ut catellum quidem illa intrò revocaret, puerum verò vagientem placaret. Ad alia inutilis canis iſte eſt, niſi ad ea, quæ jam diximus ante, niſi ad fovendum ſtomachum debilitatum frigore, niſi ad prodendum adulterium, quod feciſſe hujus generis catellum quendam ſiculum refert *Ælian. L. VII. c. 25.* animal. Ruſticos *Spepeherdes Aogges*, *Maſtirces* & *Bandedogges* nominavimus, illorum quidem deductô nomine à paſtore, qui *Spepeherde* apud nos dicitur, quod cuſtoditores, quæ noſtris *Schepe*. appellantur: iſtorum à ligamento, quod bande & ſagina, quod *maſte* villicis noſtris hominibus dicitur. Eſt enim craſſum genus canum & benè ſaginarium hoc catenarium. Etſi non ſum neſcius *Auguſtin. Niphum*, *Maſtinum* (*maſtivum* noſtri dicunt,) pecuarium exiſtimare, & *Albert. Lyciſcum*, ex cane & lupo genitum eſſe, ſcribere: quamvis idem pro moloſſo magna ex parte vertat. Ad poſtremum degeneres *Wappe* & *Turne ſpere* nominari dicebamus, hunc à verbo noſtrati *turne*, quod eſt *vertere* & *Spete*, ſeu *Spede*, ad imitationem italorum, quod *veru* dicitur: illum à naturali canis voce *Wau*, quam in latratu edit admonendo, Unde originaliter *Wanpe* dicendum fuit, ſed euphoniæ gratiâ bonæq; conſonantiæ, vocali in conſonantem mutatâ, *VVappe* à noſtris vocitatur. Etſi me non fugit, *Nonium* à voce naturali *Bau* formare ſuum *baubare*, non à *VVau*, quemadmodum & Græci à ſuo *βαΰζειν*. Jam verò quòd *danſare* noſtris *ſaltare* ſit, latinis ſi didiceris, non eſt de canis ſaltatoris noſtri nomine amplius quod ipſe experias. Ita habes, Mi *Geſnere*, non ſolùm canum noſtratium genera, ſed & nomina quoq. latina atq; Anglica, officia atq; uſus, differentias atq; mores, naturas & ingenia, ut non ſit, quod deſideres in hoc argumento amplius. Et quanquam forſan omni ex parte non ſatisfecerim Tibi in edendo, (cui in ſeriis omnis feſtinatio in mora eſſe videatur) quòd inhibuerim editionem tudioris iſtius libelli, quem ad Te, quanquam ad privatum amicum, non ad editionem publicam, ante annos quinq; dederim, tamen in hoc ſpero me ſatisfeciſſe Tibi, quòd mora fecit quantò meliorem, & *δευτεραι φροντίδες* lectû commodiorem.

Synde. inquiſitor. Delicati. ruſtici. Verſator. ſaltator.

*F I N I S.*



## R. P. ATHANAS. KIRCHER, SOC. JESU Theolog. & Linguar. Orient. in Gymnaſio Romano PP. Fautor noſter, dum viveret, ſingularis.

REm facies Lectori Curioſo haud ingratam, ſi *cynologio tuo* affixeris *elegantem epiſtolam Meibomij* de κυνοφορία. Licèt enim hac de re ſatis fusè locutus ſis, velim tamen, ut *monitum meum æſtimes.* Sincero ſincerè &c.


[Ita *in literis paulò ante exceſſum Româ ad me datis.*]



## D. D. JUSTUS CORTNUMMIUS, Med. Prof. & Decan. in Reg. ac Equeſtri Acad. Soran. Doctor olim meus optimè meritus.

UBinam gentium latet *tuus canis?* quando latrabit? Vidi nuper apud *Weizium* noſtrum, Amicum tuum, *pulcherrimum opuſculum de canis portatione Veterum*, dignum ſanè, quod tuæ *cynographiæ* addatur. *Omninò curioſum eſt, fac, ne pereat.* &c.

[Ita *in literis Sorâ Danorum ex Inſula Selandia quondam mihi inſcriptis.*]



# D. JOH. HENRICI MEIBOMII, Medici ac Hiſtorici Χαρισάτω, *de* CYNOPHORIA, *ſeu* Canis portatione ignominioſa. EPISTOLA *ad* CL. VIRUM JOH. MARQUARDUM, ICtum Equitem D. Marci, & Conſul. Reip. Lubecenſis.

*Occaſio epiſtolæ.*

RUminar adhuc mecum ſermones, Vir *Excellentiſſime, affinis & Amice pl. honorande*, quos eruditiſſimè de more ſuo nudius quartus in convivio nuptiali *Andreæ Alberti Bromsij, Patritii Lubecenſis*, nobiſcum ſerebat

rebat Consul Reip. nostræ Amplissimus *Antonius Golerus*, *ICtus* clarissimus. Erant illi, ut scis, partim ex Antiquitate, partim ex præsenti rerum statu desumti quos dum invicem reciprocamus, memini à Te mentionem factam ejus pœnæ, quâ delinquentes olim quidam sub imperatoribus Germanis *canem portare* fuerint coacti. De ea enim re Te legisse apud *Theod. Reinkingium*, *Archi Episcopi Bremensis Cancellarium*, Virum magnæ eruditionis, amicum etiam nostrum ac fautorem. Ego, ignarus quid *Reinkingius* scripsisset, quæ in rem præsentem facere putabam, ac quorum ex Historiarum lectione recordari poteram, in medium proferre, & quid κυνοφορία illa, seu canum portatio, sibi voluerit explicare. Nunc ex *Adversariis* meis rem totam paulò pleniùs Tibi edisseram, quod facturum me tum recepi, ac Tibi non ingratum fore certus sum. Primum igitur κυνοφορίας exemplum *Witechindus*, *Monachus Corbeiensis*, *Princeps Saxonicarum rerum scriptor*, posteritati consignavit. Refert enim *L. II. Annal.* imperante *Ottone I.* sive *Magno*, qui anno Salvatoris DCCCCXXXVI. ad Imperii gubernacula ascendit, *Eberardum*, Franconiæ Ducem, Conradi I. Imp. fratrem, collectâ manû Bruningi, cujusdam è Saxonum primoribus, civitatem Elmeri occupâsse, incendisse, habitatoresq; omnes, nullô habitô ætatis aut sexûs discrimine, trucidâsse: eaq; re graviter commotum Imperatorem, *Eberardum* condemnâsse in pœnam C. talentorum, omnesq; militum principes, quos in suo facinore habuerit adjutores, *dedecore canum* affecisse, ut *ad urbem regiam Magdepurg eos portarent.* *Witechindum* ad verbum ferè exscripsit *Alb. Krantz. Saxon. L. III. c. 15.* Nam & C. talentorum mulctam *Eberhardo* Imperatore indictam ait, & auxiliarios *dedecore* notatos, ut in *urbem Magdeburgum canes deducerent.* Ubi in eo tamen peccat *Krantzius*, quòd, *moris canes portandi* ignarus, non *portatos* eos, sed *deductos*, scribat, contrà *Witechindi* mentem. Unde & notatur hoc nomine ab *Henrico Meibomio*, Parente meo, *Notis ad Witechindum*, ubi κυνοφορίας hujus is etiam meminit, sed ὡς ἐν τύπῳ & autoribus quibusdam tantùm nominatis. *Christophorus* verò *Lehmannus*, incertum quô auctore, *Eberhardum* non C. talentis damnatum, sed à κυνοφορία liberato mulctam *multorum equorum* indictam notat *L. V. Chron. Spirens. c. 4.* Ex neutro tamen, sive *Witechindo*, sive *Crantzio*, certò colligas, quod & quale fuerit *canem illud dedecus*, quiq; illi *canes*, quos *delictorum convicti* portaverint, aut quem in modum id facere fuerint coacti. Operæ pretium fortè non credidit *Witechindus*, rem suo ævo omnibus notam pluribus exponere. *Krantzio* verò, ut puto, non alii fuêre autores ad manus, ex quibus vel ipse pleniùs rem caperet, vel nos edoceret, aut *Witichindo* faculam alluceret. Id verò ante quàm nos tentemus, alia primùm κυνοφορίας aliquot exempla hîc subjiciemus.

*I. κυνοφορίας exemplum.*

*Lapsus Krantzii.*

II. exemplum. *Alterum* autem horum habet *Sethus Calvisius in oper. chronol. ad annum* M CIX. cujus verbis, cùm autorem non nominat, id adscribemus. *Borivoi*, inquit, *Dux Bohemiæ, à Svanteplocho Ducatu exutus exulabat. Svanteplocho autem defunctô, cùm succederet Ladislaus, Borivoi Ducatum recuperaturus Pragam invasit. Ladislaus Henrici V. Imp. auxilium implorat, qui statim mittit exercitum, qui Borivoi Ducem aliosq; rebelles capit, iisq; partim oculos eruit, partim in vincula conjicit. Præfectus urbis, quod noluisset Ladislaum Dominum admittere, cogitur* scabiosum canem *portare, à quo stercore multipliciter inquinatus est, deinde barba ipsi abscinditur & relegatur.* Exemplum *tertium* habet *Otto, Frisingensis Episcopus*, Is *Lib. 2. de rebus gestis Friderici Barbarossæ*, sub quo vixit, cap. 28. (ubi de bello agit; quod absente Imperatore in terra Italia, *Arnoldus*, Moguntinensium Archi Episcopus, & *Hermannus*, Comes Palatinus ad Rhenum, concitârant, atq; omnia ferro flammisque vastârant,) refert, Imperatorem reversum in Comitiis *Wormociensibus* anno CIↃ CLVI. *Archi Episcopo* quidem, *ob senium morumq; gravitatem, & Pontificalis ordinis reverentiam*, pariisse, in *Palatinum* vero graviter animadvertisse, & addit: *Vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut, si quis nobilis, ministerialis, aut colonus, coram Judice pro hujusmodi excessibus* (turbatione pacis, incendiis, rapinis,) *reus inventus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suæ ignominiam, nobilis* canem, *ministeralis* sellam, *rusticus* aratri rotam de *Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur. Hunc morem Imperator servans, Palatinum Comitem* Hermannum, *pacis publicæ turbatorem, quamvis magnum Imperii Principem, cum decem Comitibus, complicibus suis*, canes per Teutonicum milliare portare *coegit. Hoc iam districto judicio per totam transalpini Imperii latitudinem promulgato, omnes terror invasit, ut universi magis quiescere, quàm bellorum turbini inservire vellent.* Hæc *Frisingensis*: cujus verba *Guntherus*, antiquus Germaniæ Poeta, *L. V. Ligurini*, quô ejusdem *Barbarossæ* res gestas describit, versibus expressit non inelegantibus, si ævum spectes, quô vixit. Et *primo in libri argumento* sic scribit de Imperatore ipso:

III. exemplum.

*- - - & meritâ consumit clade nocentes:*
*Cumq; Palatino Comites bis quinq; potentes*
ferre canes scapulis, *fœdissima pondera, cogit.*

Mox explicatiùs in *libro ipsô:*

*Quippe vetus mos est, ut, si quis, Rege remotô,*
*sanguine vel flammâ, vel seditionis apertæ*

*Turbine,*

*turbine, seu crebris regnum vexare rapinis*
*audeat; ante, gravem quam fuso sanguine pœnam*
*excipiat, si liber erit de more vetusto*
*impositum* scapulis *ad contigui Comitatûs*
*cogatur per rura* canem *confinia* ferre.
*Sin alius*, sellam: *cujus dispendia pœnæ*
*ille Palatinæ custos celeberrimus aulæ*
*non potuit vitare Comes, cunctisq; videndus*
*portavit* scapulis *passus plus mille* latrantem.
*Hanc quoq; tunc alii, simili pro crimine, pœnam*
*sustinuêre decem Comites, totidemq; coacti*
*fœda tulêre* canes *generoso pondera collo.*
*Cujus inauditæ pœnæ timor altus in omnes*
*irruit: ut nullus Procerum præsumeret ultra*
*armatâ certare manu, sed pace sequestra*
*judicis arbitrio sua jura reposceret æqui.*

Meminit rei sic gestæ etiam *Dodechinus append. ad Mariani Scoti Chron. sub annum* CIↃCLV. & ex decem jam dictis Comitibus, qui *canes* unà cum *Palatino* portârunt, aliquot nominatim recenset. *Rex*, inquit, *nativitatem Domini Wormaciæ celebravit*, ubi *Hermannus, Palatinus Comes, & Emicho, Comes de Linengen, Gotfridus de Spanheim, Henricus de Katzenelenboge, Conradus Comes de Kirberg, Henricus Comes de Didissen & alii, ex parte Hermanni*, canes *portaverunt, & sic Dominus* Arnoldus *Episcopus ab excommunicatione eos absolvit. Ex parte verò Episcopi*, canes *portare (quidem cœperunt Ludovicus, Comes de Lohim, & Guilielmus Comes de Glisberg, & alii*; sed, *ob reverentiam Archiepiscopi, cessâre ab Imperatore jussi sunt.* Tangit demum eandem historiam *Georg. Sabinus in Cæsaribus Lib. I.* Ejus versus de *Friderico Barbarossâ*, qui huc pertinent, ascribo:

*Mos erat antiquis, qui publica commoda pacis*
*Cæsare turbâsset bella gerente foris.*
*Totius Imperii reus inspectante Senatu*
*ut* canis *impositum corpore ferret onus.*
*Ergo quod Italicus dum concita gessit in oris*
*bella, Palatinus* moverat *arma domi*;
Hunc *licet invitum detrectantemq; coegit*
inclyta *per Nemetum mœnia ferre canem.*

Recentissimum & *ultimum* κυνοφορίας exemplum, (quod quidem extare putem,) quodq; circa annum CIↃCCII accidisse conjicio, *Arnold. Abbas* *W. & ultimum exemplum.*

*Abbas Lubecens.* habet *Chron. Slavor. Lib. VII, c. 11.* Ait is, *Gerhardum* (Dynastam *Querfurtanum*,) quòd *Henric. Decan. Magdeburgicum, hominem pium, & Ecclesiæ suæ decus, in via regia cum complicibus suis hostiliter invasisset, & resupinatum oculis privâsset, à Philippo Imp. jussum* CIↃ *marcas argenti injuriato persolvere, de feudo suo C. marcas argenti Ecclesiæ majori resignare, cumque multis nobilibus hominium ei præstare, & cum* IↃ *militibus militarem ei pœnam exsolvere*: i.e. *ut singuli milites de loco perpetrati sceleris, usque ad fores majoris Ecclesiæ*, caniculam *deferrent.* Ex recensitis verò horum Autorum verbis ac testimoniis multa colligi possunt. Primò enim manifestum ex iis est, κυνοφορίαν fuisse *pœnam antiquam* apud *Francos, Suevos, Saxones* & *Bohemos* usitatam. Sed cur ejus, inquies, si res ita habet nulla mentio, nullum vestigium in istarum gentium LL. quarum non paucæ jamnum hodie exstant? dixerim, legem scriptam de ea non extitisse, *more* tantùm & *consuetudinem veterem pro lege*, *Guntherus morem vetustum*, ut qui jam inoleverit & viguerit ante *Ottonis M.* tempora, quem postmodum vel desitum, vel neglectum, *Fridericus I.* seu *Barbarossa*, in usum revocaverit, ut ex *Frisingensi* colligas, qui priscum hunc morem rursus servâsse *Fridericum* notat, *Portatos* porrò *canes* in *scapulis* aut *collo*, & *Frisingensis* & *Guntherus* docent, eosq; interdum ad majorem despectum *scabiosos*, ut est in *Calvisii* exemplo: & quidem *per aliquot mille passus*, aut *milliare Germanicum unum aut alterum*, *aut ex uno comitatu, hoc est districtu, in alium vicinum*; (aus Wormser Graveschafft in die Speirische / ut interpretatur *Christoph. Lehmann. Chron. Spirens. L. IV, c. 11.*) aut ex *loco perpetrati alicujus facinoris ad proximam Ecclesiam*, ut est apud *Arnold. Lubecens.* vel ad *urbem regiam*, *in qua nempe Imperator pro tempore residebat*, ut insinuavit *Witechindus.* Deinde & hoc liquet, κυνοφορίαν *pœnam fuisse ignominiosam. Witechindus* enim, & cum eo *Krantzius*, non aliam ab causam eam *dedecus* vocant: *Frisingensis* expressè *ignominiam*: *Güntherus* in *Versibus* adductis *summi probrum pudoris*, in argumento verò libri *canes* ipsos, qui portabantur, *fœda* & *fœdissima* appellat *pondera.* Maximè autem pœnâ illâ affici solitos eos, qui, *absente Imperatore, pacem turbâssent publicam*, bella concitâssent civilia, ac flammis rapinisq; omnia concussissent, ex prioribus duobus exemplis liquet. Nec aliunde est, quod *Arnold. Lubecens.* *pœnam* eam vocat *militarem*, quòd *militibus* solùm, atq; inter eos *nobilibus* & *primoribus* irrogaretur, ut diserte notant *Frisingensis* & *Güntherus*; quorum ille *nobilium*, hic *liberorum* indicat fuisse pœnam: alios vel *sellam*, vel *aratri rotam*, in simili causa, portare coactos. Interdum tamen in *minoribus* etiam *delictis* huic pœnæ fuisse locum, exemplum

*κυνοφορ. pœna antiqua.*

*& ignominiosa.*

*ac militaris.*

*Gerhar-*

*Gerhardi Querfurtani* ex *Arnoldo* jam dicto ostendit, qui, ob *Decanum oculis in via Regia privatum*, eam sustinuit. Et verò non tam pœna illa inferioris, quàm supremi maximè ordinis nobiles castigatos, ex jam dictis satis manifestum est. Nam *Hermannum Palatinum magnum Principem Imperij* vocat *Frisingensis*; *Guntherus celeberrimum aulæ Imperatoriæ custodem.* Imò nec *Ecclesiastici* Principes ejusdem pœnæ planè exsortes fuêre. *Frisingensis* enim, quemadmodum & *Guntherus*, *Arnoldo* Archiepiscopo non tantùm, ob pontificalis ordinis reverentiam, sed simul ob senium & morum gravitatem, à *Barbarossa* parcitum ajunt. *Dodechinus* verò notat, non minùs ex parte *Archiepiscopi*, quàm ex parte *Palatini*, Comites quosdam *canes* portare cœpisse, sed, ob reverentiam Archiepiscopi, cessare ab Imperatore jussos. Deniq; & hoc ex jam dictis colligas, aliquando *solâ κυνοφορίας* pœnâ castigatos fuisse delinquentes, aliquando verò post *κυνοφορίαν ulteriori* etiam *aliqua pœnâ* affici consvevisse, pro delicti, ut puto, ratione. Prius ex *Frisingensi*, *Gunthero Dodechinoque* liquet, apud quos nec *Palatinus*, nec quisquam ceterorum, præter *κυνοφορίαν*, aliâ pœnâ fuit punitus; Posterius *Witechindi*, *Calvisii* & *Arnoldi Lubecensis* exempla docent. In quibus aliis post *canum portationem*, in majorem contumeliam, *barba resecta* & *relegatio decreta*, aliis *mulcta insuper pecuniaria* injuncta, alii *ultimo supplicio* & *gravi pœnâ fusi sanguinis*, ut *Guntherus* loquitur, fuerint affecti. Quæras tamen, si pœnæ istud genus *antiquum* fuit, cur *Gunterus* id vocaverit *inauditum*? respondit *Conrad. Rittershus.* ICtus eleganter doctus, in *not. ad Gunterum*, pœnam *inauditam Gunthero* non esse *novam*, *insusitatam*, *non fando cognitam* aut *auditam*: sed *divulgatam*, *ab omnibus auditione perceptam*, *cognitam*: ab inaudio, quod est cognosco, auditu percipio. Atque id sensus verborum etiam requirit. Verùm quærat hîc porrò aliquis, an pœnæ hoc genus *domi natum* fuerit recensitis nationibus, an *aliunde*, aut ab aliis ad eas derivatum & in usum receptum? Curiosior quispiam morem à *Græcis* primùm ad *Scythas*, inde ad *Bohemos*, ac tandem ad *Germanos* devenisse, suspicari queat. Apud Græcos enim jam olim expiationis quoddam genus in usu erat, quo ii, qui aliquid commiserant, ut lustratione aut expiatione opus haberent, *cane* solebant expiari, quem circùm caput solebant circumagere, lustrationemq; istam *περισκυλακισμὸν* appellabant, quod per *σκύλακος*, seu *canis*, *circumactionem* fieret. De ea re *Plutarch.* in *Romulo*: *Græci*, inquit, in *Sacris lustrationibus catulos efferunt*, *ac passim exigunt eos*, *quam ceremoniam περισκυλακισμὸν vocant.* Et pleniùs in *probl. Rom.* ubi ait: *τῷ δὲ κυνὶ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἕλληνες ἐχρῶντο, καὶ χρῶνται καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι σφαγίῳ πρὸς τοὺς καθαρμοὺς· περισκυλακισμὸν δὲ τοῦτο γένος τοῦ καθαρμοῦ καλοῦσι. Cane enim*

*cum aliis κυνοφορίαν conjuncta.*

*cur inaudita?*

*ubi orta?*

*περισκυλακισμός.*

*enim omnes*; ut ita loquar, *Graci usi fuêre, & etiamnum utuntur eo aliqui, ut notâ ad lustrationes, & circumcirca abstergunt eos, qui lustratione indigent: genus hoc expiationis* περισκυλακισμὸν *vocantes*. Meminit ritus etiam *Theophrast.* in *charact. eth. cap* περὶ δεισιδαιμονίας, loquens de homine superstitioso, qui ubi quid sinistri viderit aut somniaverit, ἱερέας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεύων αὐτὸν περικαθᾶραι, *picatricibus vocatis jubeat se scylla aut cane expurgari*. Verùm vix est, ut à Græcorum expiatione hac descendat, aut originem sumserit κυνοφορία nostra. Illa enim propriè non *pœna* erat, nec à *Magistratu* delinquentibus irrogabatur; sed à *Sacerdotibus* decernebatur iis, qui vel *se commisisse aliquid putabant*, *aut alioquin lustrationi se subjiciebant*, ubi quid ominosi ipsis accidisset. Κυνοφορία autem *pœna* fuit *criminibus expiandis* à *Principe* indicta. Quæram verò iterum, quæ ratio sit, aut esse queat κυνοφορίας jam dictæ, aut κυνοβασταξίας, Viris nobilibus à Majoribus nostris irrogatæ? *Andr. Favinus aux traittees des premires officiers de la Couronne de la France, livre II. chap. XI.* duplicem affert rei causam, apud *Joh. Jacob. Speidelium in notab. Jurid. Histor. Lit. H. num. 56.* Alteram putat esse, ut *portatione canis* ostenderetur, Reum esse ex *nobili* prosapia, cui ob generis dignitatem permissa fuerint *venandi Jura*, inferioris conditionis hominibus non concessa. Alteram verò, ut sicuti *canis* est qs. *emblema* ac *Symbolum fidelitatis* erga herum: ita *Nobilis, felonia convictus*, palam ostentaretur populo tanquam *homo nequam* & *perjurus* erga Principem suum & benefactorem, qui propterea non minùs puniendus sit, quàm est *canis*, qui *fidei* exemplum præbens, propterea meretur amari, quod, dum hero consulatur, ipse mortem pugnando pro eo subire non exhorrescat. Hæc ille. Verùm prior causa nihil ad rem facit. Neque enim ideò reus *portare canem* jubebatur, ut *nobilitatis* ejus, aut prosapiæ ac *juris venandi* esset insigne, sed pœna & contumelia. Causa altera propiùs veritatem esse videtur, atque eadem fere est cum illa *Christoph. Pflugij*, quâ reum admoneri putavit *neglecti officij*, quod fuisset *excubare in aula*, aut etiam *imperio principis*, *Principemque custodire* & *defendere*: quam causam suô etiam calculô probat *Rittershus. in not. & Phil. Camerar. Hor. subcis. C. II. c. 95.* Hæc igitur illa fuit apud Majores nostros *canum ignominiosa portatio*: quâ ignominiosius tamen fuisse autumo, quod Veneti *Franciscum Dandalum*, *Canem* ex eo appellatum, sub mensam *Clementis* Pontificis, quoties is vel pranderet vel cœnaret, se instar *canis prosternere*, & *vinculis collum induci* passi sunt, ut ab interdicto liberarentur, quod refert *Volaterranus Geogr. Lib. 4.* & objicit ipsis Imp. *Maximilian. in respons. ad belli denunciationem sibi factam apud Melch. Goldast.* in Reichs-Hand-

*causa κυνοφορίας.*

*Fr. Dandalus, canis curdellus?*

Handlungen pag. 71. Ex prisco porrò hoc *canes* portandi more *J. Lips. C. III. ad Belg. ep. 44.* natam putat *convitii* illam apud Gallos *vocem canail-* *canaille;*
*le*, Itali *canaglia* dicunt, & explicant *gentaglia vile & abjecta*, ac si fecem *canaglia.*
populi dicas & terræ filios. Et addit *Lips. in annalibus* alibi redditam vocem illam *canile lignagium*, quod interpretatur *canilem prosapiam*. Italis enim *legnagio* est stirps, prosapia. *Lubecenses* nostri eodem respicientes, plebem infimam vulgò per convitium vocant die Teven-Kinder / *canicu-* *Teven Kinder.*
*larum liberos*. Nec minus etiam familiare hodie est simile convitium *Turcis, Ungaris, Polonis*, nationibusque aliis non paucis. Quemadmodum *Vox canis in*
& vulgò *canis militare* dictum est in hostem, ut pridem notavit vetus in- *convitiis.*
terpres *Terent. ad illud in Eunucho a. IV. S. 7. ain' verò canis?* Verùm enim verò, hoc quidem certum est, Veteres per convitium *canes* olim appellâsse homines vel sordidos & pudoris vacuos; vel sævos, crudeles ac sanguinarios, & veluti humanitate exutos. Ita ab impudentia *Homericus Achilles Iliad. α. Agamemnonem* vocat κυνὸς ὄμματ' ἔχοντα. *Helena* scelerum suorum sibi conscia semetipsam in Odyssea κυνῶπιν nominat. Eandem ob causam *Diogenes* appellatus est *canis*, ut sectatores ejus *Cynici*. Item *Avidienus* apud *Hor. Serm. L. II. Sat. 11.*

*cui canis ex vero ductum cognomen adhæsit.*

Nec aliunde est proverbium: κυνὸς κύντερος, *canis impudicior*, sive, si fas ita est loqui, *cane caninior*. Ob sævitiam sortita canis nomen est *Hecuba*, quod

*omnia mala ingerebat, quemquam aspexerat;*

ut *Plaut.* de ipsa ait, *Menach. a. V. sc. 1.* Item ille apud *Lucilium*,

*Nequam & magnus homo, laniorum immanis canes ut.*

*Prudentius* in *Vincentio canes* appellavit *tyranni satellites*, seu *carnifices* & *lictores*, quibus utebatur in martyribus excruciandis, quando dixit:

*sævam tuorum perspicis*
*languere virtutem* canum.

Convitia tamen ista nullô modô à κυνοφορία, seu *canum illa portatione* originem traxisse censeo: sed *portationem* potius ipsam pœnæ locô iis ipsis indictam, qui *canum* instar fuissent sævi, truculenti, sanguinarii, ac sanguine & rapinis, absente Domino, omnia miscentes. Pœna verò *Nobilium* fuit: *ministerialis*, ut *Otto Frisingensis* ait, *Sellam*; *rusticus*, seu colonus, *aratri rotam portare* cogebatur. Per *nobiles* olim ferè in- *nobiles.*
telligebantur *Comites*, & proximi ab his *Dynastæ*, *Günther. liberos* vocat, die Freyen / aut Freye Herrn. *Ministeriales* erant, qui hodie se vo- *ministeriales.*

 cant

cant *nobiles*, die Ritterschafft; Discrimina passim, maximè in literis antiquis, videre est, quæ huc congerere non est animus. *Ministerialium* igitur pœna fuit *sellæ portatio*. Sed quæ *sella* illa, & cur ab his portata? *Christoph.* quidem *Colerus* apud *Rittershus.* pro *sella* legi mavult *fellem*, h.e. *catum*; ac si Ministeriales feloniæ convicti, tanquam inferioris nobilitatis homines, in signum majoris ignominiæ, *felem* portare coacti fuerint, nobilibus & superioris ordinis reis *canem* portantibus. Sed rejicit hanc emendationem *Rittershus.* quod non tantùm apud *Günterum*, sed & apud *Frisingensem Sella* scribatur, nec utrobiq; locum fuisse corruptum verisimile fit. Igitur *Sellam* ipse retinet, & *Symbolum* eam putat esse *ignaviæ* & *vilitatis*. *Sellularios* enim & *Sedentarios* homines esse ignavos & viles. Indicari igitur vult pœnâ illâ, delinquentes non ad *Ministeriales* amplius, sed *viles* homines pertinere. Hanc interpretationem recipit & laudat *Camerarius*. Sed quid si *sellam* accipiamus pro *ephippio*, cui in equo insidetur, ut accepit idem *Günterus*, *L. IV. ℣. 58.* & dicamus, pœnâ hac *Ministeriales* ideò affectos, quôd eâ velut degradarentur, ac *pedibus* ire cogerentur, *sellamq; portare*, cui antè insidebant: quo modo rustici & coloni *aratri rotam* ferre cogebantur, ut admonerentur, se *glebæ addictos agrum colere aratroq; terram* proscindere debere, non tumultus, seditiones aut incendia excitare. Verùm quò dilabor? puto sufficere hæc posse, satisq; ex his intelligi, quid κυνοφορία apud majores nostros fuerit, & quibus puniendis instituta, quod saltim explicare promiseram. Tu vale *Affinis Suavissime*, & tui amantem redamare, quod facis, perge. *Lubecæ VII. Kal. Mart.*

An. CIC ICXLIII.

*Sellæ portatio.* *& aratri rota.* *conclusio.*



ADDEN-

# ADDENDA POSTMISSA

cum addendis Mantissæ Curiosæ de Canibus Britannicis & κυνοφορίᾳ præmissis, conjungenda.

## *Ad Sect. II. Membr. 2. c. VI.*

VIdebis etiam canes in aris & saxeis monumentis. Ut in Appia via lapideum extat altare, cujus ad basin canis sculptus, hac præmissâ inscriptione apud Reinesium Class. I. Inscript. 231.

DIANÆ RÆSIANÆ Q. RÆSIUS Q. FIL. PAL. SURDINUS CUM RÆSIA HERCULANIOLA SACRUM.

Apud Eundem quadratum superest saxum, & in ejus fastigio canes q. currentes duo eminent; quibus inscriptio subjungitur hoc sensu:

JOVI O. M. SUMMANO, EX SUPERANTISSIMO, SOLI INVICTO APOLLINI, LUNÆ, DIANÆ, FORTUNÆ, MARTI, VICTORIÆ, PACI C. ANTISTIUS ADVENTUS EG. AUG. PR. PER. DHT.

Vid. quæ ibi Summus Antiquarius edisserat, & in ædibus Grævianis, si placet, saxum vise.

## *Ad Sect. II. Membr. II. Part. I. cap. 7.*

de usu *canis* in *moneta*.

CAnes ergò *catuliq;* non in Romanis solùm, sed Græcis etiam *numismatibus*, locum honorificum meruerunt, sive ad Deos ipsos, partemq; religionis aliquam, sive ad homines, à quibus cusi fuere, illorumq; gesta referantur. Istud enim ex antiquitate nummaria intellexi, quanquam ab aliis prætermissum fuerit, ut *canes* & animalia, quæcunq; nummis exprimuntur veteribus, rerum aut divinarum vel humanarum certa symbola & signa putem. De *canibus* hoc meum *canes in nummis cui bono?*

 obser-

observatum fiet illustrius siquidem singula, in quibus extant, numismata *Ursini Patiniq;* penu librisq; nummariis paululum perlustravero. *Fulvius* autem *Ursinus* in sua præfatione primum, idq; incertum, h. e. nulli Romanæ familiæ ascriptum suppeditat, & in una quidem parte caput Viri *laurô* circumdatum, in altera *Victoriam* alatam, hujusq; manû dextrâ coronam *lauream*, erecto ibi tropœo proximam, ut *canis* adstet medius, & ROMA subtus addita. Quin nummum illum *victorialis*, quos *Varro* dixit, annumerem, nullus dubito: *Canis* autem inter *victoriam* & *tropæum* medius quid velit sibi, nec ab *Ursino* dicitur, nec est conjectû facile, nisi hoc animal *Marti* sacrum, & *Victori* congruum dicas. Hûc etiam spectat nummus *Antestiæ* gentis, quô instar *feminæ galeatæ* Roma, & *Castores* duo, seu *Tyndarides* gemelli, equis concitatissimis Vecti, hastâ stellisq; ad pileum appictis conspicui, & *catulus* ad pedes equorum celerrimus, & C. ÆSTI. seu ANTESTIUS, exhibentur. Denarii certè isti *Victoria* Dea, *Castorumq;* signis præditi apud Antiquarios ex ævo ultimo superesse creduntur. Nummus porrò apud *Ursinum* alius caput Viri, nempe *Axsii Nasonis*, galeâ ornatum, & currum Dianæ *cervis* duobus junctis, *caneq;* festino elegantissimum repræsentat. Multum igitur ad hujus explicationem *Callimachus in hymno Dianæ Apod. Rhodius L. III. Claudian. in Stilicon, L. III. & Scheffer. L. de vehiculis veterum I. c. 9.* conferent. Quid? quod in gente *Carisiæ* quidam denarius caput *Dianæ* crinibus in nodos compositis, & lunulâ vertici applicâ, *canemq; Venaticum*, unà cum epigraphe, T. CA. TITO *Clariss.* inscribit. Idem etiam *Dianæ* caput non æquè pulcrum gentis *Posthumiæ* nummus habet, alterâq; parte *canem Venaticum* grandiorem, C. POSTUMII subscriptô nomine, ut ludis secularibus & *Dianæ* honori utrumq; *Ursinus* tribuat. Illa ipsa ludorum solennia & Dianam hoc indice respexit denarius argenteus AUGUSTO Cæs. & M. DURMIO III VIRO inscriptus, qui unâ parte imaginem *Augusti*, alterâ *cervum* procumbentem, *canemq;* mordicus tergo inhærentem continet. Neq; ab his solennibus in gente *Hosidia* recedunt duo denarii, quibus *aper* telô confossus, & *canis* rictû instans apertissimô, excuduntur. Insuper gens *Mamilia*, quæ suas à *Telegono*, *Ulyssis* filio, repetebat origines, reliquit denarium, hujusq; unâ parte *Mercurii* alatum caput, alterâ *Ulyssem* peregrinô habitû, *pileoq;* & *cane* socio, à quo post XX. annos cognitum *Homer. Odyss. ρ.* tradidit. Inscriptio C. MAMIL. LIMEA. *C. Mamilium Limetanum* refert. Gens item *Marcia* nummos dedit argenteos ANCO Marcio Regi, à quo prosapiam deducebat, PHILIPPO Consule, cujus equestris statua *equo μιλτώρῳ* & assultante *catulo* insignis. De *Caninia* & *Catulorum* gente, Romanis inscriptionibus, nummis

Nummi Ursiniani.
alius.
alius.
alius.
alius.
alius.
alius.
plures.

mis & monumentis inclyta ne dicam. Imperatorum series, & in illa ænei, quos Illustris *Patinus* edidit, nummi complures, nec ab instituto meo alieni faciunt. Ubi sub initium nummus extat *Philadelphiæ* græcus, Romano, uti videtur, Imperio dicatus, ut in uno latera ΔΗΜΟΣ i.e. *populus*, & caput diademate cinctum; in altero ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, i. e. *Philadelphensium Neocororum*, & *Diana* Venatrix cum *cane* ad pedes Venatico appareant. Qui in isti *Neocori* Flamines sacrorumq; Ministri fuerint, nemo, quod sciam, post *Seldenum* in græcis marmoribus, petitum in *Var. Lect. L. IV. cap. 10. Albert. Rubenium*, & *Reinesium* in suis *Inscriptionibus Class. II. 86.* nunc dubitat. Nec ergo ad Populum Rom. hæc spectat epigraphe, sed ad *Collegium Philadelphiense Asiaticum*, sacris *Dianæ* ac ludis secularibus occupatum. Quo de Inscriptiones operis *Gruteriani* & *Reinesiani* plures, nummiq; Impp. quibus *Diana* inter duos *cervos* media & currû vecta sistitur, testatum faciunt. Præterea nummi complures Dianæ *canem* aliquem, *cervis* penitus omissis, associant. Sunt enim qui AUREL. ANTONINUM AUG. parte unâ, *Dianam* alterâ Venatricem, *canemq; Venaticum*, & locum, unde prodierint, vel urbem demonstrant, utpote COL. A. A. PATR. sive *Coloniam Arcem Augustam Patrensem*, urbem in longissimo *Peloponnesi* promontorio structam, & fanô *Dianæ* celebrem, uti *Pausan. in Archaic. L. VII.* & *Seguvinus* in *nummis selectioribus* eam describit. Sunt in Thesauro *Patiniano*, qui M. COMMODUM ANTONINUM AUG. & TEMPORUM FELICITATEM sub eo, quatuor declarant *puerulis*, quorum tres *nudi*, unus calathum *floribus* plenum, alter *falcem*, tertius *fruges*, quartus *vestem* corpori injectam habet, pro IV. anni temporibus notandis, tertioq; medius ablanditur *canis*, ad venationem *autumno* opportunissimam significandam. Sunt, qui *Commodi* uxorem CRISPINAM AUGUSTAM unâ parte, alterâq; *Dianam* inter duos *canes* mediam proponunt. Videas quoque in nummo PESCENNII NIGRI *Dianam* venatoriô cultû, arcû, sagittâ & *cane* socio instructam, ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΗΣ adjecto vocabulo, *Cæsareæ* nimirum *Germanicæ*, quæ *Comagenes* in Syria Euphratensi urbs fuit, teste *Stephano Lib. de Urbibus.* Insuper hæc nummi JULIÆ AUGUSTA, quam *Septimius Severus* uxorem habuerat; GETÆ, DIADUMENI, ALAGABALI AUGG. eandem prorsus *Dianam*, *cane* ad pedes proximo, & vel EPHESIORUM TER QUATERQUE MEOCORORUM, vel ANCHIALENSIUM, vel THUATERENORUM urbe abdita sed *græcis* nominibus complectuntur. Nec aliam nummus duplex JULIÆ MAMMÆÆ, quæ mater *Alex. Severi* fuerat, Impp. MAXIMINI GORDIANI & uxoris hujus

*Neocori.*

*alii.*

*Patiniani.*

*Pescenni.*

*plures.*

hujus TRANQUILLINÆ, itemq; PHILIPPI filii cum *cane* venatico præbebunt, mutatis urbium per *Asiam* præclararum vocabulis. Duo autem nummi præ ceteris insigne spectaculum constituunt. Unus AQUILIÆ SEVERÆ, inter *Alugabuli* conjuges non postremæ, duas *petras*, *olivam*, & huic implicitum *serpentem*, *canemq;* cum nautilo, concha quodam marina, exhibet. Ut inde *Patinus* conjectet, *TURI*, cujus nomen conspicitur, significari *ostrum*, eumq; *canem*, qui comestis *ostreis* ad herum ore purpurato rediens ita *purpuram* primus detexit. Alter ALEXANDRI SEVERI *Cybelen*, Deûm Matrem, hujusque ad pedes proximum *rictû apertô canem*, dextrôque pede altiùs elevatô. COL. AUG. PIA. METR. SIDO. h. e. *Colonia Augusta, pia, Metropolis, Sidone* addita. Hinc denique in nummis LIC. VALERIAN. *Sexies* Diana eminet, mutatô paullum habitû, ter quidem *venatrix* acerrima, *cane* ad pedes venatico, & cervô semel additô bis autem sub *Fortuna* ac *Junonis* specie, ac toties arbores sylvestres media, semper *Ephesiis* quandoque *Neocoris* græcè inscriptis. Nam Dii deæque Veterum personam assumserunt adeò diversam & multiplicem, ut tota *Theologia Mythica* in *Gyraldi* & *Vossii* libris inconstans, lubrica aut Polypo mutabilior doceatur. Unus tamen & perpetuus *Dianæ* venatricis habitus, & arcus & pharetra, & *canis* ad pedes venaticus, inter numismata LIC. GALLIENI, uxorisque, quam sibi junxerat, SALONINÆ *Chrysogones*, & una ex urbibus inscriptio servatur, sive illa ΕΦΕCΙΩΝ, sive ΕΦΕCΙΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ ΕΦΕCΙΩΝ ΑCΙΑC, h. e. *Ephesiorum*, aut *Neocororum*, aut *Asiæ primorum* fuerit. Cultus enim *Dianæ* per *Asiam* majorem minoremque in urbibus præstantissimis, ast. *Ephesi* & templo & ad *miraculum* superbo & singulari religione floruit. Postea tamen subsecuti Cæsares à *Diana*, & hujus imagine, paululum recesserunt; vel quòd honor illi publicus frigesceret, vel quòd animi ad religionem veriorem indies aut præpararentur, aut traducerentur. Unicum adhuc numisma *Caracallæ* incidit, fortasse dignum, quod è *Thesauro Patiniano* huc afferam. Unâ parte *caput* Imperatoris *laureatum*, alterâ *circum* exhibet Romanum, & in eo agitata, ut moris erat, *vehicula*, & *canes* quatuor cum *equis* cursû, ceu videtur, celerrimô certantes. Adeoque *canum* locus in *sacris*, *nummis*, *ædibus circo* & *campo Martio* nonnullus, certè honorificus, fuit.

*Aquilia.* *Alius.* *L. Valerian.* *Deorum dearumque metamorphosis.* *cultus Dianæ.* *nummus Caracallæ.*



*Ad*

## *Ad Sect. II. Membr. II. P. I. cap. 8.* de usu canis in insignibus.

EX galea L. B. à *Kiesel* zu Kaltenbrunn emergit caput *molossi* album, nigris distinctum maculis, & linguâ exertâ. E sinistra galea coronata Dnn. à *Kölnitz* caput *molossi* album, exertâ linguâ. Ex anteriori galea L. B. ab Unverzagt *caput nigrum*, pedibus atris protensis. Die Engel in Austria habent in galea inter cornua bubula *caput caninum*, linguâ exertâ. Tyrotini ab Iphofer ex altera galea coronata *molossum atrum* prosilientem, & in clypeo quadripartito eandem *canis* figuram, cum duobus integris & albis *venaticis*, in campo rubro currentibus. Dnn. à Kurneck ex galea caput *molossi* album, linguâ rubrâ exertâ. Nob. à *Seydel* in Carinthia ex galea caput *molossi* nigrum linguâ exertâ: Idem die Liebmänner von Trusch. Nobil. Siles. à Nadelwitz in galea habent *canem venaticum* album millatum, ad *viridem* arbusculam stantem. N. Bavar. à *Laüming* in galea *canem* sedentem coronatum. N. Bav. à Krätzl in galea *canem* cum millo salientem. N. Svev. *Geldrich* von Sigmarshofen quatuor ostendunt *canes* in insigni, tres *rubros* in campo currentes, & unum galeæ insidentem. N. Suev. die Jäger von Gerdringen caput è galea *molossi*. N. Rhen. die Rüden von Wollenberg in scuto *rubro* habent *caput canis album* cum *nigro* millo, idem in galea. N. Rhen. à Bellendorff in scuti bipartiti parte alba *cæruleum canem*, in parte verò cærulea *album*, utrumque pedibus protensis & millô colligatum, caudis tamen sibi obversis. N. Hass. à *Ratzenberg* in galea *canem* cum millo, linguâ exertâ, *pileatum* & sedentem. N. Misnici Grünrodt in scuto luteo vertagum album cum millo nigro, caudâ erectâ, anterioribus pedibus protensis: ex galea coronata molossi caput album, cum millo nigro, linguâ exertâ. N. Misn. à *Rülcke* in scuto *canes venaticos duos*, alterum *nigrum*, alterum *album*; galeæ insidet *niger*. N. Alsat. à *Botzheim* in galea prominens *albi molossi* caput, linguâ exertâ, inter duo cornua bubula. N. Siles. von Hund habent in *cæruleo* scuto *album canem* cum millo. Nob. Patric. Norinb. à *Muffel* ex galea coronata caput *molossi* album, linguâ exertâ anterioribus pedibus protensis. Patr. Augustani die Schöttlin *canem venaticum* in scuto. Hæc ex *Sibmach.*

*L. B. à Kiesel.* — *Kölnitz.* — Unverzagt. — Engel. — Iphofer. — *Kurneck.* — *Seydel.* — Liebmänner. — Nadelwitz. — *Laüming.* — *Krätzl.* — *Sigmarshofen.* — Die Jäger. — Die Rüde. — Bellendorf. — *Ratzenberg.* — Grünrodt. — *Rülcke.* — *Botzheim.* — Hund. — *Muffel.*




## *Ad Sect. II. Membr. III. cap. 3. circa fin.*

### De usu canis in vectura.

*Canes Veru Vertentes.*

SCripsit mihi superiori septimanâ Excell. Dn. *Casp. Sagittarius*, *S. Th. D. & Hist. PP.* in alma Salana celebratissimus, Fautor & Amicus honoratissimus, Se etiam *canem veru vertentem* in Monast. *S. Ludgeri*, propè Helmstadium, vidisse, aliosque duos in arce *Rensburgensi* An. 1661. qui stationes tam accuratè observabant, ut alter neq; verberibus neq; blanditiis ad alterius munus obeundum posset adigi.







INDEX



# INDEX CYNOGRAPHIÆ SPECIALIS.

## B.





## C.

Crocus

Fasci-

❧✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿❧

## G.



❧✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿✿❧

## H.

# M.

## N.



## O.



P. Pal-

## P.





## T.



## V.



Victo-



FINIS.



ERRATA,

# ERRATA.

PAg. 1 lin. 3. pro Ξ pone Z. lin. 4. leg. de Epid. diss. lin pen. leg. cimbrico. Pag 2 lin 9. leg. ne catulus quidem relinquendus. lin. 11. leg. Maximinum. lin 22. leg. caninia. Pag. 3. lin. 24. leg Gothen lin ult. leg. eòdem Pag 5. lin 3. ad nomen Æliani adde L. VI c. 10. & L. X c. 30. non pertinent enim ad Torreblanc. Ergò ibi dele. lin. 31. leg. cynosbatos p. 6. lin 5. leg Curcul pro Curcut. lin. 11 leg epigr 24 & dele p 184. lin. 20. leg. medicum. p 7. lin. 2. leg. Turc. lin. 16. leg. ad. lin. 19 leg. ideoq; lin. 21. leg. Schirasensem. lin. 25. leg Elachsar. & notas pro notas. lin. 30. leg. Salvian p. 8 lin. 24 leg. μάσσειν, lin. 25. leg. lautitiam prolavitiam. lin 28. leg. σαΐτειν. p. 9. lin. 29 leg antiqui. p 10. lin. 8. leg. Israelis. lin. 23. post vocem Episcopi) adde: projectos lin. ult. leg. quadrup. p. 11. lin. 14. leg. ἰσχύειν. p. 13. lin. 24 leg. vocalis pro vocati. lin. 33 leg. dixi p. 14. lin 12. leg. feras lin 32 leg. templorum. p. 15. lin. 22. leg. ὅτι pro ὅτε: δείμωτ: AC ἰάσιν. p. 16 lin. 1. leg. Monconny. lin. pen leg. Membr II. & adde P. I. a. 4. lin. 36. leg. Alectryomantia p 17. lin. 7. pro ad leg. anno. lin. 16 leg. Africa. p 18. lin. 3. pro dun lege Ain'. lin 6 leg Helmold. lin. 19. leg. ἀκαλανθίς. P. 19. lin 7. leg. est autem canis brutum. lin 13. leg. μιμήσει. lin pen leg. assuefacta. pag. 21. lin. 9. leg. apparens. lin. 29. leg. analogicum. pag. 22. lin. antep. leg. fures. p 23. lin. 16. leg. habuisse. p. 24. lin. 27. leg. dominum. p. 21. lin 7. leg. jensus. lin 9. leg. ingens. lin 14 leg. pastus. lin 28 leg auferrentur. lin. antep. add. ex Paron. T. IX. Annal p. 26. lin 6. pro & leg §. 17 p. 27. lin. 8. pro cap leg cis lin 13. pro & pone. §: lin. 15. leg. praeclarum. lin. ult. leg. Villagagnonis. p 28. lin 14. leg. nationes. lin. 26 leg. molestaj: & add. Ursin. L. III. lin. 29 leg stupemus p 29 lin 2. leg compositè. lin. 36. leg Islandia p. 30. lin. 21 leg. inunxeris p. 31. lin. 20. leg Ecl pro Ed. lin 26. leg clausos. p 32. lin 10. leg κυνῶν. lin. 19. leg σίδωσι. p. 33. lin. 5. leg. offis. p. 34. lin. 30. leg. absq; p 35 lin. ult. leg. i e. nascentibus. p. 36. lin. 2. leg. Lagograph. lin 25. leg. ozyme. lin. 36. leg. vigesimum lin 35 leg. Trojanum. p. 38 lin. 34. leg. sagmentur p. 39. lin 19 leg. carnes lin 21 leg συνάγχην. lin. 39 lege abominabilis. p. 40 lin. 7. pro Vi. v. leg. Virg. p. 41 lin. 33. leg. Leonicen p. 42. lin. 7. leg. quod. lin 23. leg. abscissâ. p. 44. lin. 8. leg devorantem. lin 10 leg deorsum. p 45. lin. 29. leg cane. p. 46. lin. 13. leg. Aske. p. 48. lin. 25 leg. volatilisationem lin. 35 leg. thes. p. 49 lin. 11. leg. Barthol. pag. 50. lin. 3. add. de canis vesica) calculosa. pag. 51. lin 22. leg. Zephyrus. pag. 53. lin 27. leg. incesiat. p. 54. lin. 26. verba hae; mares in coitu cohaerentes pertinent ad marginalia. p 55. lin. 19 pro 743 lege 343. p 56. lin 2. pro 269. lege 396 p 57. lin. 21. pro 731. lege 231. p. 58. lin. 10 leg. gallinis. p. 59. lin. 19. leg. Pegusianos lin 20 leg Sintatas. p. 60. lin. 23. leg dysenterici p. 62. lin. antep. leg. Sat p. 63 lin. 3 pro & lege et lin. 27. leg fulmine. lin. antep. leg. Gen. X L p 65 lin post voeab: canis domesticus) leg. obstructas. lin. 36. lege custodiam p. 66 lin 14 lep. Sejanus. lin 28. leg. veneranda. p. 67. lin. 14. lege prandia. p 68. lin. 4. leg ornamentum lin 6 leg λύει. lin. 11. leg fuge. lin 13. leg. notanda lin. 14. leg plenilunio. lin. 33. leg. canibus. lin. antep. leg. inclusisse. p. 70. lin. 1. leg. ceteris pro catulis. lin. 31. leg. alibi. lin. 38. leg. unâ Jacuère. lin. ult. leg. Laubanenses. p. 71. lin. 14. leg. Kerckring. p. 72. lin. 17. leg. portis. lin. 19. vocem Anubin ( ) include. lin. 22. leg. Numina. p. 73. lin. 5. leg. διεσδιέστερον lin. 29. leg. quoddam. lin. antep. leg. ipsa. p. 74. lin. 18. leg. vocabantq; p. 76. lin. 4. leg. Celsa. lin. 23. leg. num. 68. pro 83. lin. 26. leg. σκυλακίοις. lin. antep. leg. locus. p. 77. lin. 15. leg. Dea. lin. 18. add. voci Lacadamonios) in lin. 26. leg. σκυλάκων. p. 78. lin. 12. leg. σιελαγρίζειν lin. 13. leg. qui expiabatur. lin. 17. leg. Menach. lin. 36. leg. Cynophontin. p. 79. lin. 4. leg. Liv. pro Lip. p. 80. lin. 18. leg. etymologico. lin. 19. leg. aliquod. lin. 23. add. in ) servando Jona. p. 82. lin. 3. leg. ortiva. p. 83. lin. 16. voc. ult. add. praebuisse. lin. 18. leg. pallio. lin. antep. leg. refer. p. 86. lin. 28.

leg. devicta gentis ignaviam. p. 87. lin. 13. leg. Sarshoj. lin. 23. leg. Ugris. lin. 24. leg. ajunt. p. 90. lin. 6. pro der leg. zur p. 92. lin. 10. pro Kirbach leg. Kirchberg. lin. 24. leg. ab pro ac. p. 95. lin. 8. leg. foro, lin. 27. leg. Plut. in Publicol. p. 96. lin. 7. leg. tricipitem. lin. 20. leg. fidelitate. lin. 33. leg. aquila. lin. antep. leg. XLIX. p. 98. lin. 3. leg. adjectis. p. 99. lin. 10. leg. familiaris. lin. 19. leg. galea. p. 100. lin. 8. leg. fauce. p. 101. lin. 16. leg. VVangenheim. lin. 31. leg. Campegiorum. p. 102. lin. 27. leg. stella. p. 108. lin. 32. leg. pudendo. p. 110. lin. 17. divid. preces sensisset. & in margine pro cannum leg. ad §. 4. anum. p. 112. lin. 30. leg. fulta. p. 113. lin. 10. lege lectorum pro tectorum. p. 114. in marg. leg. pra (non per) nuncianda. p. 115. lin. 32. leg. proruentes. p. 116. lin. 30. leg. ostro. p. 117. lin. 1. leg. σκομιάζε & Φάρεα. lin. 4. conjung. ινδ ὄμυχον lin. 7. leg. ἱερὰ αἰνέλο. lin. 12. leg. famibus. l. 13. leg. rubefecit. l. 15. leg. Regum. p. 120. in marg. leg. origo esus carnis. p. 121. l. 2. in fine supple p. m.) 152. l. 3. leg. L. XII. non IIX. p. 122. l. 13. leg. phantastico. l. 33. leg. salvâ. p. 124. l. 16. leg. de forma seu anima. p. 125. l. 3. leg. Joseph. l. 9. leg. chaos. l. 12. leg. falsa. p. 126. lin. 32. leg. formarum. l. 35. leg. in quo. l. ult. pro aut leg. ut. p. 128. l. 10. leg. veram. p. 130. l. 23. leg. quæ pro qua. p. 132. l. 16. leg. Goclenl. p. 133. l. 26. leg. commiseratione. lin. 33. leg. salvâ. p. 136. l. 5. add. & quorsum singula? l. 9. leg. Euclopi. p. 137. l. 23. leg. seculi, non secuti. lin. antep. leg. δερματίνων. p. 138. lin. 28. leg celebrabantur. p. 139. l. 6. leg incubuère. lin. 17 leg. αἰγείοις. lin. 19. leg vestimenta & indusia. p. 140. l. 24. leg. türckisch. p. 141. lin. 33. supple. Qui Grulingius. p. 143. lin. 35. lege colunt. p. 144. l. 30. leg. aqua. p. 145. l. 7. leg. saltem ol. l. 11. leg. iterum ol. p. 146. l. 6. leg. vitrioli. p. 147. l. 10. leg. axung. hum. ℥ij. can. recent. ℥iij. l. 22. lege pultis. p. 148. l. 20. lege oleo. l. 30. leg. volatilisetur. p. 150. l. 9. leg. mist. l. 17. leg. ipsissima p. 151. circa fin. cap. integer §. omissus, quem addas velim sic. §. 1. Lac denique caninum (inquit Sextus) recrescere pilos evulsos non patitur, si locum, unde evulsi sunt, statim linieris. Ergo locum crinis vulsi lino lacte canino avulsamque vetas rursus procrescere sylvam p 152. l. 13 leg. sanguis l. 14. conjunge diabolicum, & lege Jonston. p. 153. l. pen. post. voc. nutrice add. refert. p 155. l. 1. leg asininum lin 2. leg. sanando & l. 19. leg. suffocationis. l 31. leg hoc pro hâc. lin 35. leg. gargarism p. 156. lin. 8 lege oleo. lin 25. ad voc. Matthioli conjunge conjungenda, & catera verba: quod historiâ recentissimâ &c. parenthesi include. p. 157 l. 4. lege Æginet p 158. l. 12 lege aqu. non ignis. l 20. leg. secul. pro secur. l. 24 lego aq. non ap. p. 160. l. 30. lege aufert pro adfert. l pen lege oleo. p. 161 l. ult. leg caryoph. p. 162 l. 6 lege oleo viol. p. 163. l. 21. add. quibus) exenteratus canis p 165 l. 14. lege ἀγχίνοος & ξυνέτεες. lin. 15 lege εἰδοίη, & εἰή. l. 16. lege προσφέρειν. l. 24. lege rabies. p 166 l. 8. leg. scaturiginem. p. 167. lin. 36 leg allii p. 168. l 1. add T. II. l 28 lege quot l. 29 leg tandemque: & cupiunt p 170 l. 30. leg. merentur p. 173 l 24. lege debile p 174. l. 3. lege magis pro magnus. lin 11. lege disquisitioni. lin. 18. lege Thead. pro Theod l 26 leg Brodbeck l 32. leg. Miscell p 176. l 20. leg. tragœdiam. p. 177. l. ult. leg Alhasarav. p. 180. l. 2 leg. quicunque l. 7. leg queis. p. 182 l. 6. leg cladem. lin. 19. leg Tholaath. l. 27 leg chlamys p. 185 l. 35. conjung. præacuto. p. 186. l 25. leg exhaurit. p. 189. l. 25 lege oleo pag 190. l 1. leg grandævus. lin 39. leg. VVier. p 191. lin. 26 leg. disp. non dist p 192. in margin. pro sulphura l. Venerea p. 193 lin 3 l. delata. lin. 29. l. hinc pro hic. lin. antep. l. disposito. p. 195 lin. 5. l. ζυμοῖ. lin. 18. l. ζέσει. lin. 31. l. ζέσει. p. 196. lin. 28. l. scandalo. p. 198. lin. 2. l. κερέα. p. 199 lin. 6. l. cum pro eum. lin. 26 l. incendit. p 200. lin. 2. l. oleaginoso. p 201. lin. 12 l. venenum pro Venerem. lin. 13. l purulentum. p. 202. lin. 6 l. eum pro cum. p. 204. lin. 22. l. sese pro esse. p. 205 lin. 9. leg. sua pro seu. p 206. lin. 5. leg. ζέσει. lin. 32. leg. paranos. lin. 34. l. Φλέγειν. p. 207. lin 29. l ζέσει. p. 210. lin 9. l. calore pro colore. p. 211. lin. 9. l. abactus. lin. 16. l. est pro &. p. 214. lin 6. l en pro oa. p. 215. lin. 2. leg. acutissimo. lin. 7. l. differt. lin. 31. leg irritatur. p 216. lin 8. l. at pro ut. lin. 24. l. fin. p. 219. lin. 17. leg. contactu. p. 220. lin. 25. l. latore. lin 27 l. imaginatricis. lin. 28. l. ideali. p. 221. lin. 2. l. cerebri. lin. 6. l. refertissima l 31 l. quæ pro quot. l. ult. l. tardius. p. 222. lin. 27. lin. 30. & lin. 32. sulphur substitue pro Venere. NB p. 224. l. 12 l. relege. p. 225. l. 23. l. gutt. pro quast. l. 31. l. herb. pro lib. p. 226. l. 10. l. lot. pro lit. p. 227. l. 34. leg culcitra. p. 229. l. 32. leg. patric. pro Pract. p. 230. l 13. l finit pro fint.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.